ARISTOTELES

ARISTOTELIS OPERA CUM AVERROIS COMMENTARIIS

Vol. IV

VENETIIS APUD JUNCTAS

1562-1574

MINERVA G.m.b.H., Frankfurt am Main

Unveränderter Nachdruck 1962

Druck: Anton Hain K. G., Meisenheim/Glan

Quartum Volumen

ARISTOTELIS

DE PHYSICO AVDITV LIBRI OCTO.

Cum

AVERROIS CORDVBENSIS VARIIS IN EOSDEM COMMENTARIIS.

Quę omnia, à summis huius ętatis Philosophis, à mendis quàmplurimis expurgata cernuntur.

Marci Antonij Zimaræ Contradictionum in eosdem Libros Solutiones.

Contenta vero in hoc Volumine, versa pagina ostendit.



VENETIIS APVD IVNCTAS.
M. D. LXII.

IN HOC QVARTO VOLVMINE HÆC CONTINENTVR.

ARISTOTELIS de Physico auditu libri Octo, ex o timis codicibus castigati: ac i summas, & capita diui
Quibus addita nuper fuit Simplicij lectio in libro Sep mo, a textu decimo vsque ad vigesimum primum, uersa ab ea, quæ passim legitur.

AVERROIS in eos Procemium, antea quidem diffi cillimum, nunc autem ad maximam redactum fac tatem, tum ex Iacob Mantini noua translatione, tu ex antiqua castigatissima.

Commentaria in eosdem magna, simul cum ipsius te tu, ex plurium, antiquorum, doctissimorumq; vir rum collatione exemplarium emendata, ac non p rum claritatis adepta.

Expositio media super Tres primos libros, Iacob Mar no interprete: super reliquos vero Quinque mor præreptus, eam intactam reliquit.

Quamplurimæ figuræ, proprijs insertæ locis, mirab confectę artificio.

M. Antonij Zimarę super hos libros contradictionu Solutiones.

Eiusdem de primo cognito, Quæstio.

Summarum ac Capitum Index.

INDEX SVMMARVM, AC CAPITVM LIBRORVM, qui in hoc volumine continentur.

Summę ac Capita Primi libri de Physico Auditu.

Summę, ac Capita Secundi libri de Physico Auditu.


✠ ij &

Summa Tertia.

Summa Quarta.

Summæ ac Capita Tertij libri de Physico Auditu.

Summa Prima.

Summa Secunda.

Summa Tertia.

Summa ac Capita Quarti libr Physicorum.

Summa Prima.

Solui

Summa Secunda.

Summa Tertia.

Summæ ac Capita Quinti libri de Physico Auditu.

Summa Prima.

Summa

Summa Secunda.

Summa Tertia.

Summæ ac Capita Sexti libri de Physico Auditu.

Summa Prima.

Summa Secunda.

Summa Tertia.

Summa Quarta.

Summa Quinta.

Summæ ac Capita Septimi libri Physicorum.

Summa Prima.

Demon-

Summa Secunda.

Summa Tertia.

Summa Quarta.

Summæ ac Capita Octaui libri de Physico Auditu.

Summa Prima.

Summa Secunda.

Summa Tertia.

Summa Quarta.

FINIS.

Index Mediç expositionis Auerrois, super tribus libris de Physico Auditu, summis ac capitibus iam notatis respondet.

ACVTISSIMI INTERPRETIS AVERROIS CORDVBENSIS IN LIBROS PHYSICORVM ARISTO.

PROOEMIVM,

Duplici illustratum translatione, antiqua scilicet castigata, & aucta, necnon Iacob Mantini Hebræi, viri doctissimi nunc primum in lucem ædita.

ANTIQVA TRANSL.

B Ntẽtio mea ĩ hoc sermone est glossare librũ Arist. qui dr̃ auditus nãlis: qa à nullo expositorũ ædita est glossa cõpleta sup singulis verborũ Arist. nec ab Alex. verborũ explanatio cognita ẽ, nisi sup partẽ primi, & sup secundũ, quartũ, quintũ, sextũ, & septimum: & quod habet super partem octaui non est Alexandri.

Primum vero secundum vsum glossatorum, dicentium in principio libri octo capitula, scilicet Inten
C tionem libri, Vtilitatem, Ordinem, Diuisionem, Proportionem, Viam doctrinæ, Nomen libri, Nomen authoris, dicam & ego: licet plura ex istis possint intelligi ex proœmio libri: sicut in subsequentibus ostendemus.

Vide lcõ. 5. primi phy. i fine.

Intentio sciẽ nãlis.

Dico itaque quód intentio scientiæ naturalis in summa, cuius iste liber est pars, est cognoscere causas spe-

MANTINI TRANSL.

E Vius libri propositũ est exponere librum d̃ physico auditu: cũ nulla adhuc integra expositio alicuius expositoris ad literã visa nobis fuerit. quod vero hucusq; vidimus ex Alexandri expõne fuit aliquid in primũ, secundũ, & quartũ, quintũ, sextũ, atq; septimũ librũ: immo q̃dã ps in sextũ librũ nõ sunt verba Alex.

Consentaneũ tñ esse vr̃ vt preponamus q̃dam, q̃ solent ipsi expositores in initio suorum librorũ p̃fati: q̃
F quidẽ summatim sunt octo. Primũ est ꝓpositũ libri: Secũdũ eius vsus: Tertiũ ordo ipsius: Qartũ eius partes: Quintũ eius rõ ex proportione: Sextũ est mod' doctrinę: Septimũ quid nomẽ libri significet: Octauũ quis eum ædiderit: & si maior pars horum sint virtute in prefatione ipsius libri: vt nos exponemus, cum illuc peruenerimus.

Dicamus itaq; ꝓpositũ ipsi' sciæ naturalis in vniuersum, cuius iste liber est vna pars, esse scire causas spe-

G ANTIQVA TRANSL. MANTINI TRANSL. I

spērū sensibiliū,& cās eorū, q̄ sunt I eis,accidentiū : quia subiectū istius artis non sunt nisi res sensibiles, a q̄ transmutantur de se,i.fm ꝙ habent de se principium motus, & quietis.

b Et intētio h⁹ libri ē cognoscere de istis cās cōes oībus reb⁹ nālibus, s.Materiā,Formā,Finē,& Efficientē,& cognoscere cās primas, fm ꝙ ē posse sciri in hac scīa, sicut materiā primā,& mouēs primū: forma aūt prīa,& finis primus c à Metaphysico cōsyderant:& cōsyderatio in cō sequentibus d cōibus oībus reb⁹ naturalibus,sicut loco e & tpe, & his similibus est inquisitio naturalis.

Vtilitas eius est pars vtilitatis sciē speculatiuæ.& declaratū est in scīa consyderante in operationibus voluntarijs ꝙ esse hominis fm vltimā perfectionem ipsius, f& substantia eius perfecta est ipsum esse pfectū per scientiam speculatiuam : & ista dispositio est sibi fœlicitas, & sempiterna vita. Et in hac scientia manifestum est quod prædicatio nominis hominis perfecti à scientia speculatiua,& non perfecti,siue non habentis aptitudinem ꝙ perfici possit est æquiuoca : sicut nomen hominis, quod prædicatur de hoīe viuo,& de homine mortuo:siue prędicatio hominis de rationali,& lapideo.

g Et cū hoc cōsequit cognitionē sciæ speculatiuæ scīa de moralitate virtuosa.qm̄ sciētes istā sciam, cum erunt fm ordinē naturalem, oportet eos de necessitate esse virtuosos in oībus spēbus virtutū moralium, quæ sunt Iustitia,Temperātia, Fortitudo,Magnanimitas, Liberalitas, Veritas,Fiducia,Māsuetudo,& aliæ de virtutibus hominum.

specierū sensibiliū,& cās accidētiū, in eis existētiū:qm̄ subiectū,de quo hęc ars consyderat,sūt res sensu cognitæ,q̄ sūt ex se transmutabiles q̄ hñt in se principium motus,& quietis,

Propositū vero h⁹ libri ē scire cās cōes cunctis rebus naturalibus, q̄ sūt Materia,Forma,Agens, atq; Finis, notificareq; h⁹ reī primas cās,vt pñt in hac scīa notificari, vt est ipsa mā prima,& primus motor:de pria vero forma,ac primo fine ad professorē sciæ Diuinæ consyderare spectat: necnō tractare de cōsequentib⁹ cōibus cunctis rebus naturalibus, vt est I tēpus,locus,& reliqua his similia.

Vsus aūt eius est pars iuuamenti ipsius sciæ speculatiuæ. in scīa āt voluntaria,q̄,s.tractat de actionib⁹ voluntarijs,iā fuit oñsum qđ id,qđ ducit hoīem ad suā vltimā pfectionē, & integrā essentiā,ē vt pfecte obtineat scīas cōtēplatiuas. Qđ aūt hoc sit hoīs vltima fœlicitas, & vita ppetua p hanc sciam satis apparet, cum nomen hoīs,qđ dr̄ de eo, q̄ ē in sciētijs speculatiuis consumatior, & de eo,qui non est in eis pfectus, aut nō est habilis vt in eis pficiat, profecto æquiuoce dicat de ipsis: quēadmodū quoq; dr̄ hō de viuēte,& de mortuo : & vt dicitur etiam de homine rationali, & picto in lapide. M

Adde ēt ꝙ ad cognitionē sciarū speculatiuarū sequunt pstātissimi, ac nobilissimi affect⁹, vel mores. nā q̄ has pfitent scīas,si fm nālē cōsuetudinē se hēant, pfecto oportet vt reddant pbi ī oī gn̄e virtutū moraliū nobilium,q̄ sūt Iustitia,Tpantia, Fortitudo,Magnitudo aī,ac Liberalitas,& Veritas,& Fides, atq; Humilitas,& reliq̄ v̄tutes morales hūanę.

a a.l. subiectū dico scīm qđ trāsmutatur de se.
b Idē I c. 4. primi phy.
c a.l. vlcia Foīa pria &prim⁹ finis a Metaphy. consyderantur. Idē.3.met. H c.3. & .12. c.6.
d a.l.accidentibus.
e a.l.addit & vacuo.
Vtilitas.
f a. l. & suba eius ē pfectio p scientiam
Ex hoc vī cō.ponere fœlicitatē I scientijs speculatiuis. sȝ vid I oppo.3. de aīa cō. 36.
Vide con. Zim.
g Vide p hoc.1. cœ. c.2.in fine

A ANTIQVA TRANSL. | MANTINII TRANSL. D

Et declarauit Alexander in procemio huius libri quo sequatur scientia harum virtutum ad sciam speculatiuam. quia, cum nouerit sapiēs paruitatem vitæ suæ, & perpetuitatem sempiternam, & motum continuum, & quòd proportio suæ vitæ ad tempus sempiternū est sicut puncti ad lineam, vel sicut minimum finitorum ad infinitum, non procurabit propriam vitam, & tunc erit fortis ex necessitate. & similiter, cum nouerit sapiens quòd mors est ex necessitate materiæ, & proprie cum habet perfectionem humanam, & dubitauerit quod à perfectione expolietur, tunc non est mirum, si aliquando eligit mortem præ vita: sicut fecit Socrates cum Atheniensibus: quamuis opinetur de Socrate, quod nō fuerint ei declaratæ viæ disciplinæ communes, & propriæ: quia voluit ambulare in via propria cum populo.

Oppositum huius vt velle philosophum. 3. E.

B

Ethic. ca. 3. vide com. Zim.

Alexander vero in sua præfatione huius libri probat quo pacto sit necessarium vt ex cognitione scientiarum contemplatiuarum sequantur huiuscemodi virtutes. nam cū sapiens norit breuitatem suæ vitæ in relatione ad prçsens esse assiduū, ac ad motum continuum, & quod eadem est ratio vitæ eius ad ipsum tēpus æternum, quæ est ipsius puncti ad lineam, & vt verbo dicam imperfectissimarum rerum finitarum ad eas, quæ fine carent, is nunquam maxima vtetur solertia vt viuat, & sic efficietur omnino fortis. cumque nouerit insuper quod mors prouenit ex necessitate materiæ, presertim cū fuerit adeptus humanā perfectionem, tunc non timebit mortem: immo hoc tamen pertere facit eum, nempe quod caret sua perfectione: quam, cum adipiscitur, nihil prohibet quin aliquando existimet prçeligendam esse ei mortem vita: E

Vt Socrates se gessit cū Atheniēsibus: licet posset quis opinari quod Socrates erat expers viarum doctrinç, tum communium, tum propriarum: nam studebat profiteri ea, quæ sunt propria vulgo.

C

Vide. 1. Met. t. c. 5.

Et similiter, cum sciuerit quòd perfectionem habere nō potest, erit ei mors præeligenda super vitam. & manifestum est, cum dubitauerit sapiens se nō esse perfectum,* quòd eius tristitia nō erit, nisi propter defici hanc perfectionem ab ipso.

* al. eius audacia non erit, nisi in acquirendo hanc perfectionem

Adhæc, cū sapiens ipse norit quoque se esse priuatū perfectione, tunc nihil interest siue viuat, siue moriatur: immo preligenda est ei mors. non tū autem est quod, cū ipse moleste ferat se carere huiuscemodi perfectione, tūc nullus ali' erit finis suç fortitudinis, quam querere huiuscemodi perfectionem. F

Iterum oportet sapientes esse iustos, & temperantes. Iusti: cum sciuerint naturam iustitiæ existentem in substantia rerum, tunc amant similari illi naturæ, & acquirere illam formam.

Neminē preterea latet quod professores huius sciæ debent esse iusti, ac tēperati: Iusti quidē: quia, cū cognouerint naturā æquitatis, quæ in substantia entiū reperit, querent assimilari illi naturç, & sequent' illam formā.

G ANTIQVA TRANSL.

Temperantes: cum sciuerint indignitatem voluptatum, quia non sunt de dispositionibus necessarijs in esse hominum, nedum de perfectionibus ipsorum, sed sunt consequentia ex necessitate materiæ, de seipsis eijcient voluptates omnino, & erūt temperantes, & mansueti, & manutenebunt leges diuinas, & imitabuntur ordines naturales.

Et manifestum est quod debent esse Liberales, cum sciant essentiæ pecuniæ vilitatem, & quod studiositas in

H ea est vnum de desyderijs præter naturam.

Similiter debent esse Magnanimi, & amantes veritatem in operationibus, & dictionibus ipsorū, cum aliis cōsequentibus eis ex virtute hūana.

Dubium. Si autem dicatur quod esse non testatur super hoc, quia plures, qui gloriantur in his scientijs hoc tēpore, non sunt tales.

Solutio. Dicatur quod hoc accidit eis propter dispositionem innaturalē, quæ eos ad talem consensum deduxit: & ista dispositio est declarata exercitātibus in disciplina practicæ.

I

Et signū super hoc, quod accidit eis extra naturam, est quod inuenimus Alexā. & alios, dicentes quod sapientes virtuosi fuerūt in tempore suo. * & cum aliquis perscrutatus fuerit de hac dispositione, inueniet nullam aliam huius rei causam esse, nisi quod illa perfectio, cui subijciunt assuetudine hominum, in qua nutriebant, valde est remota ab hac perfectiōe. sed non solum hoc accidit eis, sed etiā quod ex cōsuetudine, in qua nutriebant, credunt quod hæc perfectio est valde vilis:

* a.l. sapiētes vero tēporis huius qa a cōitate gentiū viles habētur, & prīcipes existimāt qd nō sit digni regere ciuitatē, nec digni sit esse

MANTINI TRANSL. K

Tēperati vero: quoniam, cū nouerīt imperfectionē ipsarū cupiditatum voluptuosarū, easq; nō esse necessarias ad hoīs perpetuitatē, lōgeq; minus ad ipsas perfectiones, imo esse res, quæ sequuntur ex necessitate naturæ, ipsi maxime, tūc procul eas proijciēt, atq; depellent, maximoq; eas odio, & abominatione prosequentur. & sic efficientur temperati, amplectentes diuinas leges, sequentesq; naturalia instituta.

Cōstatq; eos reddi meliores, ac Liberaliores alijs, cū despiciāt pecuniarū quæstū, cognoscantq; eius ignobilitatē, & quod vū solertia ad eū acquirēdū L est quod egrediens limites naturæ.

Cōstatq; insuper eos esse Magnanimos diligētes veritatē in suis verbis, & actionibus, & in reliquis alijs probitatibus, & virtutibus hūanis, quæ nāe debentur eis.

At, si quisquā dixerit hoc dictū non correspōdere veritati: quoniam nos videmus his nostris temporibus oppositū huius in his, qui se iactāt obtinere huiusmodi scientias.

Ad hoc scire debes quod hoc cōtingit propter quendā affectū non naturalē, qui induxit eos ad huiuscemodi deliberationē quidē est notus illi, qui fuerit tātisper exercitatus in scientia practica, seu actiua, atq; de ea fuerit perscrutatus. M

Quod aūt hoc, quod accidit eis, sit res non nālis, indicio est id, quod Alex. atque alij dīt, nēpe sapientes esse viros probos, virtutibusq; præditos: qa ætate sua erat hoc sapientibus cōsuetū. quod si hoc diligēter inuestigaueris, nihil profecto aliud inuenies, nisi quod illa perfectio legū, cui à pueris, atq; ab ipsa cōsuetudine sūt inclinati, est de se remota ab hac perfectione. neq; hoc tm̄ eis accidit: sed sunt opinati ex ipsa educatione quod hæc dignitas, & perfectio sit vilissima, & imperfecta, ac eius quoq; pro-

A ANTIQVA TRANSL.

vilis: & hoc non accidit eis ex lege, sed ex corrumpentibus eam.

Accidit igitur istis hominibus, cũ incipiunt speculari illum modũ perfectionis, cui subiecti erant. sed cum desperauerunt peruenire ad hãc perfectionem, & viderunt omnes homines contemnere eam, & credere ꝙ expectantes eam non debent esse pars ciuitatis: aut credunt cum hoc ꝙ omnia dicta de hac perfectione forte sunt similia dictis de illa prima perfectione, quam expulerunt, s. illam, in qua nutriebantur: & tales sunt plures istius temporis, scilicet illi, qui modice speculationem attingunt: tunc omnino declinabunt ad appetitus, & accedit eis dispositio innaturalis, adeo ꝙ non dicentur esse pars ciuitatis omnino: quoniam cũ eis non potest fieri contractus ciuilis, neq; amicitia humana, neq; vtilitas alterius, sed omnes actiones eorum sunt ad seipsos: & ideo philosophia in hoc abhorretur. & iam exiuimus à nostra intentione, ad quã reuertimur.

B

eorũ scire tam, & ꝑ nunc incipiẽtes uic cri stianũ ꝙ hoc viliter ex scia accideris ex & ꝓ hoc declinantes nũ a scia dispõe opinionũ i ſſte & declinãt viri ad voluptates. & hæc di sciplinaies dialecticis accedit er go solum nis; sequuntur eos ỷ-mes, & secũ diũ accidẽs sequitur eos vitia pp sociatã homini quẽ liberas. Ordo. Idẽ 1. ... c. 1. & 4. ... c. 24.

C

MANTINI TRANSL. D

pfessores sit ĩpfecti: hoc aũt accidit eis nõ pp legẽ. sed pp eos, q eã vituperãt, & accusant. Huic igit̃ generi hoĩum cõtigit, cũ aggrediunt̃ ipsam speculationẽ, vt vituperẽt illud gen⁹ pfectionis, cui erãt ĩclinati. sed cũ ipsi remaneãt in ea re, ĩ q̃ fuerũt educati, nẽpe parũ sunt ꝓni illi pfectioni: & putãt se ĩpfectos esse, ppea q a hoĩes vituperãt eos, & ipsos non eẽ dignos, vt ciuiles vocẽt̃, existimãt neq; dignos eẽ, vt ĩter minimos eorũ vn⁹ ipsorũ cõnumeret̃, vt cũ eis associet̃. & cũ nõ sperẽt ampli⁹ attingere huiuscemodi pfectionẽ, opinãtur ꝙ id, qđ dr̃ de hac, non sit absi͂le ei, qđ dicebat̃ de illa pria pfectione, quã expulerũt, posteaq̃ erãt ĩ ea educati. & hoc fit vtpl̃m nr̃o tp̃e: videlicet ꝙ plures eorũ tradũt se hoc tp̃e arti logicę, q tñ sit̃ ad voluptates inclinati: ac accidit eis res maxime pter naturalis ita, vt nõ sint digni esse ps Reip. vllo pacto: q a nulla actio ciuilis oĩno vere ꝓcedit ab eis: neq; vlla humana amicitia, nullaq; vtilitas alteri ab eis ꝓuenit: ſʒ eorũ actiones oẽs vñr eẽ ꝓbæ in aĩo eorũ. hĩc fit vt hac tẽpestate nr̃a ij, q sciam ꝓfitent̃, sint ĩ opprobriũ, & maximo vitio affecti iudicent̃. sed iã reuertẽdum est ad id, vñ digressi sumus. E F

Ordo autem hui⁹ libri est ꝙ iste liber est primus librorũ positorum ab Arist. in sciẽtia naturali. quia res naturales diuidũtur ad diuersas naturas: &, cum diuersantur in eo, qđ est proprium vnicuiq; eorum communicant tamen in rebus communibus existentibus in eis. & propter hoc diuiditur cõsyderatio huius artis in duas partes. Prima est consyderatio in rebus communibus omnibus

Quod vero ad ordinẽ libri attinet, is q dẽ liber est primus librorum ab Arist. positorũ, q in scĩa nãli legunt̃. qm̃, cũ res nãles diuidãt̃ ĩ varias naturas, q̃ q dẽ naturæ, licet differãt inter se p ea, q̃ sunt propria vnicuiq; earũ, tñ adhuc cõicant inter se in rebus vniuersalibus, quas obtinent.

Ideo oportet vt prĩo diuidat̃ consideratio h⁹ artis in duas partes. In Prima consyderat̃ de his reb⁹ vl̃ib⁹ cunctis

G ANTIQVA TRANSL.

bus rebus naturalibus: Secunda est consyderatio in rebus proprijs vnicuiq; generi naturarũ diuersarũ. & ista pars secunda diuidit̃ ſm numerum diuersorum generum. & propter hoc fuerunt libri positi in hac arte plures, sicut accidit in Logica, & alijs artibus speculatiuis.

Idẽ.1. phy. c.4. & clarius.57. & 2. de aïa.1. & 34.

Causæ autem, quare pars communis est prior partibus proprijs, sunt tres in his artibus. Prima est quod commune est notius naturaliter ꝓprio apud nos: Secunda ꝙ idem in disciplina non erit pluries iteratũ:

H Tertia quòd propositiones vsitatæ in hac scientia erunt primæ, & propriæ. verbi gratia, qui demonstrat in triangulo angulos esse æquales duobus rectis demonstrat hoc per propositiones primas: qui autem demonstrat hoc in triangulo diuersorum laterum, vel æqualium laterum, tunc propositiones, quib' vtitur, non erunt primæ. similiter qui demonstrat essentiam primæ materiæ homini, vel animali, vel alijs rebus particularibus. ꝓpter hoc oportet præponere partem communem propriæ, sicut librum Priorum, & librum Perihermenias ante Posteriora, & Dialecticam, & alias.

I

Diuisio.

Diuisiones autẽ huius libri sunt octo sermones: & quilibet sermo partitur in partes maiores, & minores, & maiores in minores partiuntur. & nos narrabimus istas partes in procœmio cuiuslibet sermonis.

Pro-

MANTINI TRANSL.

cunctis rebus nālibus: in Scđa ve tractat̃ de reb' proprijs vnicuiq; g neri naturarũ diuersarũ. & hęc pa adhuc secunda diuidit̃ in numer generum diuersorũ. & ob hanc ca sam in hac arte reperiunt̃ plures li bri positi, quib' accidit veluti id, q accidit arti Logicæ, & alijs artibu

Verum pars cõis in his artib' a reponit̃ in hac doctrina partibus prijs pp tres cãs. Prima est, quia c notius est natura apud nos, q̃ pr prium: Secunda, ne in ipsa doctri accidat repetitio: nempe vt eadẽ r cõis pluries repetat̃. Tertia, vt pr positiones, q̃ fiunt circa hoc, sint p mæ, atq; propriæ. vt, exempli gr qui demſat triangulũ simpl'r hab re angulos æquales duobus rectis, profecto vtet̃ demſatione, q̃ cõst ex propositionibus primis: sed q d monstrat hoc de inęquilatero, v æquilatero triangulo, tunc propo tiones eius non erunt oĩno prima pari quoq; rõne si quis demõstr hoĩem, vel aĩal, vel aliqđ aliud pa cularium obtinere primã materi his vtiq; rebus oportet vt pars cõi & vl'is ꝓcedat proprias, & particul res, vt ꝓcedit liber Priorum, & lib Perihermenias librum Posterior & librũ Topicorũ, & reliquos q que libros. Partes vero eius su octo, q̃ in octo libris positæ sunt: quilibet liber diuidit̃ in magnas p tes: & illæ magnæ in minores: & q que minores in exiguores: & qñ non diuiduntur primæ partes: & que desinet diuisio in plures q̃ t partes: & hoc totũ iuxta naturã r de qua tractatur. & quandoque a quæ res exposcunt vt ingrediant suas diuisiones pp ordinẽ doctrin

qu

quas quidem partes nos enumerabi bus in pfatione vniuscuiusq; libri.

Proportio

Proportio eius oībus sciētijs speculatiuis, s. comparatio scientiæ naturalis est fm proportionem partis ad totum. quia scię speculatiuę sunt duobus modis: †[vnus est propter exercitium, sicut Mathematica:] alius pp perfectionem, propter quā ipsum exercitium est: & est scientia Naturalis, & Diuina.

al. lit' in- [illegible] pp fi- [illegible] alcerr [illegible], & si Mathema ticæ sciē. vide 1. cor. 45.

Proportio aūt istius libri ad sciētiam naturalem est sicut proportio elementorum rei ad rē: quia iste li- B ber comprehendit res, q̄ sunt principia, & radices vl'es illorum, de qui bus vult alloqui naturalis.

Via doctrinæ huius libri sunt species doctrinæ vsitatæ in hac sciētia: & sunt modi omnium disciplinarum, s. demonstratio signi, & demōstratio causæ, & demonstratio simpliciter: quamuis signum, & causa sint plus vsitata in hac scientia: & ali quando est vsitata demonstratio simpliciter.

al. & maneries disciplinę di uisionis & definitio- C nis, & enthymema tis & exempli & inductionis [illegible] [illegible] [illegible] *Quod dē [illegible] [illegible] dialectica, & rhetorica. [illegible] [illegible] & in 8. phys. com. [illegible]

Et maneries disciplinæ, quæ fit in definitione diuisionis, & Inductionis, & exempli: quia vnoquoq; isto rum trium vtitur ars * demonstratiua secundum modum datum in Posteriorib': sed * vsus, quo vtitur exemplo, & inductione, est alius ab vsu, quo vtitur Rhetorica, & Dialectica.

Nomen

Rō vero eius, seu pportio, s. sciæ naturalis ad reliquas scias speculatiuas, est rō partis ad totum. quia duplex est genus sciarū speculatiuarū: vnū est, qd vt plm ponit' ad vsum, & sunt ipsæ sciæ Mathematicæ: alterū vero, qd inter ipsas pfectiones cō numerat' ob quas, s. fit ipse vsus: q̄, & quidē ē ipsa scia N̄alis, & Diuina.

At rō hui' libri ad ipsam n̄alem sciam est rō, vel proportio elementorū rei ad ipsam rem: nā hic liber continet ea, q̄ se hn̄t veluti principia, & vl'es radices ad ea, quæ profes sor huius scientiæ vult tractare. E

Modus aūt doctrinæ, qui in eo fit, est ex generibus doctrinæ, quæ in hac scia fieri solent: qui quidem sunt modi oīum doctrinarum triū generum demrationū, népe signorum, seu demonstrationū quod est, & demonstrationū pp quid, necnō demonstrationū absolutarum, vel simpliciter: licet in hac arte maior pars demrationū, q̄ in ea fiunt, sint demonstrationes qd est, & pp qd: raro enim fiunt in ea demonstrationes absolutæ: contra id, qd fit in ip- F sis Mathematicis, in quibus s. fiunt vt plm demonstrationes simpliciter, & absolutę. Vti' insup eo mō doctrinę, q fit p definitionē, & eo, q p diuisionē, & eo, q p enthymema, & eo, q p inductionē, & eo, q p exēplū. his etenim quinq; modis oībus vtunt' ipsæ artes demratiuæ, eo pacto, quo in lib. Posteriorū traditū fuit. sed hæ alio mō vtunt' exēplo, & inductione, q̄ vtat' ars Dialectica, & ars Rhetorica: vti'. n. ars Dialectica Iductiōe, & ars Rhetorica exēplo.

G ANTIQVA TRANSL.

Nomen huius libri est audit⁹ naturalis, siue sermo naturalis: sed, cũ acciderit sermoni ꝙ audiatur, mutatum est loco sermonis auditus, secũdum trãsumptionem, & alternationem, propter delectationem, & extraneitatem exist entẽ in verbis mutatis, secundum quod delaratum est in Rhetoricis. & appropriatẽ hoc nomine, quamuis sit commune toti huic arti: quia iste liber est principium, & radix totius istius artis. & vocatur pars nomine toti⁹: quia est in potentia omnes partes: sicut ele-
H mentum est in potẽtia omnia generata ex eo.

Nomen authoris. Nomen authoris est Aristoteles, filius Nichomachi, sapientissimus Græcorum, qui composuit alios libros in hac arte, & in Logica, & in Metaphysica, & ipse inuenit, & compleuit has tres artes.

Confiste. 3. cœ. cõ 68.

Inuenit. quia quicquid ĩuenitur scriptum ab antiquis in hac sciẽtia non est dignum, quòd sit pars hui⁹
I artis, nec ambiguitas etiam, nedum ꝙ principia essent.

Com-

MANTINI TRANSL.

Quid aũt nomen eius signẽt, intelligit q dẽ ipe p auscultationẽ physicam, orõnẽ physicã: sed cũ contingat orõnem fieri p auscultationem, ideo vsus est vocabulo auscultationis, vice orõnis, p modũ metaphoræ, & transmutationis, pp consonãtiã, & dissonantiã, q̃ fieri solet ĩ primis dictionibus, vt in libro Rhetoricorum explicatũ fuit. at indidit ei hoc propriũ nomẽ, licet sit cõis toti huic arti: quia hic liber ẽ fundamẽtũ, & principalis radix huius artis: iõ pars vocaẽ noĩe toti⁹: qa virtute est oẽs ptes: quẽadmodũ ẽlẽtũ ẽ virtute oẽs res, quæ ex ipso oriuntur.

Author vero huius libri ẽ Arist. filius Nichomachi, manifestissimę sciæ apud græcos, notus, q fuit quoque author reliquorũ librorũ, qui ĩ hac arte habenẽ, ac eorũ, q in arte Logica reperiunẽ, nec nõ tractatuũ qui in scĩa Diuina ĩueniunẽ. ipseq; fuit inuentor harũ triũ artiũ, nẽpe artis Logicæ, & sciæ Diuinæ, ac Naturalis sciæ, easq; ipse perfecit.

Qđ aũt ipse eas adĩuenerit patet quia, si quid fuit dictũ de his rebus ab aliquo alio ꝑter ipsum, nõ debet recipi ꝓ aliquo principio harũ artiũ, neq; ꝓ aliqua parte: ĩmo, si qd reperiẽ ab alijs dictũ de hoc, non debet pro dubio produci in his artib⁹, longeq; min⁹ dignũ est vt recipiat pro prĩcipio earũ. & hoc satis patet in suis libris, vbi facit verba de ipsis proponendo eorũ verba in his tribus: nec non ex libris, q nunc reperiunẽ ei ascripti, licet sint admodũ pauci, maxime constat. nã postq̃ mutuere libri huius viri, libri ꝑdecessorum eius fuerunt abnegati, & aboliti. Inter libros vero, qui fuerũt a

ANTIQVA TRANSL. MANTINI TRANSL.

A

Compleuit. quia nullus eorum, qui secuti sunt eum vsque ad hoc tẽpus, quod est mille & quingetorum annorum, nihil addidit, nec inuenit in eius verbis errorem alicuius quátitatis.

Laudes Arist. vid. 2. coe. c. 1. & 2. de gña- tione. c. 3. & & 3. mete. vbi expõe media, & 3. de aña c. 4. & 12. mete. c. 14.

Et talem virtutem esse in indiui duo vno miraculosum, & extraneũ existit. & hęc dispositio, cum in vno

B

homine reperitur, dignus est esse di uinus magis, quàm humanus.

Et quoniam nos compleuimus capitula praecedentia ad hunc librũ & compendiose exposuimus illi, qui vult intelligere verba libri huius, ad exponenda verba libri iam transire debemus.

C

te ipsum aediti in his rebus p viã doctrinae proximiores sunt libri Platonis: & si pauca admodũ sint ea, q̃ in eis continent̃, in relatione ad illa q̃ in libris huius sapiẽtis cõtinent̃, q̃ ẽt sit̃ pauciora in vna sciã, q̃ in alia. D

Quod aũt ipse pfecerit ipsos satis constat: cũ nullus posteriorũ ei⁹ vsque ad psens tps, q̃ sũt ferè mille & quingenti anni, potuit quicq̃ addere his, q̃ ipse tractauit: neq; aliquid impugnare, quod sit alicui⁹ momẽti, vel consyderationis.

Inueniri aũt hoc in vnico indiuiduo est alienũ, ac maxime miraculũ. Haec aũt, cũ reperiunt̃ in aliquo viro, debent potius ascribi diuino statui, q̃ humano: & ideo antiqui vocabant eum diuinum. E

Et posteaq̃ fuerunt q̃ breuiter expositae hae octo intentiones, q̃ sunt veluti pludia illi, q̃ desyderat intelligere id, qđ ipse dicit̃ ĩ hoc suo libro, consentaneũ est aggredi expositionẽ vniuscuiusq; librorum eius.

In hoc primo libro physicae auscultationis primũ ei⁹ propositum est ĩuestigare quid sit prima cã materialis, cõis cunctis entibus naturalibus: & continet tres summas. F

In Prima summa agit̃ de rebus, qbus pfatus est hunc suũ librũ. In Scđa tractat̃ de opĩonibus antiquorũ, quas habebant de hoc principio earũq; destructionibus. In Tertia ponit opĩonẽ suã de hoc principio. Prima summa cõtinet tria capita. In Primo ca. ponit̃ ppositũ h⁹ sciae. In Scđo de generib⁹ demr̃onũ, q̃ ĩ hoc libro fiunt, agitur. In Tertio de modo ordinis doctrinae, quo pcedit in hoc libro, & in sequẽtibus.

Aristotelis

ARISTOTELIS
DE PHYSICO AVDITV
LIBER PRIMVS,
Cum Auerrois Cordubensis Commentarijs.

SVMMAE PRIMI PHYSICORVM.

SVMMA PRIMA.

De modo procedendi in hac scientia.

De Proposito huius scientiæ. Cap. 1.



Voniã cognoscere, ac sciř cõtigit circa oẽs methodos, q̃rũ sunt principia, aut causæ, aut elementa, ex horũ cognitione: tunc.n. pu-
1 tamus cognoscere vnũquodq;, cũ cãs primas cognouerim⁹, & principia prima, & vsq; ad elementa: manifestũ est ꝙ & ea, q̃ sũt circa principia sciæ, q̃ de natura ẽ, primũ determinař tẽtãdũ.



Voniã dispositio certitudinis, & sciæ in oĩbus vijs, habentibus prĩcipia, aut causas, aut elementa, non acquiritur nisi ex cognitione istorũ: credimus.n. in vnaquaq; rerum ipsam scire, cum sciuerimus causas eius simplices & prima principia eius donec perueniamus ad elementa eius: manifestum est quòd in scĩa naturali oportet primò quærere determinationem principiorum eius.



Ncœpit hunc librũ a c pp quam fuit cõsyderatio huius sciæ in cognitione cãrum rerũ naturalium, & dixit. Quoniam dispositio. idest. quia declaratũ ẽ in posterioribus ꝙ dispositio sciæ certæ in oĩbus artibus demõratiuis, cõsyderantibus de rebus habẽtibus cãs, vel vnquatuor causarũ, aut plures vna, aut oẽs, non acquirit̃ nisi ex cognitiõ causarũ. Et non intẽdebat p sciam & certitudinẽ synonyma: qm̃ nomina synonyma non vsitantur in sciẽtia, & doctrina demonstratiua

sc

A sed intendebat dispõnem scię certę: scia.n. certa est scia perfecta. Scia.n. alia est perfecta, & est illa, quę est p cãm, alia est imperfecta, & est illa, quæ est sine causa. Et intendebat p vias artes speculatiuas, quæ dicunt̃ viç: quia consyderans in eis vadit ex determinatis rebus ad res indeterminatas per res determinatas. Et dixit habentibus principia, aut causas, aut elemẽta. quia artium speculatiuarũ, aut suarũ partium sunt q̃dã, quę consyderant de rebus simplicibus carẽtibus principijs: & hęc est dispositio sciæ consyderantis de B proprijs principijs, & primis cuiusli bet artis, vel entis. Et dixit principia, aut causas, aut elementa, pp diuersitatẽ modorũ quatuor cãrũ. & intendebat per principia in hoc loco causas agentes, & mouẽtes, & per causas fines, & p elementa causas, q̃ sunt partes rei, s. materiã, & formã. & vtitur hoc noĩe principium proprie, & similiter hoc nomine causa, q̃a sunt noĩa synonyma, cũ vsitent̃ cõiter. & sic, vt mihi vr̃, exposuit Alexã. Et intendebat Arist. per hũc sermonẽ docere q̃ non oẽs artes consyderant de oĩbus causis, sed quędã C consyderant de cã formali tantũ, s. Mathematicę, & quędã de trib' causis, s. efficiente, formali, & fine, & est scia Diuina, & q̃dã de quatuor causis, & est scia. Naturalis. &, quia hoc non fuit manifestũ in hoc loco, induxit sermonẽ in formã dubitationis, & d. habentibus principia, aut causas, aut elementa. i. qm̃ idem sequit̃, si ponat̃ q̃ illę res habeãt principia agentia, aut finalia, aut elemẽtaria, aut oĩa. & impossibile est vt hæc coniunctio, aut, sit sicut copulatiua: nam dispositio certæ sciç in

Distinctio sciæ.

Vide com. Zim.

Vide c. 3. 3. cœli. Vid. phoc 5. Met. c. 4 & 12. Me. c. 23. vbi expressius cõtradicere.

Scia diuina de tribus causis cõsyderat.

Vid. opp. 3. Met. c. 3. & 12. Met. c. 6 vbi dicitur. Vid. 2. Met. c. 6 vbi dicitur, cõsyderat quatuor genera cãsã &c. Vide 3. cœ. & 12. c. 30.

uenitur in rebus habentibus causas D quasdã per sciam illarũ causarum, sicut inuenitur in habentibus omnes causas. Et, cũ posuit hanc propõnem, induxit testimonium ad verificãdum illã, q̃ ferè induxit in posterioribus Analyticis, & d. credimus.n. in vnaquaq; rerũ, &c. i. & signum eius, q̃d diximus, q̃ dispositio sciç certæ de aliquo non acquiritur nisi ex cognitione causæ eius: qm̃ omnis, qui dicit se scire aliq̃d, non dicit hoc nisi qm̃ sciuit illud p suas omnes causas, ppinquas, & remotas: & hoc inuenitur in oĩ, qui aliquid scit in veritate, aut s̃m existimationẽ: & q̃ in ista propositione conueniunt oẽs consyderantes, adeo q̃ & Sophistę, vt dixit in posterioribus. D. d. cum sciuerimus causas eius simplices. & intendit, vt mihi vr̃, causas existentes in re, primas, nõ cõpositas, & sunt prima materia, & vltima forma: quę.n. sunt pręter primã materiã, & vltimã formã cuiuslibet rerũ naturaliũ sunt materiæ compositę, & formę cõpositæ. D. d. & prima principia. & intẽdit, vt videtur, per prima principia primas causas, quæ sunt extra rẽ, s. primũ agens, & vltimũ finẽ oĩum rerũ. D. d. donec pueniamus ad elemẽta eius. & intẽdit hic p elementa causas existẽtes in re, ppinquas, & eẽntiales. Et innuit p hoc, q̃d dixit, q̃ doctrina ordinata ẽ incipere à cognitiõe cãrũ primarũ rei cognoscẽdę pfectę, deinde intẽdere ad cognitionẽ aliarũ cãrũ remotarũ s̃m ordinẽ, donec perueniamus ad causas ppinquas. & s̃m hoc vtit̃ hoc noĩe cã, & elemẽtum alio mõ ab eo, quo vsus ẽ illic pri', s̃m suũ morẽ I habẽdo modicã sollicitudinẽ de noĩbus.

E

Primo posteriorũ t. cõ. 5.

Vid. cõsile 2. Ph. c. 10. & 1. cœ. c. 1. & 5 Me. c. 29. & 1. Phy. c. 82. Opposi. 12 Me. c. 6. & 3. Met. c. 3. vbi hr̃q. vltim' finis omniũ rerũ à Met. cõsyderat̃

F

Vide cõt. Zim.

Vid cõsile 6. Me. c. 12 & l. 2. phy. c. 72. & 38

Et,

G Quoliceat vti verbis æquocis i doctrina demratiua vide. 3. d aia. c. 20

Et cum posuit hanc maiorem ꝓpositionem in hoc sermone dicentem ꝙ scientia certa de rebus habentibus causas, & elementa non acquiritur nisi ex cognitione causarum, & elementorum eorum, dimisit minorem propositionẽ, & induxit cõclusionem, quam intendit per hunc sermonem, & dixit. manifestum est ꝙ in scientia naturali, &c. i. manifestum est: qm̄ ex hoc sequitur ꝙ qui vult largiri scientiã de natura, oportet ipsum prius quærere determinationem causarum rerum naturaliũ habentium causas, & elementa. Et

H iste sermo componitur sic. Omnia naturalia habent principia, causas, & elementa: sed habẽtia causas, principia, & elementa non sciuntur nisi ex cognitione causarum, & elementorum: ergo omnia naturalia non sciunt̃ nisi ex cognitione suarũ causarum, & elementorum.

De generibus demonstrationum, quæ ĩ hac scientia fiunt. Cap. 2.

INnata autem est ex notioribus nobis via, & manifestioribus ad manifestiora natu-

I ræ, & notiora: non enim sunt eadem & nobis nota, & simpliciter. Quapropter necesse est ad hunc modum procedere ex immanifestioribus quidem naturæ, nobis ãt manifestioribus ad manifestiora naturę, & notiora.

Et via ad illa est de rebus notioribus, & manifestioribus apud nos ad res, quæ sunt manifestiores in natura: illa enim, quæ sunt cognita apud nos, non sunt illa, quæ sunt cognita simpliciter. Et ideo oportet nos ire per hanc viam, & venire de rebus, quæ latentiores sunt apud naturam, & manifestiores apud nos, ad res, quæ sunt manifestiores, & notiores apud naturam.

Cum declarauit ꝙ oportet Naturalem largiri cognitionem causarum, & elementorum, incœpit declarare viam inducentem ad cognitionem causarum rerũ naturaliũ, & naturam demonstrationum largientium causas rerum naturaliũ, & d. Et via ad illa. i. uia, inducens ad cognitionem causarum rerum naturalium, est de propositionibus acceptis ex rebus posterioribus in eẽ, quæ sunt notiores, & manifestiores apud nos, ad conclusiones priores ĩ esse, quæ sunt notiores, & manifestiores apud naturam, & latentiores apud nos: & est modus demonstrationum, qui dicitur signum. Et, cũ declarauit naturam demonstrationis, qua vtitur hic, reddit causam, & dixit. illa enim, quæ sunt cognita apud nos, &c. i. & causa, in hoc, ꝙ via, per quam itur in hac scientia, debet esse à rebus posterioribus in esse ad res priores in esse, est quia illa, quæ sunt cognita apud nos in rebus naturalibus, non sunt illa, quæ sunt cognita simpliciter, idest naturaliter: quod est contrarium in Mathematicis: illa enim quæ sunt cognita in illis simpliciter, & sunt causæ priores in esse, sunt cognita apud nos. Quia igitur naturaliter procedim' de scito apud nos ad ignotum, si cõtigerit vt notum apud nos sit notũ apud naturam, tunc demonstratio-

nes

A nes datæ in hac ſcīa erūt demſones cauſę,& eſſe: &, ſi contigerit vt nota apud nos non ſint nota apud naturā,quæ nō ſunt priora in eſſe,ſed poſteriora, tunc demonſtrationes datæ in hac ſcia erūt de numero ſignorū, non demſones ſimplr. Et, cum notificauit ꝙ via in hac ſcīa eſt īcipere à rebus notioribus apud nos, & intendere ad res notas apud naturā,& ignotas apud nos, & ꝙ īpoſſe eſt aliter in hac ſcīa incedere, incepit declarare ꝙ per hanc viam opꝫ in hoc libro ire,ſ. ꝙ opꝫ ipſum cōſyderare de hoc, qđ eſt de rebus cognitis apud nos, procedendo ad
B res cognitas apud naturā, quæ ſunt cauſæ quæſitę, & d. Et ideo oportet nos, &c. Deinde demōſtrauit quæ ſint illa, quę ſunt cognita apud nos, & latentiora apud naturam, & quæ ſunt illa, quæ ſunt cognitiora apud naturam, & ignotiora apud nos.

Hic pꝫ qd ſit demſo ſimplr, & qd ſign demſo. Vide cōſile 2.cœ.c.35. & ibi & inuenies qd ſit demſo cāꝗuā,ſeu ppqd. Vide ꝓ hoc & 2.phyſi. c.65. exemplū cōue- niēs de demſtratione cauſæ cāꝗuā.

Sunt autem primum nobis dilucida, ac manifeſta confuſa magis: poſterius autem ex his nota fiunt elementa, & principia ijs, qui diuidunt hæc.

Et illa, quæ primò ſunt apud nos euidentia, & manifeſta ſunt
C *mixta, ſ. compoſita propriè: deinde in poſtremo efficiuntur nobis ex iſtis elementa, & principia manifeſta.*

3 Dicit & illa, q̄ ſunt cognita apud nos primo de reb' naturalibus, ſunt compoſita cauſata ab elementis, & illa, q̄ ſunt ignota apud nos naturaliter, ſunt cauſæ cōpoſitorū. ſed poſſibile eſt ex rebus compoſitis, i. ex conſequētibus earum cognoſcere

Cōpoſita ſunt notiora apud nos q̄ tur cāe. Idē 3.cœl. c.61. Quare cāe nūc notiores.

D cauſas: adeo ꝙ ex hoc erunt notæ illę cauſę, ex quibus cōponunt. cauſæ autem ſunt notiores apud naturā: qa natura facit cōpoſita ex cauſis. vnde vr̄ ꝙ cauſæ ſunt notiores apud illā: ſicut eſt diſpoſitio in rebus artificialibus cū artifice, ſ. qm̄ cauſę ſunt cognitiores apud illum. ſi igitur nos ageremus res naturales, tunc cauſę eſſent notiores apud nos: ſed, quia nos nō habemus agere eas, ideo diſpoſitio in eis apud nos eſt contraria diſpoſitioni in rebus artificialibus.

De modo ordinis doctrinæ. Cap. 3. E

QVapropter ex vl̄ibus ad ſingularia ꝓcedere oportet, totum.n. ſm ſenſum notius eſt: vl̄e autem totum quoddam eſt: multa enim comprehendit, vt partes, vl̄e.

Vide cōtr. Zim. Vide opp. 2.Poſte.21 vbi d. ꝙ à ſinglarib' ad vl̄ia oportet ꝓcedere.

Et ideo oportet procedere de rebus notis vniuerſalibus ad particulares. vniuerſum.n. notius eſt in ſenſu: & vniuerſale eſt aliquod vniuerſum: vniuerſale.n. continet res plures, tanquam partes.

Cum declarauit ꝙ cauſa, pp quā debemus ire in hac ſcīa de poſterio- F 4
bus ad priora, eſt quia ſemper debemus ire de illo, qđ eſt notum apud nos, ad illud, quod eſt ignotū apud nos, narrauit ꝙ pp hanc cām, ſ. ire de notiori apud nos ad latentius, oportet incipere in ordine doctrinæ à cognitione cārum vl̄ium, & accidētium vl̄iū, & d. Et ideo oportet procedere, &c. i. & cā, pp quam fuit neceſſe vt demſones huius ſcīæ fuerint ſigna, & eſt ire de notiori apud nos ad latentius, oportet etiā nos

G nos procedere in doctrina de rebus vlibus ad particulares. Et intendit per vlia vniuersalissima substrata, q possunt inueniri in istis reb' rerũ naturaliũ, s. de causis, & accidentib': qm, quanto magis vle fuerit cõius, tãto magis cõtinebit. Et ex hoc sermone declarat' q intentio istius libri est loqui de rebus † [vlibus cõib' oibus,] quæ constituuntur p nãm.

†A.l. vlib' omnium. Quæ, sunt res vles oibus nãlib' cões vide in plogo com.

Et, cum d. particularia, nõ intẽdit ĩdiuidua, sed vltima species, aut illa, quæ sunt quasi vltimæ species. Et, cum declarauit modum ordinationis doctrinæ in hac scientia, & est q oportet procedere de illo, quod est magis cõe, ad illud, quod est magis propriũ: quia illud, quod est magis cõe, est notius, quemadmodum via demonstrationis in hac scientia per hanc causam necesse fuit ire de posterioribus ad priora: incœpit dare causam, pp quam fuit necesse vt vle intelligibile sit notius particulari, quod est sub illo, & dixit vniuersum enim, &c. idest res vles sunt notiores apud intellm q particulares, s. spẽs: quia vle assimilatur indiuiduo composito: & cõpositũ est notius apud

H Quæ sit & libri intentio vid ibidem, & 3. Coeli cõ. 2.

Vide cõtr. Zim.

I sensum. i. queadmodum istud vniuersum est notius apud sensum, qd est quasi principium fidei, q simplicia, quæ sunt causæ illius vniuersi, s. demonstrati, sicr vlia sunt notiora apud intellectum q particularia: vle enim est aliquod vniuersum, cum contineat multa. quia igit' ita se habet ad intellectum, sicut compositũ particulare ad sensum, ideo dispositio vlis apud intellectum est dispositio particularis apud sensum. causa igitur in hoc, q viæ demonstrationum in hac scientia sunt de compositis ad simplicia, & in hoc, q principium doctrinæ est de rebus vlibus, est, qm vniuersum demonstratum est notius apud sensum q partes ei', & vle est notius apud intellm q proprium. Et, cũ declarauit q vle assimilat' vniuerso composito demonstrato, dedit modũ similitudinis, & dixit vniuersum enim cõtinet multas res, sicut partes. i. vle. n. continet multas spẽs, q sunt sub eo, sicut partes rerũ compositarũ indiuidualiũ.

Idẽ infra. c. 5. & 2. de Ala. c. 1. & 34. & 2. de Gene. tex. com. 51.

Patiuntur aũt hoc idem quodammodo & nomina ad rationem: totum enim quoddam, & indistincte significant, vt circulus: definitio aũt ipsius diuidit in singula. Ac pueri primũ quidem oẽs viros patres appellant, & matres fœminas: posterius autem determinãt horũ vtrunq.

Et iam accidit hoc idẽ quoquomodo omnibus apud definitiones: significant enĩ aliquod vniuersum non determinatum: v. g. hoc nomẽ circulus, definitio eius distinguitur per particularia. Et puer existimat in principio omnẽ virum, quẽ videt, esse patrem eius, & omnem mulierem esse matrem eius: deinde in postremo distinguit, & determinat vtrunq.

Cum declarauit causam, propter quã vle est notius particulari, quod est sub eo, incœpit docere q pp hãc causam illud, qd significat nomen, est notius apud nos q illud, qd significat definitio apud intellectũ. & d. Et accidit sicr hoc idem, &c. i. & pp hãc cãm accidit sicr eis, q significant noĩa apud illa, quæ significãt definitiones,

A tiones, s. quoniam illa, quę significant noīa, sunt notiora eis, quę significant desiōnes. D.d. significat enim aliqđ vniuersum, &c. i. & cā in hoc, φ illa, quę significāt noīa, sunt notiora desiōnibus, est, quoniam nomē est aliqđ vniuersum, & ē spēs noīata: & illud vniuersum nō est distinctū: vt hoc nomē circulus, qđ significat vniuersum īdistinctum, definitio vero eius, quę est figura plana, intra quā est pūctus, à qua oēs lineæ exeuntes ad circūferentiā sunt æquales, est vniuersum distinctū, & determinatū p elementa, ex quibus cōstituit' circulus, s. genus, &
B dñia. & hoc intendebat, cum dixit distinguit' p particularia. vocat enim elementa spēs., & particularia causas indiuidui vniuersi. Et dicit quoquomodo. quoniam illa, quæ significāt, s. nomina specierū, assimilantur vli inquantū continet causas, ex quibus constituitur spēs, & differunt ab eo, in eo φ vle continet spēs. vle ergo est aliquod vniuersum specierū: & illud, quod significāt noīa, est aliqđ vniuersum, diuisum aūt in causas, ex quibus constituitur species. vniuersum vero in rei veritate est indiuiduum, cōpositum, demonstratū:
C & silr partes in rei veritate, quę sunt partes indiuidui: & sunt illæ, de quibus dixit φ sunt notiores in sensu quam causæ. & ex hoc, φ istud vniuersum est notius apud sensum causis, ē causa in hoc, φ vlia intellecta sunt notiora apud intellēm quam suę partes intellectę: siue illę partes sint spēs, aut causæ: & silr est causa in hoc, φ res posteriores in esse sunt notiores apud nos quam causę. Et quęret aliqs φ hoc, qđ dixit, φ illa, quę sunt primo euidentiora apud nos, &c. & hoc, qđ dixit post, & accidit hoc idem in noībus apud definitiones, nō sunt idē: quoniam impōle est ipsum intelligere per res mistas cōpositas indiuidua demonstrata: cū ex istis non procedatur ad elementa, & principia intellecta: nō enim sunt partes *sylli: sed procedit' ad illud ex specie cōposita non ex indiuiduo. ergo ista est dispositio speciei apud suas causas, & dispō eius, quod significāt noīa apud illud, qđ significant definitiones. quare igitur posuit hic alium modum? Ad hoc aūt dicamus φ in primo sermone
E fecit cōparationē inter spēs, & suas causas sm fidem, & dixit φ spēs compositæ apud nos sunt notiores suis causis, & φ ex istis speciebus pcedimus ad cognitionē causarū mediantibus accidentibus exīstētibus in eis in hoc aūt sermone fecit cōparationem inter spēs, & causas suas sm imaginationem, & dixit φ illud, quod significant noīa, sunt notiora apud nos, quam illud, quod significant definitiones. Sunt igitur tres modi compositionis, s. cōpositio speciei ex suis causis: & cōpositio generis ex speciebus: & vtraq; istarū compositionū est notior apud intellectū quam suæ partes: tertia aūt compositio est compo-
F sitio indiuidui ex suis partibus, s. †quæ sunt sm sui *qualitatē: & ista cōpositio est notior apud sensum quam suæ partes: & eo φ ista compositio ē notior apud sensum, ideo illi duo modi compositionis sunt notiores apud intellēm. Et ideo nō est remotum ipsum intelligere p hoc, qđ dicit & illa, quæ sunt apud nos manifesta, sunt mista composita sm duos modos compositionis, s. cōpōnem indiuidui, & cōpōnem speciei: indiuiduū enim compositū, licet nō sit principium in doctrina demrātiua, tamen

Marginal notes:

Idē 12. Meta. cō. 27. & 2. de Generat. cō. 59

Quæstio.

* A. l. similes.

Prima solutio.

Tres modi compositionis.

† Quę sint pres scdm qualitatē. Vide. 4. Phy. c. 20. & 3. Cœli com. 12.

* a. l. quantitatem.

Secunda solutio. Vide pro hoc in secundo Poste. in fine.

G tamen est principium acquisitionis *vl̃is, quod est principiũ demonstratiuæ. Et, cũ declarauit ꝙ cõe est notius apud nos q̃ propriũ, quẽadmodum compositum est notius simplicibus suis, dedit testimoniũ sup̃ hoc, & dixit Et puer existimat, &c. i. signũ eius, quod cõe est notius apud nos, q̃ propriũ, est, quia videmus cõprehensionem cõem præcedere propriam cõprehensionẽ. infans enim in principio cõprehensionis existimat oẽm virum esse patrẽ, & omnẽ mulierẽ esse matrem: &, cum vigoratur intellectus suus, cognoscit pa-

*A. Lillius.

H trem inter cęteros viros, & matrem inter cęteras mulieres. Iste igitur est prologus libri: & continet intentionem, & ordinem eius, & modum doctrinæ demonstratiuæ.

SVMMA SECVNDA.

Antiquorum opiniones de principijs naturalibus examinat, easq; destruit.

De opinionibus antiquorum circa principia. Cap. I.

Necesse est autem aut vnũ esse principiũ, aut plura. Et, si vnũ,

I aut immobile, vt dicunt Parmenides, ac Melissus, aut mobile, vt Physici, hi quidẽ aerem asserentes esse, alij verò aquã primum principiũ. Si verò plura, aut finita, aut infinita. Et, si finita, plura autẽ vno, aut duo, aut tria, aut quatuor, aut s̃m alium quẽpiam numerum. Et, si infinita, aut sic vt Democritus, genere quidem vnum, figura verò, vel specie differentia, aut etiam contraria.

Et oportet necessario vt principium sit vnum, aut plura vno. Si vnũ, aut immobile, vt dicunt Parmenides, & Melissus, aut mobile, vt dicũt Naturales: quidam enim dicunt quòd primum principiũ est aer: quidam aũt aqua. Si verò principia fuerint plura vno, aut erunt finita, aut infinita. Si igitur fuerint plura vno, & finita, aut erũt duo, aut erũt tria, aut quatuor, aut alterius numeri necessario, quicũq; sit. Si aũt infinita, aut erunt, sicut dixit Democritus, eadẽ in genere, sed in figura, & in forma diuersa, aut erunt cum hoc contraria. K

I

Finito prologo incœpit p̃scrutari de principijs cõibus omnium rerum naturaliũ, & dixit Et oportet necessario, &c. i. & oportet s̃m naturam diuisionis vt principiũ existens in re sit vnũ, aut plura vno: &, si aliquis posuerit principiũ esse vnum, tunc illud vnum aut erit nõ trãsmutabile, vt dicunt Parmenides, & Melissus, qui dicunt non nãlr, quia negant transmutationẽ, & motũ: aut transmutabile, vt dicunt Naturales, qui nãlr loquuntur. & s̃m naturam diuisionis deberent dicere & si vnũ, aut erit finitum, aut infinitũ: vt dicunt Parmenides, & Melissus. sed inuit hanc diuisionẽ per diuisionem plurium principiorũ, finita, & infinita. Et dixit vt dicunt Parmenides, & Melissus. i. si imaginati fuerimus ꝙ Parmenides, & Melissus vtantur hoc nõie ens pro p̃ncipio: isti enim non dixerunt principiũ esse vnũ immobile, sed ens vnũ immobile. & sic potest

A potest quis intelligere per hoc nomen ens non principium entis. & est conuenientius, vt dicet post. quoniam, si vtuntur hoc noie ens pro principio, tunc non possunt dicere ens esse vnũ: qm̃ principiũ habet in se duo, principiũ, & illud, cuius est principium. Et, cùm ĩduxit modos, quos põt dicere qui dicit principiũ esse vnum, reuersus est ẽt ad numerandũ oẽs modos, quos põt dicere dicens principia eẽ plura vno, s. principia, quæ sunt in re, & dixit. Et, si principia fuerint plura vno, &c. qm̃, si fuerint finita, necessario hñt nu-
B merum determinatũ. D. d. Et, si infinita, &c. i. &, si infinita, aut erunt eadem in genere, diuersa in forma, & figura, aut diuersitate cõtraria, aut non contraria, s. infinita: aut erunt eadẽ in specie, diuersa in quãtitate, vt dicebat Democritus. sed innuit hoc condiuidens hoc per primũ, vt est suus mos in abbreuiatione. & in isto modo est multitudo rerũ: multitudo. n. aut est sm̃ formã, aut sm̃ quantitatem. & has duas multitudines dixerunt antiqui de principijs. & tacuit diuisionem pluriũ principiorum in motum, & in quietem:
C nullus enim dixit plura principia quiescentia esse: aut quia contentus est hac diuisione in prĩo principio.

Multitudo aut est rerũ secũdũ formã aut secũdũ q̃titatem. Idẽ. 3. me. t. c. 11.

Similiter aũt quærunt & quærentes quot sunt ea, quæ sunt. ex quibus enim sunt ea, quæ sunt, quærũt primum vtrũ hęc vnũ, an multa sint. & si multa, finita, an infinita. quare principium, ac elementum quærunt vtrum sit vnum, an multa.

Et eodem modo quærunt illi, qui quærũt de entibus quot sunt. prius enim quàm perscrutentur de illis, ex quibus sunt entia, perscrutantur de eis vtrũ sint plura, aut vnũ. D *& , si plura, vtrum finita, aut infinita. & sic erit perscrutatio eorũ, & de principio, & de elementis, vtrum sint vnum, aut plura.*

Dixit. Et in hunc modum inquisitionis diuiditur p̃scrutatio eorũ, 7 qui perscrutant̃ de entib⁹ quot sint: & sunt illi, qui vtunt̃ hoc noĩe ens pro hoc nomine principium: existimant. n. principia esse entia: quia solummodo perceperunt materiale principium, & non formale: quare non fecerunt differentiã inter principium, & ens. isti. n. perscrutantur de entibus vtrũ sint vnum, aut plura: quia intendunt per hoc nomen ens principium: & sic perscrutatio eorum in nihilo differt à perscrutatione de elementis vtrum sint vnũ, aut plura: cum non differant nisi in voce tñ. Deinde dixit. prius enĩ q̃ perscrutentur de illis, ex quib⁹, &c. i. qm̃ isti ex perscrutatiõe sua de rebus, quæ sunt principia entium, perscrutant̃ primo de entibus vtrũ sint vnum, aut plura, &, si plura, vtrũ finita, aut infinita. & sic perscrutatio F de ente, vtrum sit vnum, aut plura, eadem est cum p̃scrutatione de principio, aut elemento, vtrũ sit vnum, aut plura.

Antiq̃ perceperunt solum mãle principiũ, E non formale. Idem. 2 ph. c. 9. Idẽ 2. de aĩa c. 36. &. 8. c. 7. meta.

Ex dictis opinionibus quænam à Physico destrui, vel non destrui debeãt. c. 2.

Itaq; si vnum, atq; immobile sit id, quod est, consyderare, non est de natura speculari. Vt enim & Geometræ non amplì⁹ est ratio ad eum, qui destruit principia, sed aut alterius est

G est sciẽtiæ, aut omnium cõis, sic neq; ei, qui de principijs. non. n. amplius principium est, si vnũ solũ, & ita vnũ est. aut. n. principiũ cuiusdam, aut aliquorũ est.

Et dico nunc quòd consyderatio de ente, vtrum sit vnum immobile, non est consyderatio naturalis. Quemadmodum igitur Geometra non hẽt disputationẽ cũ eo, qui negat principia Geometriæ: sed loqui de hoc spectat ad aliam scientiam à Geometria, aut ad sciam cõem

H *omnibus scientijs: similiter Naturalis non hẽt loqui de principijs an sint. non. n. erit hic principium omnino, si fuerit vnum tantũ, & fuerit hmõi vnũ. principium. n. est alicuius principiũ, aut aliquorum.*

8 Cum dixit, φ illi, qui vtunť hoc noĩe ens pro principio, non differt pscrutatio eorum, vtrũ ens sit vnũ, aut plura à pscrutatione eorũ, qui pscrutanť, vtrum principiũ sit vnũ aut plura, incœpit dicere φ illi, qui vtunť hoc noĩe ens pro ipso ente, &

I non pro principio, dicentes ipsum esse vnum, & immobile, multũ distant ab eis, qui vtunť hoc noĩe ens pro principio. consyderatio. n. istorum est naturalis, illorũ vero nõ naturalis. Et dixit: Et dico nunc, &c. i. & consyderatio nũc de ente, vtrũ sit vnũ, aut plura, & mobile, aut immobile, qm̃ hoc nomen ens non significat ipsum principium, est perscrutatio innaturalis. D. dedit causam, & dixit, quemadmodum igitur Geometra, &c. i. qui dicit ens vnum esse, & immobile, negat principia,

K quæ ponit Naturalis, s. entia naturalia plura esse, & mobilia, & habentia principia. i. composita. nam posito ente esse vnum, nõ erit illic principiũ oĩno: & sic motu ablato non erit illic principium mouendi, s. natura. & quicunq; hoc ponit negat principia posita à Naturali: & rectũ est vt cũ eo non fiat disputatio: quẽadmodum Geometra non disputat cum negantibus principia Geometriæ: sed loqui cum hmõi hoĩbus ptinet ad aliam sciam, aut propriam, aut cõem oĩbus scientijs, s. primam philosophiam, aut artem disputandi. Et dixit: similiter Naturalis nõ

L habet loqui de principijs. i. similiter aũt de principijs notis per se non oportet loqui in hac scientia: aut, si fuerit, erit alterius à Naturali. D. d. non. n. erit hic, &c. i. sm. n. sermonẽ dicentis ens esse vnũ immobile nõ erit hoc principium oĩno, videlicet causa rerũ naturalium. si. n. est principium, est illud, cui⁹ est principiũ: quare ens non erit vnum, sed plura vno. Qui igitur dicit ens esse vnũ, & immobile, negat principia cognitionis. entia. n. esse plura, & mobilia est de principijs cognitionis in hac scientia: entia aũt naturalia habere

M principia, quæ sunt causa motus, & quietis in eis, est principium cognitionis, & esse. hoc igiť nomen principium vsitatur pro ambob⁹. Et exposuit hic modum, ex quo sequiť φ dicens ens esse vnum negat principium essentię, & cognitionis, & tacuit modum, ex quo contingit dicẽti ens esse vnũ negare principia cognitionis, & est pluralitas & motus. nam qui negat principium, negat pluralitatem, & motum: principiũ enĩ est cã vtriusq;. Et dixit: nõ erit hic,

Mo latc tur 2.pl Ifra pri 8.pl 2.. Qu enti oĩb tijs spu cõe gat cipi scia cul Vi c.4 ph.

Q pr ne ral m cip cã

A hic,&c. sm. n. dicentes q ens est vnũ, intendẽdo simplex, nõ erit hic principium oĩno, quia principium exigit compositionem, & pluralitatẽ, & dicere ens esse vnum exigit contrarium. non igit erit hic principiũ, si ens fuerit vnum hoc modo, s. simplex. & hoc intendebat, cũ dixit: & fuerit vnũ hmõi. i. fuerit simplex.

Q̃do principiũ fiet ignotum. vide 5. me. t. c. 1. ex defi nitione sua, si ẽ causa plurais prter suã relationẽ apud principiatũ, &c.

Simile itaq; est consyderare an sic vnum est, & ad aliam quãlibet positionem sermonis grã dictam disputare, vt Heracliteã,

B aut siquis dicat hominem vnũ, id, quod est, esse.

Et perscrutari de vno, si fuerit hmõi, est simile alloqui in contradictione alterius positionis, quæcũque sit positionũ, quæ solummodo fiunt ex eis, quæ simpliciter dicuntur verbis, vt sermo Heracliti, aut sermo dicentis ens vnũ hominem.

9 Hæc perscrutatio de ente, vtrum sit vnum, aut non vnũ, & loqui de hoc est simile alloqui, & perscrutari de aliqua positione falsa, quæ nul

C lam habet rõnem, sed solummodo dr verbis: vt sermo Heracliti q oĩa sunt mobilia: aut sermo dicẽtis oĩa entia esse vnum hoĩem demonstratum. non. n. est differentia inter sermonem dicentis oĩa esse vnum, & dicentis omnia esse vnum equum, aut oĩa esse vnum hominem.

Aut soluere litigiosam rõnẽ. qđ vtreq; quidem hñt rõnes & Melissi, & Parmenidis: etenim falsa accipiunt, & non syllogizãtes sunt. magis autẽ Melissi onerosa est, & nõ hñs dubitationẽ. sed vno inconuenienti dato alia contingunt. hoc autem nihil difficile est.

Vno inconueniẽti da-

D to alia cõtigũt. Idẽ infra t. c. 22.

Et assimilatur cuidam sermoni sophistico. & hoc inuenitur in vtroq; sermone, s. Melissi, & Parmenidis: accipiũt. n. falsa, & quod non sequitur ex syllogismo. sed sermo Melissi est magis vanus: & non est in hoc dubium: concessit. n. in eo improbabile, & induxit super ipsum residuos sermones.

Cum dixit: q sermo dicentium ens esse vnũ est de genere sermonũ E fictorum sophisticorũ, incœpit de- 10 clarare primam naturam sermonis à quo acceperunt signũ dicẽtes ens esse vnum, s. Parmenides, & Melissus, & dixit. Et assimilat, &c. i. sermo eorum, per quem ratiocinant super hoc q ens est vnũ, sĩlis est qbusdã sermonib⁹ sophisticis: & hoc sophisma inuenit in vtroq; sermone, per quẽ ratiocinant ambo. D. dixit accipiunt enim falsa, &c. i. ponunt. n. in suis syllogismis falsas propositiones quæ faciunt syllogismum non concludere, aut simpliciter, aut illud, F quod intendit cõcludere: & talis est sermo vanus, vt dictum est in sophistica, s. quia est ex falsis propositionibus, & ex mala forma. Deinde dixit, sed sermo Melissi, &c. i. sed sermo Melissi est magis van⁹ q̃ sermo Parmenidis: & non facit aliquã dubitationem: quia concessit in eo ꝓpositionem improbabilẽ falsam: & est q, si ens non generatur, non hẽt principium: syllogismus. n. eius est q, si ens generatur, habet prĩcipiũ. Deinde destruxit antecedens, & cõclusit q non habet principiũ, & peccauit

Sermo vanus ẽ, q est ex falsis ꝓpõnib⁹, & ex mala forma. Idẽ infra cõ. 22.

G cauit in destructione cum hoc, ꝙ ꝓpositio dicens ꝙ ens non generat, est falsa. Syllogismus aũt Parmenidis est, ꝙ quicq̃d est ꝑter ens est nõ ens: & qđ est non ens nihil est: ergo ens est vnũ. Iste ẽt non conclusit illud, quod intendebat concludere, cum hoc, ꝙ propositiones eius etiã non sunt verę, quia sunt duplices ex æquiuocatione. conuenit igitur cũ syllogismo Melissi in hoc, ꝙ est malus in materia, & forma. sed dixit in eo ꝙ est minus vanus: quia propositio minor in eo non est negatiua, sed est infinita:* & tunc, propositio minor in prima figura erit concludens. sed non est ita de negatiua: syllogismus enim non concludit. & intelligo per priuatiuam hoc, quod dixit quicquid est præter ens est nõ ens,* & quicquid est non ens est nihil. & ipse loquetur post in hoc, ꝙ isti syllogismi sunt sophistici, & declarabit corruptionem eorum, sicut diximus.

*Qñ ꝓpõ minor est H īfinita in pria figura syllis erit cõcludens minime ãt qñ negatiua fuerit. Idẽ. 1. Ꝑrio rum. t. c. 7.


*In hoc primo. t. c. 23. 24. & 25.

Nobis autem supponatur ea, quæ sunt natura, aut omnia, aut quædam moueri. manifestum est autem ex inductione. Simul K autem neq; conuenit omnia soluere, sed quæcunque ex principijs aliquis demonstrans mentitur, quæcunq; vero non, minimè. vt Tetragonismum, eũ quidem, qui per sectiones Geometrici est dissoluere: illum autem, qui Antiphontis, non Geometrici est.

Nos autem ponamus quòd oĩa naturaliter, aut quædam sunt mobilia. & hoc manifestum est ex inductione, Vnde circa hoc non oportet contradicere omnibus: sed solũmodo oportet contradicere eis, quorum declaratio fundata est super principia, sed sunt falsa: eis autem quæ non sunt talia, non, verbi gratia. Quadratura circuli, quæ est secundum abscissionem, Geometer habet ei contradicere: quæ autem fit secundum Antiphontem, non habet Geometer. L

Hippocratis Chij Tetragonismus.


I



A

Brissonis Tetragonismus.


D



B

E

Tetragonismus Antiphontis.



F

C

11 Cum declarauit ꝙ sermo dicens q̇ ens est vnum, & immobile, non est sermo naturalis, & ꝙ naturalis non debet cõtradicere ei, dixit. Nos aũt ponamus, &c. i. Nos aũt, cũ intẽdimus loqui naturaliter, ponamus primo ꝙ oĩa naturalia, aut quædã sunt mobilia. & hoc manifestũ est ex inductione rerum naturalium. Et dixit, aut quædam, præseruando se ab anima, & formis. est enim dubium vtrum sint mobiles aut non: sed, licet non moueantur, tamẽ sunt naturales secundum ꝙ sunt in mobili. aut dixit hoc, quia dubitatur de partibus, quæ sunt apud centrũ terræ, vtrum possint moueri, aut non. Et, cum dedit causam, propter quã posuit ista, & est ꝙ consyderatio ei⁹ est naturalis.* & ꝙ intentio ei⁹ prima non est contradicere opinionibus falsis in hac sciẽtia, sed determinare

Vide 2.cœ. h.c.8 4.

Vide... motu... 1.cœ... * Inte... pria A... non ... tradic... opion...

G nare substantias, & quiditates rerum naturalium, dedit etiam secundum sermonem ad hoc, & dixit: & cum hoc non oportet contradicere omnibus. i. & cum hoc, si posuerimus quod oportet artificem contradicere opinionibus falsis suæ artis, tamen non omnibus: sed solummodo debet contradicere eis, qui concludunt à primis propositionibus illius artis, sed cum conclusione falsa: eis autem, in quibus est peccatum in ipsis principijs, non oportet contradicere. v.g. quoniam sermo eius, qui existimauit se quadrare circulum, cum quadrauit lunares figuras, quæ sunt portiones circulorum, oportet Geometram contradicere ei: quia peccauit in eis, quæ sunt post principia. portiones. n. cadentes in circulo, licet possint facere quadrata æqualia eis, tamen non sequitur ex hoc facere quadrata æqualia circulo: nam illæ portiones non consumunt circulum per diuisionem. istud enim peccatum est essentiale Geometræ, & Geometer debet destruere ipsum, Antiphonti autem non debet contradicere. quoniam, cum ille fecit in circulo figuram æqualium laterum, & angulorum, & fecit super quodlibet laterum triangulum Isoscelem, diuidendo arcus inspicientes latera in Duo media, deducendo lineas ad extrema lateris: & sic fecit in circulo figuram æqualium laterum, & angulorum maiorem prima, cuius numerus laterum est duplus ad numerum laterum primæ figuræ: & cum fecit etiam in hac figura illud, quod fecit in prima, inuenit etiam in circulo figuram aliam maiorem secunda: & sic existimauit, cum fecerit sic, quod diuisio non procedit in infinitum, sed perueniat ad figuram æqualem circulo: &, cum fecit quadratum æquale huic figuræ, existimauit quod illud quadratum erat æquale circulo. sed istud peccatum non erat essentiale Geometriæ, quia Geometer habet principium, scilicet quod diuisio procedit in infinitum: & ideo non debet ei contradicere.

falsis hac scia, si declarant substantias, & quiditates rerum naturalium. Ex quo patet metaphysicum non considerare quiditates rerum in particulari. Consule videlicet 6. me. c. 2.

H & 2. ph. 17. 27. & c. 26. & 74. & 1 de aia. c. 3. & xj. & 4. met. com. 1.

I

K Ge hé cip ui di nu 3. l

Sed, quoniam de natura quidem, non autem naturales dubitationes contingit dicere ipsos, forsitan quidem bene se habet aliquantulum disputare de ipsis. habet. n. philosophiam hæc consyderatio.

Sed quia accidit quòd sermo eorum est de natura, & si dubitationes eorum non sint naturales, rectum est incipere parum loqui de eis. consyderatio enim de hoc est philosophiæ,

I

Cum declarauit quod non oportet naturalem loqui de dubitationibus non naturalibus, & voluit loqui cum eis secundum disputationem propter vtilitatem prouenientem ex hoc ei, qui incipit in hac arte, incœpit declarare causam cogentem ipsum ad loquendum de hoc, & dixit. Sed quia accidit, &c. i. sed quia accidit istis duobus viris loqui de naturis, vt de vacuo, & infinito, & alijs, rectum est loqui cum eis in istis quæstionibus disputatiuè, licet non sint naturales: quoniam & si loqui cum eis non oportet naturalem, tamen oportet Primum Philosophum.

De Opinionibus non naturaliter loquentium. Cap. 3.

PRincipium autem maxime omnium proprium. quoniam multipliciter dicitur id, quod est, quomodo dicunt dicentes vnum esse omnia: Vtrum substantiam omnia, an quanta, aut qualia? & iterum vtrum

sub-

G substantiam vnam oĩa, vt hominem vnũ, aut equum vnum, aut animã vnam? an quale, vnũ aũt hoc, vt album, aut calidum, aut aliquid talium? hæc. n. omnia differunt multum, & sunt impossibilia dictu.

Et illud, quod est principiũ omnium istorũ, est istud, quia ens dicitur multipliciter. quomodo igitur dicũt illi, qui dicũt oĩa eẽ vnũ? vtrum secundũ quòd oĩa sunt substantia, aut quãtitates? & hoc dico ĩ vniuersum, H *aut qualitates? & ẽt, vtrũ oĩa sint vna substantia? v. g. vnus homo, aut vnus equus, aut vna aĩa? aut oĩa sint quale secũdũ v. g. album, aut calidũ, aut aliud plurium? omnia. n. ista multũ differunt: & dicere eadem esse impoßibile est.*

13 Dicit: Et illud, quod oportet poni in loquendo de istis: opinionib[9] non naturalibus, est istud. qm̃, cum sit notũ ꝙ ens dr̃ multipl'r de decẽ I ꝑdicamentis, qđ igit̃ ꝑdicamentum significat hoc nomen ens apud dicẽtes oĩa entia eẽ vnum? vtrũ sit hoc, ꝙ oĩa entia sunt substãtię, aut quãtitates, aut qualitates? i. vnum ĩ substantia, aut vnum in quãtitate, aut vnum in qualitate? & sic vnũ ſm genus, & plura ſm spẽm. aut intendũt per hoc, quod dicunt, ꝙ omnia entia sunt vnum indiuiduũ, v. g. vnus hõ, aut vnus equus: & ꝙ omnes q̃titates sunt vna quantitas ſm indiuiduũ: & ꝙ oẽs qualitates sunt vna qualitas secundum indiuiduũ, verbi gratia hoc calidum, & hoc albũ, K aut aliorum indiuiduorum aliorũ prædicamentorum. illa enim, quæ significant hoc nomen ens, multũ distant: & omnia sunt impossibilia: hoc enim nomen ens aut significat genus, aut vnum indiuiduũ numero: & quomodocunque sit, ens erit multa. Et, cum dixit ista enĩ distãt multum, &c.* intendit intentiones, de quibus dicitur hoc nomẽ ens ex istis, quæ numerauim[9], s. vl'e, & indiuiduum. illæ enim multũ differũt: & vnaquæq; earum est ĩpossibilis.

Nonã ẽ q ens dicit̃ multipl'r de decẽ ꝑdicaméntis vide 4. me. tc. 2. Idẽ in ꝑdicamentis.

* Intẽtiões istæ, de qbus dr̃ hoc nomẽ ens s. vl'e, & indiuiduu:, mltũ drñt ꝑ hoc vidẽ 7. me. c. 57 q̃uo oppo nãt vl'e, & ꝑticula re. vide ẽt 12. m. c. 27

Si enim erunt & substantia, & quale, & quantum, & hæc siue separata adinuicem, siue nõ, L multa sunt q̃ sunt. Si vero omnia quale, aut quantũ, siue cum sit substantia, siue cum non sit, inconueniens est. si oportet inconueniens dicere qđ impossibile. nullum. n. aliorũ separabile est præter substantiã: oĩa nanq; de subiecto dñr, ipsa subã.

Quoniam, si fuerit hoc substantia, & quale, & quantũ: siue ista fuerint distincta abinuicem, aut non fuerint: entia erunt plura. &, M *si omnia fuerint quale, aut quantum, siue substantia fuerit, aut nõ fuerit, hoc erit improbabile: si impoßibile poßit dici ĩprobabile. nullũ. n. cæterorũ separatur a substantia, s. existens per se singularis, & distincta: omnia. n. dicuntur in subiecto, quod est substantia.*

Dicit: si enim concesserint hoc esse substantiã, aut quale, aut quantum, contingit eis entia esse plura, aut secundum indiuiduum, si 14

G non concesserint vniuersale esse, aut sm genus, & indiuiduum, si concesserint ipsum esse: & siue ponãt ista pdicamenta separari ab inuicẽ, aut nõ, sed qdam existere ĩ qbusdam, vt est verum. & hoc intendebat, cũ dixit siue fuerint distĩcta abinuicem, aut non fuerint distincta abinuicẽ. Et, cũ declarauit hoc, & dixit: si concesserint hoc esse substantiam, & q̃tũ, & quale, & vlt plus q̃ vnũ prædicamentũ, contingeret eis entia esse plura, incœpit ẽt dicere ĩposŀe cõtingens eis, si hoc nõ concesserint, & posuerint esse aliquod cæ-
H terorum pdicamentorũ pter substãtiam: nam, si posuerint ens esse in vno pdicamento, aut ponent illud esse substantiã, aut in alio à substantia. Et dixit, & si oĩa fuerint quale, &c. i. &, si posuerint ꝙ p hoc nomẽ ens intendunt aliqđ pdicamentorũ post substantiam, aut quale, aut q̃tum: siue concesserint substantiam esse, aut non: hoc erit imposŀe, & improbabile: si imposŀe possit dici improbabile: contingit enim eis omnino entia esse plura. nã, si posuerint ꝙ oĩa sunt qualitates tm̃, aut quantitates, aut vnum cęterorũ pdicamẽ-
I torum, tunc aut concedent substantiam esse, aut non concedent. si concedent, tunc entia erunt plura: &, si non cõcedent illam esse, continget illud pdicamentum existere per se, & separari: & nullum cæterorũ pdicamentorũ pter substantiã põt separari per se: sed omnia dicunt in subiecto: vt declaratum est in catego- rijs. &, cum prædicamentum, quod intendunt per hoc nomen ens, sit in subiecto, ergo entia erunt plura.

In cap. de substãtia.

Melissus autem quod est infinitum esse dicit, quantum itaq; aliquid est quod est. infinitum enim in quanto est. substãtiam autem infinitam, aut qualitatẽ, aut passionem esse non contingit, nisi sm accidens, si simul & quanta aliqua sint. Infiniti. n. rõ quanto vtitur, sed non substantia, neq; quali. Si igitur & substãtia est, & quantum, duo, & non vnum est quod est. si verò substantia solũ sit, non infinitũ est, neq; magnitudinẽ habebit vllã quantum enim quoddam erit.

Melissus verò dicit ens esse infinitũ: & secundũ hoc ens erit aliquod quantum. infinitum. n. est aliquod collocatum in quanto. substãtia autem infinita, aut qualitas aut vbi, impossibile est vt sit, nisi per accidens: si aliqua ex eis cum eis, quæ sunt, habuerint quantitatem. definitio enim infiniti exigit quantitatem, & non substantiam neq; qualitatem. Si igitur ens fuerit substantia, & quantum, erunt duo, & nõ vnum. &, si fuerit substantia tantum, tunc ens non erit infinitum, neq; habebit mẽsuram omnino. nam, si habuerit, erit aliquod quantum.

Cum declarauit ꝙ hoc nomen ens dr̃ de intentione vli, & particulari, s. indiuiduo: & ꝙ, si intenderit p illud intentionẽ vlem, tũc nõ erit vnũ, sed plura: &, si intẽderit p illud intentionẽ particularẽ, tunc aut erit de pdicamento subæ, aut de cæteris pdicametis: & manifestũ qm̃ ĩpossibile est vt ens sit vnũ, si intendunt aliquod indi

A indiuiduũ cæterorũ ꝓdicamentorũ præter ſubſtantiam, vt q̃tũ, aut quale: nã indiuidua cæterorũ ꝓdicamentorum exiſtunt in ĩdiuiduis ſubſtãtiæ: & ſic ens ſaltẽ erunt duo, indiuiduũ accidẽtis & indiuiduũ ſubſtantiæ: incœpit deſtruere reliquũ contradiuidens, & eſt ipſum eſſe indiuiduũ ſubſtãtiæ. & dixit. Meliſſus vero dicit, &c. i. &, ſi dixerint ꝙ intendunt p hoc, quod dicunt, ꝙ ens eſt vnũ, indiuiduum ſubſtantię, tunc ſermo eorũ deſtruitur ex hoc, qđ ponunt, qm̃ alter eorum dicit ens eſſe infinitum, ſ. Meliſſus, & alter dixit finitũ, ſ. Parmenides: & ſm vtrũq; cõtingit, ſi ens fuerit vnum, vt ſit q̃tũ vnum. infinitũ enim, & finitum ſunt de differẽtijs quantitatis. & hoc intendebat, cum dixit infinitũ. n. eſt collocatũ in q̃to. D. d. ſubſtantia vero infinita, &c. i. ſubſtantiam dici infinitã, aut qualitatem, aut vbi, aut aliquod aliorũ ꝓdicamentorum impoſſibile eſt p ſe, aut ſm qđ eſt ſubſtantia, aut vbi: ſed eſt poſſibile per accidens, cũ fuerit poſitũ hic eſſe aliquid ꝓdicamẽtorum, quæ cũ ſuo eſſe proprio hñt quantitatem, ita, ſ. ꝙ quantitas accidit eis. ſm hunc modum igit̃ dr̃ ꝙ ſubſtãtia eſt infinita, aut finita. i. ſm ꝙ accidit ei, ꝙ fuerit quanta: & ſilr de alijs ꝓdicamentis. Et, cum poſuit ꝙ infinitum eſt proprium quantitati, dedit rõnem ſuper hoc, & dixit de finitio. n. Infiniti, &c. i. qm̃ definitio Infiniti eſt quantũ non terminatũ. quantũ igit̃ eſt genus infiniti, qa non dr̃ in definitione ſubſtãtiæ, vel eius, ꝙ eſt ſubſtantia, aut vbi. & hoc, qđ dixit de infinito, intelligendũ eſt de finito. D. d. ſi igit̃ ens, &c. &, cum declaratũ ſit ꝙ infinitũ ꝓdicat̃ de quãto eſſentialiter, & de alijs ꝓdicamentis per accidens: ſi intendunt, cum dicunt ꝙ ens eſt vnum, ſubſtantiã, & quantum: ſubſtantia. n. non dr̃ infinita, niſi ſm ꝙ eſt quanta: tunc ens erit duo, non vnum, ſ. ſubſtãtia, & quantum, ſm ꝙ dr̃ ipſa eſſe finita, aut infinita. &, ſi intendunt ſubſtantiam tm̃, tunc non dr̃ infinita, neq; hẽt menſurã oĩno. ſi. n. haberet mẽſuram eſſet quãta neceſſario. & iſta contradictio eſt ſecundum ſermonem, non ſm rem.

[Margin notes, left column: Ex hoc patet ſecundum Com. indiuiduũ ſubſtantiæ diſtinctum; et ab indiuiduis cæterorũ prædicamentorũ. Idem 7. met. cõ. 2. — Infinitum, & finitum ſunt de differẽtijs quantitatis. Idẽ 3. ph. c. 79. Idẽ infra in hoc l. c. 18. Idẽ 3. phy. com. 24.]

Amplius, qm̃ & ipſum vnũ multipliciter dr̃, quemadmodũ & quod eſt, conſyderandũ eſt quo modo dicunt vnum eſſe oẽ. dr̃ n. Vnum, aut cõtinuum, aut indiuiſibile, aut quorum rõ eadẽ, & vna eſt ipſius quod quid erat eſſe: quemadmodum merum, & vinum.

[Margin note, right: Vnũ multipliciter dr.]

Et etiam, cum Vnum dicatur multipliciter, ſicut ens dicitur, cõſyderandum eſt quo dicunt totum eſſe Vnum. dicitur enim Vnũ aut de continuo, aut de indiuiſibili, aut de eis, quorum ratio, quæ ſignificat quiditatem eſt Vna, Vt Vinum, & merum.

Cum deſtruxit propoſitionẽ dicentẽ ꝙ ens eſt vnũ, dicendo oẽs intentiones, de quib⁹ dr̃ ens ſm famoſitatem, quod eſt ſubiectum propoſitionis, incœpit deſtruere eam diuidendo intentiones, de quibus dicit̃ vnũ, qđ eſt ꝓdicatum in propoſitione, & dixit. Et ẽt, cum vnum dicat̃, &c. i. & quemadmodũ nobis apparuit ex diuiſione intentionum, de quibus dr̃ hoc nomen ens, ꝙ iſta ꝓpoſitio non eſt vera ſm aliquã earũ 16

D E F

similiter

A sim̃r apparebit nobis, si diuiserimus intentiones, de quib' dr̃ hoc nomẽ vnũ. Et, cum dixit hoc, incœpit diuidere sm̃ quot modos dr̃ vnum in numero, & dixit: ꝙ dr̃ trib' modis, quorũ vnus est continuũ. v. g. vna linea, & vnũ corp', & vna supficies: secundus est indiuisibile, vt pũctus: tertius vero noïa, q̃ significant idẽ sm̃ definitionẽ, v. g. vinum & merũ. & intendit p rõnem, q̃ signãt q̃ditates, rerum definitiones.

Si igit̃ continuũ est, multa est id, qđ est: infinitũ. n. diuisibile ẽ continuum. Habet aũt dubita-
B tionẽ de parte, & toto. fortassis aũt nihil ad orõnem, sed ipsam sm̃ seipsam, vtrũ vnum, an plura sint pars, & totum. Et qũo vnũ, aut plura. Et si plura, qũo plura. Et de partibus non continuis eadem est rõ. Et si toti vnũ vtraqꝫ est, velut ĩdiuisibile, qm̃ & ipsæ sibiipsis.

Et si per cõtinuum ens est vnũ, & multum: continuum. n. diuiditur in infinitum. Sed est quæstio de parte, & toto: & si non huius
C *sermonis videtur existere per se. & est, vtrũ pars, & totũ sit vnũ, aut plura vno. Et secundum quem modũ sunt vnum, aut plura vno. Et partes ẽt non continuæ, si quælibet est totius, & vnaquæq; est idẽ: quia non separatur ab eo: ergo necesse est, vt quædam conueniant cum quibusdam.*

17 Cum diuisit intentiones, de quibus dr̃ hoc nomen vnũ, incœpit declarare, & consyderare de vnaquaq;

earũ, vtrũ pdicet̃ de ente, & dixit. I
si p continuum ens est vnũ, &c. i.
si intendunt p hoc, qđ dicunt, ꝙ e
est vnum, quod est continuũ, op
tet eos concedere ipsum esse vnu
quodãmodo, & plura alio mõ: co
tinuum. n. non põt diuidi in infir
tũ: & sic ens non erit vnum simp
est. n. vnum actu, & plura potent
sm̃ diuisibilitatem. Et quia e
accidit in continuo, & in oĩ hñte
tes, vt multitudo eius nõ solũ sit
diuersitatẽ partium à seinuicẽ,
ẽt sm̃ diuersitatẽ partis à toto, in
pit etiam q̃rere hanc diuersitate
& inducit q̃õnem contiugentẽ
tiquis in hoc, & dixit. Sed est q̃õ,
i. & est hic q̃õ de parte, & toto p
dens ex hoc sermone: & visum
ꝙ, si non pendet de hoc sermon
cessario, tñ est q̃õ perscrutanda
se. Deinde induxit q̃õnem, & di
& est vtrum pars, & totũ sit idẽ. &
idem qũo possunt dici esse iden
tum. n. vr̃ esse aliud à parte, & e
si partes drñt à toto, qũodñr eẽ
totum. n. nihil aliud est q̃ congr
tio partium. Et, cum induxit h
q̃õnem in continuo, dixit. Et pa
ẽt non continuæ, &c. i. & etiã in
tibus rerum continuarum, & n
tinuarũ. v. g. manu, & pede, &
rũ partium cõpositarũ accidit
q̃õ: qm̃, si vnaquæq; partiũ est i
cum toto, quia est totius, i. non
rata à toto, tunc vnaquæq; pa
erit idẽ toti: & sic oẽs partes erũ
ter se eædem: ergo & caput, & n
& collũ erunt idẽ: ergo pars no
in toto. & istud impoẽ, qđ seq
totum, & pars fuerint idem, se
necessario. & sermo oppositu
non exprimit̃ pp suam famos
& est ꝙ oĩs pars est alia à toto:

A tum nihil aliud est q̃ congregatio partium: ergo totum est aliud à se. Et istud Sophisma est cõpositionis, & diuisionis: qm̃ vnaquæq; partiũ dr̃ esse aliud à toto: sed oẽs insimul non possunt dici esse aliud à toto.

At vero, si velut indiuisibile, nullum erit quantũ, neq; quale. Neq; itaq; infinitũ est id, q̃d est sicut Melissus dicit, neq; finitũ, sicut Parmenides. terminus. n. indiuisibilis est, neq; finitus est.

*Et, si totum fuerit vnũ, ita quòd sit indiuisibile, tunc non erit quan*B *tum, aut quale. Et ẽt ens non erit infinitum, vt dicit Melissus, neq; finitũ, vt dicit Parmenides. indiuisibile n. est finis, non finitum.*

18 Cum induxit illud, quod contingit eis, si intenderint p̃ vnum continuũ, induxit etiam impossibile contingens eis, si intenderint p̃ hoc nomen vnum indiuisibile, & dixit: Et, si totum fuerit vnum, &c. i. si aliqs dixit q̃, cum dixerit ens esse vnum, intendebat esse indiuisibile, tũc nõ erit quantum, neq; quale, neq; sub-C stantia, neq; aliud aliquod prædicamentorũ: qm̃ omnia ista sunt diuisibilia, aut per se, vt est quantũ, aut per accidens, vt sunt reliqua. Et, cũ declarauit q̃ dicens hoc non potest cõcedere hoc esse substantiam, aut quale, aut quantum, quod est valde improbabile, incœpit declarare impossibile, quod contingit his duob⁹ viris secundum hoc quod ponunt, non secundum rem in se, & dixit. Et ens etiam non erit infinitum, &c. i. & contingit Parmenidi, & Melisso sm̃ hoc q̃ dicunt q̃ ens non sit infi-

Vid̃ tñ q̃ positũ de habentibus intellectum.

nitum, vt Melissus dicit, neq; finitũ, D vt Parmenides. nam finitum, & infinitum non dicuntur nisi de quanto, non de sine quanti.

At verò, si oĩa, quæ sunt, rõne vnum sunt, vt indumentũ, & tunica, Heracliti orõnem contĩ git ipsos dicere. idem. n. erit & bono, & malo, & non bono esse, & bono. quare idem erit bonũ, & non bonũ, & homo & equ⁹. & non de eo, q̃ vnum sunt, quæ sunt, rõ erit, sed de eo, q̃ nihil sĩt. & tali esse, & tanto idem.

libus, q̃ st̃ i p̃ria spẽ q̃litatis secũdũ ip̃m l. 7. phy. c. 20. vl̃ in p̃dicamento ad aliq̃d. Et idẽ patet. 5. m. c. 20. Idẽ. i. p̃dicamẽtis in sermone de qualitate. Vide con. Zim.

*Et, si oĩa entia fuerint vnũ secũ*E *dum rõnem, vt vestis, & tunica, continget eis dicere quòd Heraclitus dicit. esse. n. erit boni, & mali vnum, & boni, & nõ boni. ex quo sequitur quòd bonum, & non bonũ erũt idem, & homo, & equus. & tunc sermo eorum nõ erit ĩ hoc, quòd entia sunt vnum, sed in hoc, quòd nullum eorũ est: & erit intẽtio quiditatis talis dispositionis, i. qualitatis: & intẽtio eius talis mẽsura, i. quantitatis eadẽ intentio.* F

19 Cum destruxit duos modos illorum trium, secundum quos dicitur hoc nomen vnum, incœpit destruere tertium, & d. Et, si omnia entia, &c. i. &, si intenderint per hoc quod dicunt, q̃ entia diuersorum nominum omnia sunt idem secundũ definitionem: adeo q̃ significatio horum nominum, homo, equus, & asinus, sit sicut significatio horum nominum, vestis, & tunica, contingeret eis dicere, quod dixit. Heraclitus sophista, scilicet contraria esse idẽ.

G D.d.esse.n.erit boni, &c.i.&, cũ significationes nominũ sint eędẽ rerum contrariarum, & oppositarũ: sicut vinum, & merum significant idem, & vestis, & tunica: tunc esse proprium bono,& malo erit vnum esse. Et hoc non solummodo inueniť in bono & malo, quę sunt contraria,sed ĩ bono,& nõ bono,q̃ sunt cõtradictoria: adeo q̄ eẽ erit nõ eẽ.

D.d.ex quo sequiť vt bonum, & non bonum sint idẽ,& hõ,& equus, i.&, cũ eẽ propriũ oppositis sit idẽ, esse cõtinget q̄ opposita.v.g.bonũ, & non bonũ sint idem, & non solũ H opposita, sed & species diuersę, v.g. hõ,& equus. Deinde ĩduxit improbabile contingens huic sermoni, & dixit & tũc sermo eorũ, &c.i.&, cũ posuerint q̄ opposita,q̃ sigñant eẽ, & non esse,sint idẽ, tunc ponunt q̄ illud,qđ est non est: & ſm hoc priuant entia essentia, cũ dicant ea esse vnũ: & ſm hoc, quia voluerũt dare entibus aliquá dispõnẽ, destruxerunt ea esse. hoc igitur est vnũ improbabiliũ contingentiũ huic positioni. D.induxit aliud improbabile,& d. & erit ẽt intentio quiditatis, &c.i. & cõtingit huic põni vt aliqd I eẽ in aliqua dispõne,i.ĩ aliqua qualitate,v g albũ, aut calidũ,& ipsum eẽ in aliqua quantitate, v.g. longũ, & breue,sint idẽ.& ſm hoc oĩa prędicamenta erunt vnũ p̄dicamentũ.

Cõturbabantur aũt & posteriores, quẽadmodũ & Antiqui,ne forte accidat ipsis idẽ simul vnũ esse,et multa. Quapropter & alĳ quidẽ ipsum est auferebant, quemadmodũ Lycophron: alĳ autem mutabant dictionem, qm̃ hõ, non albus est, sed albatur, neq; ambulans est, K sed ambulat: ne ipsum est adĳcientes, multa faciant esse vnũ.

* θορυβοῦντο Tumultuabant.

* μετερρύθμιζον.

Et posteriores Antiquorum timuerunt ne contingeret eis idem esse vnum, & plura insimul. Quare quidam dimiserunt hoc nomen esse, vt Lycophronus: & quidam quidem rectificauit dictionem, et dixit non oportet dicere hominem esse album, sed hominem albefieri, & non esse hominẽ ambulantẽ sed hominẽ ambulare: ne, cũ imponunt in sermone hoc verbũ esse, faciant de aliquo vno plura. L

Dicit: Et, quia Antiqui cõsenserunt eis, s.Parmenidi, & Melisso ens esse vnũ,qđ est substãtia,timuerunt exprimere in propõnibus hoc verbũ esse, ne contingeret eis aliqd esse vnũ & multa, quia nõ intelligebant p hoc nomẽ ens,nisi vnã intẽtionẽ,s.substantiã. Quapropter C dimiserunt quidã dictiones,quę significant esse in propõnibus, quarũ prędicata sunt accidentia, vt fecit Lycophronus.dicebat.n. qm̃ nõ oportet dicere hoĩem esse ambulãtẽ,sed hominẽ ambulare, quia ens tunc eẽt plusq̃ vnũ.& totũ hoc fuit, quia timebat, si in propõne, cuius subiectum est substantia,& p̄dicatũ aliud prędicamentum,s.accidentis, interponeret hoc verbũ esse, q̄ tũc ens esset plusq̃ vnũ.& hoc intendebat,cũ dixit imponũt ĩ sermõe, &c.

Tãq; singulariter dicto vno, aut ente. Sed multa sunt q̃ sunt: aut ratione, vt aliud est albo eẽ, et musico, eidẽ vero vtraq;.multa

A ta itaque vnū: aut diuisione, quē admodum totū, & partes. Hic nūc iā dubitabant, et confitebātur vnū multa esse, tanquā nō cōtingeret idē vnum, & multa eē, non autem opposita. est.n. vnū & potentia, & actu.

Quasi hoc nomen vnum, et hoc nomen ens diceretur singulariter. Sed entia sunt plura: aut secundum rationem, quoniam esse albi est aliud ab esse musici, & vnū erit vtriusque. & tunc vnum B *erit multum: aut secundum diuisionem, vt totum, & partes. Sed non potuerunt se excusare in hoc modo, & concesserunt vnum esse plura, quasi esset impossibile aliquid esse vnum, et plura sine contradictiōe. vnū.n.ē potētia, et actu.*

In hoc cō. deficit cōtinuatio, q supplea tur.

21 Dicit, Et iste sermo eorū fundatur super hoc, quod hoc nomen vnū, & hoc nomen ens semper significant idē: qđ non est verū. qm̄ hoc nomen ens dr̄ de pluribus sm̄ definitionem, & vno sm̄ subiectum. v.g. qm̄ vnus hō est albus, & musicus, & esse eius sm̄ albedinem est aliud ab C eē eius sm̄ musicam, & est subiectū vtriusq; sm̄ humanitatē: & sic aliquid erit vnū, & plura duobus modis diuersis, vnum sm̄ subiectum, plura vero per accidens. Et similiter pōt esse aliquid vnū sm̄ compositionem. sm̄ aūt diuisionē plura. v.g. totū, & partes. D.d. Sed non potuerunt excusare se, &c. i. illi, qui non concesserunt pluralitatem ex pluralitate accidentiū in subiecto, potuerunt in multitudine accidentium dicere, aliquid, s. quia nō hñt D verum esse, & nō potuerunt hoc dicere in partibus & toto. totū.n. est substantia, & similiter partes sunt substantiæ. & ideo non potuerunt excusare se in hac quæstione. D.d. quasi esset impossibile, &c. i. & dicēs hoc vr̄ opinari idem esse vnū, & plura duobus modis diuersis eē impossibile. D. Icœpit dare istos duos modos in toto, & parte, & dixit vnum enim est potentia, & actu. i. totum enim est vnum actu, & plura potentia. quemadmodum est possibile in pluribus actu, vt sint vnū in posse, quoniam hoc non est impossibile.

Prīa instā tia.
Hoc nomē ens dr̄ de plībus solū defi nitionē, & vno solū in subiectū.
Scd̄a instā tia.
Dīn quō nam.
Vltīa instantia.
Totū est vnū ī actu & plura ī potentia, quēadmodū ē posse ī pluribus actu, vt sint vnū ī potentia.

Hoc igitur modo dicentibus E impossibile videtur quæ sunt vnum esse. Et ex quibus ostendunt soluere non difficile est. vtriq;.n. cōtentiose syllogizāt, & Melissus, & Parmenides. nā & falsa accipiunt, & non syllogizantes sunt. Est autē Melissi magis onerosa ratio, & non habens dubitationem. sed vno inconuenienti dato, alia contingunt. hoc autē nihil difficile est.

Cū igitur processerint per hanc viā, apparebit īpossibile eis entia eē vnū. Et nō est ēt difficile cōtra F *dicere eis ex illo, ex quo nitūtur declarare hoc. vterq;.n. vtitur syllogismo sophistico, Melissus. s. et Parmenides. accipiūt.n. falsa, et nō sequitur ex syllogismo. Sed sermo Melissi est magis vanus, et ī eo nō est dubiū. cōcessit.n. vnū īprobabile, et super ipsum fundauit suū sermonem. et in eo nō est difficultas.*

Vno incōuenienti dato alia cōtingūt. Idē supra tex. 10.

Dicit.

G Dicit. Cùm igitur consyderantes processerint p hanc viā consyde
22 rationis, p quā nos processimus, apparebit eis, qm̄ impōīe est entia eē
Continuatio. vnū, vt illi dixerunt. &, cū cōtradixit cōclusioni eorū p se, incœpit cōtradicere argumētis: hęc.n. duo exigit disputatio: & dixit. Et non est ēt difficile, &c.i. & nō est difficile cōtradicere syllo, quo vtunť in cōfirmādo suā opinionē. Et, cū notificauit, ꝙ facile contradiciť syllo eorū, dedit cām, & dixit: vterq;.n. vtitur syllo sophistico .i. & cā in hoc, ꝙ facile contradiciť eis, est, q̃a argu
H mentatiōes eorū sunt sophisticæ, & sermones sophistici contradicunť facilius, q̃ disputatiui. D. demōstrauit modū, fm̄ quē sunt sophistici, & d. accipiūt.n. &c. ponunt.n. propōnes falsas, & cōponūt eas compōne nō cōcludente. & sermones, q sunt hmōi, dñr vani, s. qui peccāt in materia, & forma.* F t iō d. Sed sermo Melissi est magis vanus: quia oīno non concludit. sermo autē Parmenidis concludit, sed nō q̃ sunt ad ꝓpositum suum. D. d. & in eo non est dubiū, i. & cùm eo, quod est magis vanus, nullam facit dubitationem.
I propositiōes enim positę in eo sunt falsæ, & improbabiles, vt cum dixit ꝙ ens non generatur.

Qui sunt sermones vani. Vide cōsile supra cō. 10.

* Cōparatio sermonum.

De confutatione syllogismorum pro iam dictis opinionibus. Cap. 4.

QVòd igitur paralogizat Melissus manifestū est. opinať.n. accipere, si qđ factū est, oē habet principium, ꝙ & id, qđ non factū est, nō habet. Postea et hoc inconueniens oīs* esse principium rei, & non tēporis, et generationis nō simplicis, sed & alterationis, tanq̃ K nō momētanea facta mutatiōe.

a. I. existimare esse.

Quoniā aūt Melissus peccat in syllogismo manifestum est. existimat.n. quod acceptū est quòd, si oē, quod generatur, habet principiū, & omne, quod non generatur, non habet principium. Deinde hoc ēt est magis improbabile, s. existimare quòd omne, quod habet principium, est intentio substantiæ. & nonne tempus habet principium, et principium ēt necesse est esse in L *alteratione? & non continget ei, quod generatur simpliciter, ac si transmutatio non fieret subito.*

Dicit. Qm̄ aūt Melissus peccat ī 23
syllo manifestū est. q̃a opinať ꝙ, si fuerit cōcessum ꝙ oē, qđ generať, habet principiū, sequitur ꝙ oē, qđ non generatur, nō habet principiū. & hoc nō sequiť. qm̄, si prædicatū affirmať de eo, de quo affirmať subiectum, non sequiť vt negeť ab eo, à quo negať subiectū. Si.n. ponatur hoc, habet ꝙ, destructo antecedēte ī oī mā, sequiť oppositū cōsequentis. &, cū Melissus habuerit hoc pro vero, & cōcedebat ꝙ oē, qđ generatur, hēt principiū, existimauit ꝙ oē, qđ nō generať, nō habet principiū. deinde cōiūgit huic ꝙ ens nō gñať, & cōclusit ꝙ ens nō hēt pricipium. Et hęc propō dicēs ꝙ ens nō gñať, declarabať ex eis, vt dicit Arist. post sic. & ē ꝙ, si ens gñať, aut gñať ex ente, aut ex nō ente. ꝙ si ex nō ente, tunc nō ens mutaťī nām entis: & si ex ente, tūc ens fuit anteq̃ generareť: ergo nō gñať: ergo nō hēt principiū.

Hic cōt tio.

M gu lus M

In h 7

Deinde

A Deinde ex hoc, ꝙ ens nõ habet principium, conclusit ipsum esse vnũ, & immobile. principiũ enim quod est extremũ magnitudinis, cùm fuerit non ens, magnitudo erit infinita, & erit vna: q̃a cũ ea nõ erit aliud. ipsa enim est infinita: ergo totũ locum occupat. & erit ĩmobilis, q̃a non habebit locũ, in quo moueat̃. & ista dubitatio ĩduxit Antiquos ante Arist. ĩ maximũ errorẽ, vt dicet post Arist.

Et, cũ declarauit corruptionẽ sermonis Melissi sm̃ * formã eius, incœpit declarare corruptionem eius sm̃ suam materiã, & dixit. Deinde

*al. figurã Prædicatũ secũdum materiã.

B hoc ẽt est magis improbabile. i. & ẽ magis improbabile hoc, quod existimauit, ꝙ hoc nomẽ principium dr̃ vno modo, s. de principio substãtiæ tm̃, principium enim est tp̃is, & etiã alterationis. Si igit̃ vtitur hoc nõie principiũ pro principio tp̃ali, tunc hoc, quod dixit, ꝙ quicquid non generat̃ non hẽt principiũ, i. tp̃ale, est verũ, sed nõ est vtile in hoc, quod intendebat cõcludere, s. ꝙ ens est vnũ, & immobile, & infinitũ. si autẽ vtitur eo pro principio alterationis, nõ est verum. q̃m non oĩs alteratio habet principium, vt alteratio subita. C si vero vtitur eo pro principio magnitudinis, non est necesse vt omne, quod non generat̃, non habet principiũ, quod est in substantia. corpus enim cœleste habet principiũ, quod est in substãtia. & non generatur, vt post declarabit. Sed Arist. cõtentus est in cõtradictione istius ꝓpõnis, dicentis ꝙ oẽ, quod generatur, hẽt principiũ ab alteratiõe, q̃ fit subito, quo g̃natur: sed nõ habet extremũ, à quo incipiet g̃natio. Et hoc intendebat, cũ d. & non cõtinget ei, quod g̃natur simpl̃r. i. & nõ cõtingit apud

Nõ oĩs alteratio habet principiũ tp̃ale, sicut sunt alterationes subitæ. Idẽ 6. Phy. sic. cõ. 32.

Vt est scd̃a expositio.

istum virũ, vt principiũ generationis sit illud, quod ẽ in substãtia tantum, vt ipse voluit, sed & in alio, cũ simpl̃r induxit hoc nomen generatio in propositione, & non determinauit ipsum. & hoc ẽ quasi qui opinatur ꝙ alteratio non fit subito. D

Deinde & propter q̃d est immobile, si vnũ est? sicut enim & pars vna cùm sit, hæc aqua mouet in seipsa, quare non & totũ? Postea alteratio ꝑꝑ q̃d non erit? At vero nec specie possibile est vnũ esse, nisi eo, ex quo. Sic autẽ & Physicorum quidam dicunt E vnum, illo autem modo non. homo nanq; ab equo alterũ est specie, & contraria inuicem.

Deinde quare est necesse cũ fuerit vnum, vt sit immobile? & quẽadmodum pars, v.g. istius aquæ et pars vna mouetur in suo loco, quare & totum non mouetur, vel non est huiusmodi? Et postea quare nõ est alteratio? Et etiam impoßibile est vt sit vnum secũdum formam, F nisi sit secundũ illud, a quo est. hoc quidẽ dixerunt quidã Naturales, alio modo impoßibile est. hõ enim alius est ab equo in forma, & siл̃r cõtraria diuersa sunt adinuicem.

A. oppositũ habet. 4. Ph. c. 43 cõtra Themistium. Vide cõtra Zim. 24

Cum declarauit corruptionẽ syllogismi Melissi, & ꝙ ex eo nõ sequit̃ cõclusio, quam nitebat̃ concludere dicit, & si cõcesserimus conclusionẽ eorum, & est ꝙ ens est vnũ, & infinitum, tñ nõ sequitur ex hoc vt sit immobile. q̃m quemadmodũ videm' ꝙ pars totius, quod est infinitum, vt dicunt, v.g. aer mouetur secũdũ suas partes

Prima instantia.

G partes toto permanẽte in suo loco, similiter poss' est vt hoc accidat in infinito, s. vt totũ moueatur fm partes, non fm totum. Deinde, si concessimus ꝙ non habet motũ in loco, quare non habet motũ, qui est alteratio? & hoc intendebat, cum dixit. Deinde, quare non est alteratio? i. deinde post hunc sermonẽ, si concessimus ꝙ non habet motũ translationis, quare non habet motũ alterationis? D.d. Et ẽt imposs' est vt sit vnũ in forma, &c. i. imposs' est vt aliquis existimet ꝙ ens est vnũ in substantia, nisi fm illud, ex quo generatur, s. materia, vt plures Antiqui opinabantur, ꝙ entia sunt ignis, aut terra, aut aer: quia apud eos componebant' ex vno istorum. ꝙ autẽ entia sint vnum in forma impossibile est opinari. homo enim manifestũ est ꝙ est alius ab equo in forma, & manifestius est hoc ꝙ contraria differunt à seinuicem fm formam.

Secũda instantia.

H In materia entia vnr posse cõicari, nullo nime tñ i forma. Oppositum. 1. Phy. 46. & 8. Meta. t.c. 11. et 12 Vide cõtr. Zim.

Et ad Parmenidem aũt idem modus rationum est, & si aliqui alij sunt ꝓprij. Et solutio est, partim quidẽ, quia falsa est: partim aũt, quia non cõcludit. Falsa quidem, quia quod est accipit simplr dici, cùm multiplr dicatur. Non concludit aũt, quia, si sola alba capiãtur, significante vnũ albo, nihilo minus multa alba sunt, & non vnũ. non enim continuatione erit album vnũ, neqꝫ rõne. aliud enim erit esse albo, & suscipienti, & nõ erit præter album nihil separabile. non enim quatenus separabile est, sed esse alterũ est albo, et ei cui inest. Sed hoc Parmenides nõdũ videbat.

I

Et hoc modo sermonũ est contra dicere sermonibus Parmenidis, & alijs modis, qui forte sũt ei proprij. Quoniã manifestũ est quòd sermo eius est falsus, & non concludens, quia vtitur ente, ac si nõ diceretur simpliciter, & dicitur multis modis Est autẽ non concludens, quia, si posuerimus sola alba, & dixerimus quòd alba in eis significant vnũ, hoc non erit sufficiens in hoc, quòd album non sit plura, sed vnũ. albũ enim non est vnũ, neqꝫ secundum continuationẽ, neqꝫ secundum rationem. ratio enim albi alia est ab ea, quæ est recipientis, & etiã non intendimus quòd possibile est, vt album sit separatũ. quoniã nos diximus hoc, quod diximus, non quia albũ separatur, sed quia est aliud ab eo, cuius est, s. à recipiẽte. Sed hoc in tempore Parmenidis nõ dum erat terminatum.

Cùm cõtradixit syllo Melissi, reuersus est ad contradicendũ Parmenidi, & dixit: Et hoc modo, &c. i. fm illum modum, quo contradiximus Melisso contradicemus Parmenidi, & alijs modis proprijs. est enim cõe eis, quia vtũtur ꝓpõnibus falsis fm æquiuocationẽ, quia vterqꝫ non cõcludit illud, quod intendebat cõcludere. sed syllo Melissi est non cõcludens oĩno, & ideo dixit ꝙ est magis vanus. Et intendit p hoc, quod dixit, & alijs modis, &c. vt mihi videt hoc, ex quo contradixit conclusion. ex ipsis ꝓpõnibus, ex quibus Parme

nidés

A nides composuit syllogismũ, & ideo forte intendit p hoc, ꝙ dixit: & hoc modo sermonum. i. sermones, quibus vsus est in destructione conclusionis absq; sermonibus, ex quibus concluserunt eam. videm⁹. n. ꝙ sermonum, quibus vsus est in destructione conclusionis, eorum quidã sunt fundati sup propositiones probabiles, & contradictio est cõis eis, & quidam sunt sermones, ex quib⁹ concludit̃ improbabile, & impose à Parmenide, & est propria Parmenidi. In contradictione verò Melissi nulla propositione earum vtitur,

B quas ponit in suo syllõ, quia omnes sunt æquiuocæ. Et, cum narrauit ꝙ isti conueniũt in hoc, ꝙ corruptio syllogismi eorũ est sm materiã, & formam, & iã notificauit hoc in syllogismo Melissi, incœpit notificare hoc in syllõ Parmenidis, & dixit: & Manifestum est ꝙ est falsus, & non concludens. i. & manifestum est ꝙ ppositiones sui syllogismi sunt falsæ, & ꝙ syllõ est non concludens illud, quod intendebat concludere, qm̃ propositiones eius sunt falsæ: quia vtitur hoc noĩe ens, ita ꝙ dicit de vna intentione, sed dictum est de

Corruptio sc̃dm mã;

C pluribus, s. in hoc, quod dixit, ꝙ qcquid est pter ens est non ens: & qcquid est non ens est nihil: qm̃ hoc nomen ens, & non ens dñr de decẽ prædicamentis. Cum igit̃ intendimus per hoc nomẽ ens vnũ decem pdicamentorum. v. g. Substantia, aut Quantum, tunc non erit verum dicere, ꝙ quicquid est nõ ens est nihil: qm̃ non sequit̃ vt illud, qđ est non quantum, neq; substantia, sit nihil. ergo propositiones eius non sunt veræ, nisi, cum intenderim⁹ p hoc nomen ens oĩa decem pdiamẽ ta. sed tunc non concluderet illud, qđ nitebatur cõcludere, s. ꝙ ens ẽ vnũ. D sed, cum istæ propositiones ponent̃ illo modo, quo sunt veræ, sequetur vt ens sit multum. Et, cum narrauit corruptionem existentem in syllogismo eius ex propositionib⁹, reuersus est ad declarandũ corruptionem eius ex figura, & dixit. Est aũt non concludens, &c. i. est autẽ non concludens illud, quod intendebat concludere, s. ꝙ ens est vnum in numero. qm̃ manifestum est ex hoc, ꝙ, si posuerimus loco huius nominis ens hoc nomen album, & accepe

Corruptio sc̃dm formam.

E rimus, ꝙ hoc nomen album significet idẽ de albis, sicut ipse accepit ꝙ hoc nomen ens significet idem de entibus, & posuerimus ꝙ nihil est pter album, & composuerimus syllogismum sic, Quicquid est præter album est nõ album: & quicquid est non album est nihil: ergo quicquid est pter album est nihil: aut solum albũ est ens, si coniunxerimus huic conclusioni aliam propositionẽ, & est, ꝙ quicquid est præter ꝙ nihil ẽ, solum est ens: & manifestum est ꝙ ex hoc enunciabili album solũ esse non sequitur album esse vnum nu

F mero, nisi contingat vt albũ sit vnũ sm continuationem, aut sm definitionem, & hoc per accidens. &, quia manifestum est, ꝙ album non est vnũ secundũ continuationem, neque sm definitionem, declaratũ est ex hoc exemplo, ꝙ iste sermo nõ est concludens illud, quod intendebat concludere. album. n. non est vnũ sm continuationem, neq; sm rõnẽ, i. sm definitionem. Sermo. n. cõcludens per se debet concludere in omni materia. & est manifestum ꝙ sermo, qui concludit aliquid esse solũ,

G non sequit̃ ex eo, vt illud sit vnum numero, nisi contingat vt illud sit vnum numero: neq; cõcludit̃ ꝙ sit vnum secũdum definitioné etiam .i.simpliciter, vnũ.n. simplr̃ debet hr̃e has duas dispositiones. Et, cum narrauit ꝙ ex hac materia, in qua vsus est syllo, oportet ꝙ illud, quod accipit̃ in eo, quod est albũ, non est vnum numero, neq; fm̃ continuationem, neq; fm̃ definitioné, dedit modum, fm̃ quem non est vnũ fm̃ definitionem, & dixit: ratio.n.albi, &c.i.illud qđ sigñat hoc nomen album, non est vnũ fm̃ definitioné, quia album significat albedinem, & recipiens albediné, definitio auté albi est alia à definitione recipiétis albedinem. Et, cum narrauit ꝙ definitio albedinis differt à definitione recipientis albedinem, narrauit ꝙ nõ sequit̃ vt illud, qđ differt in definitione differat ĩ esse: ne aliquis existimet hoc sequi: & d. & non intendimus, &c.i.nõ sequit̃ ex hoc, quod diximus, ꝙ definitio albi est alia à definitione recipientis albedinem, vt albedo sit separata à re recipiente. intendimus. n. per hoc albediné esse aliam à substantia, non aliã separatam. Et, quia istæ intentiones inuentę in hoc exemplo, quo demõstrauit, ꝙ iste sylls non concludit illud, quod intendebat cõcludere, necesse est vt sint probabiles, & vt sint concessæ ab Aduersario, si contradictio fuerit disputatiua, & istæ intentiones non erant famosæ in tempore Parmenidis, s. vt aliquid sit vnũ & diuersum fm̃ definitioné, excusauit ipsum, & d. Sed hoc in tempore Parmenidis non erat terminatum, i.sed ista, quæ diximus in hoc exéplo, per quę intendimus contradicere syllogismo Parmenidis, & declarauit ipsum esse non concludente per se illud, quod intendebat cõcludere, nondum erant terminata in tempore Parmenidis. & sic intelligitur iste sermo, & non fm̃ ꝙ exponit Themistius, & alij.

Albũ significat albediné, & recipiens albedinem. quõ hoc H sit verũ vide 5. me. c. 14. Vide consire. 12 me. cõ. 39.

I Excusatio Parmenidis.

Necesse est igitur accipere ĳs qui dicũt quod est vnũ esse, non solum vnum significare qđ est de quo vtiq; prædicet̃, sed & quod vere est, & quod vere vnũ est. accidens. n. de subiecto quodam dr̃. quare cui accidit quod est non erit: alterum enim est ab eo quod est: erit itaque aliquid, quod non est. non itaq; erit alĳ inexistens quod vere est. *non. n. erit enti ipsi esse, nisi multa qđ est significet, sic, vt sit aliquid vnum quodq;. sed supponitur qđ est significare vnum.

Contingit igitur dicenti quòd ens est vnum opinari quòd ens non significat vnum tantum, de quocunque dicatur, sed significat illud etiam quod est ens, & illud, quod ē vnum. accidens. n. dicitur de subiecto aliquo: ergo erit illud, cui accidit ens, non ens: est. n. aliud ab ente: erit ergo quod nõ est ens aliquid. ergo necesse est, vt illud, quod est ens, non sit aliquod accidens alteri. impossibile. n. est aliquid esse, si ens non significat multas intentiones, adeo quòd substantia, & accidens sit vtrunq; aliqua intentio. sed positum est quòd ens significat vnam intentionem.

Cùm

A Cùm contradixit syllo Parmeni
A tionum, s. in a demonstratione simp̃r, & demr̃atione quia, & demonstratione pp quid. Et nõ est ita. hoc enim non est impoẞe, nisi in demr̃atione simp̃r, & demr̃atione pp q d. in demonstratione aũt quia, nõ est impoẞe: sicut fecit Arist. in demonstratione primæ materiæ, & primi motoris in hoc libro: q̃, si fuerit de accidentibus proprijs entis, erit demõstratio Naturalis: &, si fuerit de accidentibus proprijs entis simp̃r, erit demonstratio Metaphysica. & vr̃ ꝙ prima b Materia non potest declarari esse proprie nisi p signum naturale: primus aũt Motor impossibile est vt declaref esse nisi p signũ naturale. Via aũt, qua ꝓcessit Auic. in probando primũ principium, est via loquentium: & sermo eius semꝑ inuenif quasi medius inter Peripateticos, & Loquentes. Cum autẽ causæ subiecti artis habuerint causas priores, tunc demonstratio illarum causarũ erit per demonstrationem simp̃r in arte continente illã artem: & erit etiam per signa in illa arte: & hoc totum erit, quando causæ subiecti artis latuerint.

a Cũ sub iecti i scia illius subiecti, si latuerint, potuerunt demr̃ari demr̃one signi, non ãt demr̃one simplicit̃, neq; dmõstratione pp quid. Idẽ. 11. me. c. 5. & inf. hic cõ. 26.

B

b Pria mã non põt d̃clarari eẽ proprie, nisi p signũ nãle: primus ãt motor ipossibile est vt declaref nisi per signũ nãle. confimile 1. ph. c. vlt. &. 8. ph. c. 3. & 12. m. com. 5.

C

Insuper eiusdem est id cuius gratia, & finem, & quæcunque sunt horum gratia. natura autẽ finis est, & id, cuius causa. quorũ. n. continuo motu existente, est aliquis finis ipsius mot⁹, hic vltimum est, & id, cuius cã. quo circa & Poeta derisorie adduct⁹ est vt diceret. Habet finem, cui⁹ quidem causa factus est. vult. n. nõ oẽ vltimũ eẽ finẽ, ʒ optimũ.

Et etiam illud, propter quod est illud, quod est, & finis intenta, et quod est causa istius, est vnius sciẽtia. natura autem est finis, & propter quid est quod est. quod enim de rebus habentibus motum continuum habet aliquem finem, ille finis est vltimum eius, & propter quod est. & ideo sermo versificatoris, cum dixit ipsum ire ad mortem, & est illud, propter quod fuit est derisibilis. non. n. oẽ vltimũ est finis, sed vltimum nobilius. D

Defende Homerũ; ea, te. 21. 5. metaph. Finis hẽt rõnẽ optimi. vide infra. t. c. 31. & 2. me. t. c. 8. & 5. met. t. c. 3.

Hæc est alia rõcinatio, qua declarat ꝙ Naturalis consyderat de natura, quæ est forma, & de materia in simul. & compositio isti⁹ sermonis est ex duabus propositionibus, quarum vna est, ꝙ oẽ, pp quid est aliq d cum illo, est vnius sciæ: secunda autem ꝙ natura, q̃ est forma, est illud, pp quod sunt aliæ res, quæ sunt subiecta illi: & concludit ex hoc ꝙ scire naturam, & res subiectas naturæ est vnius scientiæ: sed tacuit conclusionem, quia est manifesta. D. d. q d̃ enim de rebus, &c. hæc est propositio maior alteri⁹ syllogismi, quo declarat maiorem propositionem, dicentem ꝙ natura est finis. & componitur sic. Natura est illud, apud q d̃ cessant motus rerum generatarum, & vltimum suorum motuum continuorum: & omne ex rebus habentibus motum continuum, & habentibus finem, finis est vltimum illius motus: ergo natura est finis in generatione. Sed est ex duabus affirmatiuis in secunda figura. & Aristo. vtif hoc, q̃n maior propositio cõuertif vl̃r, & q̃n hoc est manifestum per se: q̃n tunc compositio erit quasi ĩ prima figura. Et ideo notificauit q̃n E 23 F

Arist. q̃nq; arguit ex duabus affirmatiuis in secũda figura, q̃n maior ꝓpõ cõuertitur vl̃r. idẽ 4. ph. c. 37. & 42. Idẽ. 2. coe. c. 25.

Phy. cũ cõ. Auer. H cõ-

G conuertitur ista propõ, & qñ non, s. φ oẽ, quod est vltimum motuum continuorũ, est finis, & dixit: & ideo sermo Versificatoris, &c. i. & nõ cõuertitur ita, φ oẽ, quod est vltimũ motuum, sit finis: nisi dicamus vltimum nobile, nõ vltimũ proueniẽs ex necessitate materiæ, vt mors. &, cum Versificator existimauit hoc conuerti. s. φ oẽ, quod est vltimum, est finis, ideo sermo eius fuit derisibilis. quod igitur conuertiẽ est φ oẽ vltimum nobilius priori est finis: et vltimum, quod est in motu generationis rerum est nobilius prioribus:
H ergo est finis. Et syllogismus componiẽ sic in prima figura. Natura est vltimum motuũ generationis, s. est nobilius præcedentibus: & omne, quod est tale est finis: ergo natura est finis. & mors, quæ est vltimũ, distinguitur ab vltimo, quod est finis in hoc: qm vltimum, quod est finis, est prima quies, ad quam veniũt generata: mors autem est post illud vltimum, quod est finis: ergo primum vltimum, ad quod peruenit motus generationis, est finis.

I Qm̃ & faciunt artes materiã, aliæ quidem simpliciter, alię vero operi accommodã. & vtimur tanquam propter nos, oĩbus, q̃ sunt. sumꝰ enim quodammodo & nos finis. dupliciter. n. est id, cuius causa. dictum est aũt ĩ ĩjs, qui de Philosophia.

Et etiam artes faciunt materiam, quædam simpliciter, & q̃dam secundum præparationem, ut sit apta in operatione. nos autem utimur illis, secundum quod omnes sunt propter nos. nos enim i etiam sumus finis quodammodo illud enim, quod est propter qui dicitur duobus modis. & hoc d ctum est in nostris sermonibus Philosophia.

Hæc est ratiocinatio, qua dec rat φ oportet naturalem consyde re de materia, & intẽdit φ artes o tiuæ hñt solicitudinẽ circa mater quædam, quia faciunt illam, sicut ciunt formam, vt ars Ædificator qm, sicut facit domum, q̃ est form ita facit lateres, quę sunt materia mus. quædam aũt, quia ꝑparant m teriã ad recipiendum formã, vt Nauificatiuæ. qm cum hoc φ fa formam nauis, ꝑparat ligna ad re piendam formã nauis. &, quia si in ente naturali est fiñs operation rebus artificialibꝰ, necesse est, si op ratio artium pendet de materia, a sm φ faciunt illam, aut sm φ ꝑp rant illam, vt consyderatio sciæ n turalis pẽdeat de materia cum ho φ cõsyderat de forma. sed tacuit c sequens, quia intelligiẽ ex hoc, qu dixit: Et ẽt artes, &c. i. & quiã oẽs a tes faciũt materiam, aut simpl̃r, a sm ꝑparationem, necesse est vt N turalis consyderet de materia. scie tia. n. hæc est siñs operationi illi. I d. nos aũt vtimur, &c. i. & ideo, qu nos sumus finis oĩum rerum fact rũ ab artibus quodammõ, ideo vt mur oĩbus Et intendebat φ finis duobus modis, aut sicut dicimus, forma est finis materiæ, & illud, qđ ꝑuenit res, est finis rei, aut sic dicimus, φ illud, cuius est res, est nis rei: & sm hoc dicimus, φ hom est finis rerum creatarũ ꝑp ipsum.

A Et, enim notificauit ꝙ illud, qđ est ante finē sm primū modū, est notū cū fine, declarauit ꝙ ita est in secundo mō, & ꝙ eadem est causa in hoc.

*a. l. duæ autem. vide comm. Zim.

Duæ igit* sunt artes, q̄ dominanť ipsi materiæ, & q̄ sunt cognoscentes, ea, q̄ vtitur, & Factiua, quæ Architectonica ē quapp & quæ vtiť Architectonica quodammodo est. differt aūt, q̄tenus hæc quidem, q̄ formā cognoscit, Architectonica est, alia autem vt effectrix materiæ. gubernator. n. qualis sit forma aliqua temonis cognoscit, & præcipit, alius autem ex quo ligno, et quibus ex motibus est. In ĳs igitur, quę sunt sm artem, nos facimus materiam propter op⁹, sed in Physicis est.

B

Et artes continentes materiā, & cognoscentes illam sunt duæ: et de arte operationis est Geometria operatiua: & ideo ars operatiua attribuitur etiam quodammodo Geometriæ operatiuæ. sed tamē differunt: illa enim attribuitur Geometriæ operatiuæ, secundum quòd cognoscit formam, ista autem secūdum quòd scit materiam, gubernator enim scit formam remi, quomodo debet esse, & præcipit fieri huiusmodi, & ista alia scit de quibus lignis, & quibus motibus perficitur. Quod aūt fit per artē, nos facimus materiā in illa propter illud, quod intendimus, in rebus aūt Naturalibus est existens.

C

Artes operatiuæ sunt duobus modis, aut facientes artificium, aut vtētes illo. & sunt principales, s. quia p̄cipiunt eis, quę sunt sub eis operari. &, cum ars, quæ est sub eis, perficit operationem, tunc principalis vtiť eo, quod fecit. Et, quia pōt aliq̄s dicere ꝙ istæ artes nō sciunt materiā, incœpit declarare quòd istæ etiam sciunt materiam: & istā vocat Geometriam operatiuam: & dixit: Et artes continētes, &c. i. cognoscētes materiā, non facientes eam, sunt duæ. vna aūt est, quæ vtiť, q̄ non facit formā, neq; mām, sed p̄cipit illi, q̄ ē sub opari: & ista dr Geometria opationū simpl̄r, & principalis simpl̄r. Secunda vero est quodāmō vtēs. i. pręcipit, & quodāmodo facit. & hoc intendebat, cum dixit, & de arte operatiua est Geometria opatiua. & q. d. & de arte operatiua est ars, q̄ vtitur, idest præcipit. Deinde dicit, & ideo ars, quę vtitur, &cæt. & si sit operans, tamen attribuitur Geometriæ operationum sm ꝙ vtiť, non sm ꝙ facit. Et, quia vtraq; ars est Geometria opationū, incœpit facere drias inter illas, & d. sed differūt, &c. i. sed hæ duæ artes differunt. qm̄ prima principalis nouit formam, & p̄cipit iuxta illam, & sil̄r materiā: alia aūt nouit materiā, & præcipit circa illā tm̄, formam aūt facit. D. Induxit exēplum de duabus artibus, & d. gubernator enim, &c. i. & ars, quæ vtiť simpliciter, quę scit vtrūq;, est sicut ars gubernandi nauem: scit. n. formam remi, quæ debet esse, & præcipit ipsum fieri sm illam formam. ista aūt alia ars, quæ vtitur quodammodo, & facit alio modo, est sicut ars faciēdi naues: ista. n. facit formam, & scit mām. scit. n. ex quib' lignis erit melior

D 25

Artes opatiuæ sunt duob⁹ modis. idē. 1. Ethi. cap. 1.

E

F

G lior forma n anis, & quo debent abscindi, & pcipit arti, q est sub ea, facere hoc, q non vtit omnino. Et intendebat p totum hoc declarare, q materia est nota in oibus artib9 principalibus, & non principalibus, cum artes sint tribus modis, aut operans simplr, aut vtens simplr, aut vtens quodammodo, & operans alio modo, & omnes sciunt materiam. D. d. in hoc aut, quod fit per artem, &c. i. & non est dria in hoc inter arté, & naturam, sed ars, sicut facit formá, facit materiam: natura aut facit formam, non materiam, cum sit exns, H quia est æterna. & silr inuenit i quibusdam artib9, s. quarum mã est naturalis, qm ars non facit illam.

Documétum.

Amplius, eorum, quæ ad aliquid, materia est. ad aliam. n. formam alia materia. Quousq; ergo Physicum oportet cognoscere formam, & ipsum quid est? An quemadmodum Medicum neruum, aut Fabrum æs, vsque ad aliquid: alicuius enim gratia vnumquodq;. & circa ea, quæ sunt, separabilia quidem forma, I in materia autem:* hõ. n. hominem generat, & sol. quomõ aũt se habeat hæc separabilis, & qd sit, Philosophiæ primæ est officium determinare.

*a. l. homo quidem. Sol, & hõ gñant hominem.

Et etiam materia est de capitulo relationis. diuersa. n. in forma diuersantur in materia. Vsquequo igitur oportet Naturalem peruenire in scientia formæ & quiditatis? dicamus, quoniam quemadmodũ Medicus peruenit in scientia neruorum, & Operãs cuprum in sciẽtia cupri peruenit ad illud, propter quod est vtrunq;, similiter est de istis etiam. oportet. n. ipsum scire eam esse formam abstractam: sed esse eius est in materia: homo. n. generatur ab homine, & sole. dispositio autẽ in abstracto q sit, & quid sit, est Prima Philosophia. K

Intendit etiam declarare q oportet Naturalem consyderare de forma, quia cõsyderat de materia. qm materia est de genere relationis: dr enim in respectu formæ. & silr videtur esse de forma. oportet igit consyderantem de materia consyderare de forma, & consyderanté de forma consyderare de materia. & etiá materia est pp formam: & oportet consyderantem de aliquo consyderare de illo, pp qd est. Et dixit: diuersa. n. in forma diuersant in materia. Hæc est ratiocinatio, qua declarat q materia dr in respectu formæ. & q. d. & ideo diuersat materia p diuersitatem formarum, adeo q materia aialiũ est alia à materia vegetabilium, & materia hoĩs est alia à materia aliarum specierũ. Et, cũ declarauit q naturalis cõsyderat de forma p se, & de materia pp formá, incœpit quærere quousq; debet consyderare de forma. & dixit: Quousque igitur, &c. i. ad quem igitur ordinem oportet Naturalem puenire in scia formarum, & non ptransire illum. s. in scientia quiditatis, nõ in scia eius, quod é esse? sed sunt hic multi ordines formarum, s. abstractæ à materia, & non abstractæ. D. d. dicamus igit, qm quemadmodũ Medicus, &c. i. & est manifestũ, qm quem-

26 L M

Materia diuersat p diuersitat formar idé. i, d a c 53. & 2 aia. c. 60

A quemadmodum Medicus oportet ipsum puenire de cognitiõe formarum existentiũ in suo subiecto, de quo consyderat, vt neruis, & carne, ad cognitionem quiditatis vltimarum formarum existẽtiũ ĩ sua materia non separabilium ab ea, similiter oportet Naturalẽ peruenire in consyderatione de formis ad vltimam formam, pp quam fuit materia. v. g. ad formam hoĩs. D. d. oportet. n. ipsum scire, &c i. oportet Naturalem puenire p suam consyderationem ad formam abstractã, s. vltimam, si esse eius est in materia, ante B q̃ pueniat apud consyderationẽ de forma hoĩs: sed homo generat᷑ ab hoĩe, & à sole, & vtrunq; est forma in materia. Et dixit hic quasi cõtradicendo dicentibus formas separari, & innuendo ꝙ formæ naturales sunt in materia. D. d. dispositio aũt in abstracto, &c. i. consyderatio autẽ de dispositionibus formarũ abstractarum, sin ꝙ sunt abstractæ, & de quiditatib' earũ, est proprie Primę Philosophiæ, non scientiæ Naturalis. Et notandum ꝙ consyderatio in esse istarum formarum est in scientia Naturali, non in prima Philosóphia: sicut existimat Aui. qm̃ in hac scia apparet istud genus formarum esse, deinde prima Philosophia consyderat de quiditatibus, & dispõnibus earum. & hoc est rectum. impossibile. n. est aliquam sciam vl̃em, & particularem declarare subiectum esse, siue per signum, siue p demonstrationem: quod non est ita in causis sui subiecti: qm̃ declarat eas per signum, non p demr̃onem simpl̃r. scia igit᷑ naturalis cõsyderat de esse formarum, quousq; perueniat ad vltimam formarũ materialiũ, & primã abstractarũ, aut ad formas formarum, q̃ sunt mediæ ĩ esse inter illas: sicut existimatur de forma hominis vltima.

Documẽtum.

C Consyderatio in esse istarũ formarũ abstractarũ est in scia naturali, non ĩ pr ĩa Philosophia. Idẽ. 1. ph. c. vl. & 8. phy. c. 3. & 12. met. com. 5.

D Forma hoĩs vltima est media inter abstracta, & materialia. Oppo. vidẽ 1. me. c. 39. vbi hr̃ nõ dari mediũ inter abstractũ & mãle. Vide con. Zim.

SVMMA TERTIA.

De Causis, & earum in plura membra diuisione.

Quot, quæ ue sint causæ. Cap. I.



Determinatis aũt his, consyderandũ est de causis, & quę, & quot numero sunt. Cũ. n. sciẽdi gratia hoc negocium sit: E scire autem nõ prius opinamur vnumquodq;, q̃ vtiq; cœperimus pp quid circa vnumq̃dq;, hoc autẽ est accipere primã causam: manifestũ ꝙ & nobis hoc faciendum est & de generatiõe, & corruptione, & de omni physica mutatione: vt scientes ipsorum principia, reducere ad ipsa tentemus q̃sitorum vnũq̃dq;.

His igitur determinatis consyderandum est de causis, quæ, & quot sunt. Intentio. n. istius cõsyderationis, quæ est scia: & nos non F *credimus aliquid scire absque eo, quòd prius determinemus illa, ex quibus ẽ, & hoc ẽ scire suas cãs primas: manifestũ ẽ quòd oportet nos etiam facere hoc in generatione, et corruptione, & in omni transmutatione naturali: ita quòd, cum sciuerimus principia eorum, quæremus reddere ad illa vnumquodq; eorũ, de quib. erimus perscrutati.*

G 27 Et, cum determinauimus ista, q̃ debent praecedere hãc scientiã, oportet et pscrutari de causis rerũ naturalium, q̃ sunt, & quot. Et hoc est necesse. qm̃ intentio istius consyderationis de sciã rerum naturaliũ, est sciã certificata perfecta: & nos non credim⁹ scire aliquid pfecte, nisi cũ sciamus ipsum cum suis causis primis, donec perueniamus ad suas causas propinquas: & hoc erit, cum pri⁹ determinauimus numerum causarum q̃rendarum in illo genere, quę sunt, & quot sunt: ergo manifestum est ꝙ similiť et debemus facere ĩ hac consyderatione naturali: ita ꝙ, cum prius sciuerimus causas cões omnibus rebus naturalibus, & numerum earum, quaeremus in vnoquoq; eorum, de quibus loquimur illas causas esse. H Et cum dixit: & hoc est determinare suas primas causas: intendit ꝙ ista scientia perfecta acquiriť ab aliquo, qñ prius sciuerit causas rei primas, donec perueniat ad causas eius propinquas.

Nos non credimus scire aliq̃d pfecte, nisi cũ sciam⁹ ipsum cũ suis causis primis, donec perueniam⁹ ad suas cãs ꝓpinquas. Idẽ. 1. phy. cõ. 1. & te.

Vno igitur modo causa dr̃, ex quo fit aliquid cum insit: vt aes statuae, & argentum phialae, & horum genera. Alio aũt modo I forma, & exemplũ. haec aũt est rõ ipsius qd quid erat esse, & huius gña, vt ipsius diapason duo ad vnum, & omnino numerus, & partes, quę in ratione.

Dicamus igitur quòd causa dicitur vno mõ de illo, ex quo fit res, & est in ea. v. g. cuprum idoli hominis, & argentum idoli anuli, et genera istorum. Et dicitur alio modo de forma, & imagine. & est rõ significãs quiditatẽ rei, & genera istius. v. g. quòd genus eius, quod est diapason, est proportio binarij ad vnũ & vniuersaliter numerus, & partes conclusa in toto. K

Et cũ dr̃ multis modis. dr̃. n. causa materialis, vt cuprum idoli, & argẽtum anuli. & dixit: & est in ea, vt faciat differentiam inter materiam, & priuationem. Et dicitur alio modo sm̃ formam, vt figura, & imago in cupro. & haec est causa, quam dat ratio significans quiditatem rei, s. definitio. & dixit hoc, quia definitiones componuntur ex forma vl̃i, q̃ est genus, & propria, quę est dr̃ia. D. d. & genera isti⁹. i. & ista forma cõis, quae ponitur ĩ definitione, ita se habet ad propriam differentiam, sicut cõe ad propriũ. v. g. qm̃ forma cõis, quae est quasi genus propinquũ ad diapason, est proportio duorum ad vnum. & genus concludens, & proprium ei aequiuocať in Arabico: & vnum est numerus proprius, & vltimum est forma. 28 L

Definitiones cõponuntur ex forma vl̃i, q̃ ẽ genus, & propria ẽ dr̃ia. 7. met.

Amplius vnde principiũ mutationis primum, aut quietis: vt consultor causa, & pater filij, & oĩno faciens facti, & mutãs mutati. Pręterea, vt finis. hic autem est id, cuius gratia, vt ambulãdi sanitas. propter quid enim ambulat? dicimus, vt sanus sit: & ita locuti, opinamur assignasse causam. & quaecunq;, iam mouente alio, intermedia fiũt ipsi⁹ finis: vt sanitatis macies, aut purgatio, aut medicamenta, aut organa. oĩa nãq; hęc finis grã sũt: drñt tñ abinuicẽ, quia alia q̃dẽ sunt opera, alia vero organa. M

Et

A *Et dicitur etiam illud, ex quo ẽ principium primum transmutationis, & quietis. v.g. quoniam consulens dicens est cã, similiter pater filij, & vniuersaliter agens acti, et transmutans transmutati. Et dicitur ẽt secundum finem intentum. & hoc est illud, propter quid: v.g. sanitas apud ambulationẽ. cum.n. dicitur quare ambulat Sortes? dicemus propter hoc, quòd suũ corpus sanetur: et hoc dicto reddimus cau*
B *sam. & similiter illa, q̃ sunt apud motũ alterius ĩter illud, & finẽ intentũ. v.g. sanitas ex diminutione, & purgatione, & potatione medicinæ, & instrumentis. quoniam oĩa ista intenduntur propter finẽ: sed differunt, quoniam quedam sunt actiones, & q̃dam instrumenta.*

29 Cum induxit causam materialẽ, & formalem, induxit ẽt causam agẽtem, & finalem, & dixit. Et dr̃ etiam de fine intẽto. i. & dr̃ causa ẽt de causa finali: vt sanitas, q̃ est causa exercitij. & signum eius est, qm̃, cum ali-
C quis interrogat nos, quare ambulat Sortes? dicimus respondendo, propter hoc q̃ fit sanus. D. d. & silr̃ illa, &c. i. & silr̃ omnia, quorum vnumquodq; est vltimum motus eius, q.d est ante ipsum, ex illis multis, q̃ sunt inter primum agens, & vltimum finem, i. qm̃ vnũquodq; eorũ est finis eius, quod est ante, & oĩa sunt pp vltimum finẽ. v.g. ambulatio, q̃ est pp extenuationem, & extenuatio pp sanitatem. & silr̃ potio medicinæ, & phlebotomia est pp extenuationẽ humoris vincẽtis in corpore, & hoc est pp sanitatem. D. d. qm̃ oĩa ista intenduntur propter finem. i. qm̃ omne, quod est ante finem; est propter finem. v.g. qm̃ ista, q̃ diximus, intendunt̃ pp sanitatem: sed differũt, qm̃ quædã sunt actiones, vt ambulatio, & q̃dã instrumẽta, vt phlebotomia. D

Causæ igit̃ ferè tot modis dñr. Accidit aũt, cum multipl̃r dicãtur causæ, & multas eiusdẽ causas esse, non s̃m accidens: vt statuæ, & ars statuaria, & æs non s̃m alterũ quid, sed quatenus est statua: sed non eodem modo: sed E hoc quidẽ vt materia, illud aũt vt vnde est motus. Sunt aũt q̃dam & adinuicem causæ: vt laborare causa est bonæ habitudinis, & hæc laborandi: sed non eodem modo: sed hoc q̃dẽ vt finis, illud aũt vt principium motus. Amplius aũt eadem cã contrariorũ est. q̃d.n. p̃sens causa huiꝰ est, hoc & absens facimus aliq̃n cãm contrarij. vt absentiam gubernatoris nauis subuersionis, cuius erat p̃sentia causa salutis.

Isti igitur sunt modi, secundũ quot fere dicuntur causa. Et accidit, si causæ sint multis modis, vt plures causæ sint vnius rei, & non per accidens. v.g. quoniam causa idoli hominis est ars statuandi, & causa eius est cuprum, & hoc non est alio modo, sed secundũ quòd est statua: sed non eodẽ modo sunt causæ: sed hoc secundũ materia, hoc autẽ secũdũ quòd est pricipiũ motus. F

G *Et sunt aliqua, quæ sunt causæ sui adinuicem. v. g. quoniam labor est causa bonæ consistentiæ corporis, & bona consistentia est causa laboris: sed non eodem modo: bona. n. existentia corporis est causa secũdum finem, labor autem secũdum quòd est principium motus. Et etiã idem est causa duorum contrariorum. absentia enim eius, cuius præsentia est causa alicuius rei, ẽ causa sui contrarij. v. g. quoniam ab-* H *sentia gubernatoris est causã submersionis nauis, eius p̃sentia erat causa salutis.*

30 Cum numerauit modos quatuor causarum, incœpit dicere dispositiones earum, & quomodo se habent ad causata, & ad seinuicem, & dixit: q̃ accidit q̃ plures istarum causarũ q̃ vna sunt causæ vnius rei. v. g. qm̃ causa statuę est cuprum, & agẽs: sed duobus modis diuersis: cuprum. n. sm̃ materiam, artifex vero, vel ars sm̃ agẽs. & silr̃ figura statuæ est causa sm̃ formam, & illud, propter qđ fuit facta est causa sm̃ finem. Et cõ- I tingit etiam q̃ eadem causa est causa duorum contrariorum, sed duabus dispositionib' diuersis. v. g. qm̃ gubernator est causa saluationis nauis, & submersionis: saluationis quidem ipso pręsente: submersionis autem ipso absente. Causæ etiam habent se adinuicem, ita q̃ vtraq; duarum causarum in specie diuersarũ est causa reliquæ, sed duobus modis diuersis. v. g. qm̃ labor est causa sanitatis sm̃ agẽs, sanitas autem est causa laboris sm̃ finem. & silr̃ materia est causa formæ, sm̃ q̃ forma nõ pôt inueniri nisi p illam, forma aũt est causa materiæ, sm̃ q̃ materia nõ potest esse in actu & demonstrata, nisi per illam, & pręcipue prima materia.* D. d. isti igit̃ sunt modi, &c, & dixit ferè. quia possibile est inuenire aliqua, q̃ collocantur in numero istorũ quatuor modorum, vt illa, quæ assimilant̃ istis, & inueniuntur in eis. & ideo dixit ferè. quia notat dubitationem, quousq; declaret hoc per inductionem, cũ fuerit declaratum sm̃ quot modos dr̃ vnumquodq; eorum. & dixit Alex. q̃ dixit hoc ad excipiendum causas, quæ sunt per accidens.

Eadẽ ẽ cã cõtrarioꝝ scđm di-spõnes diuersas. idẽ 5. met. c. 2. & 2. cœ. 92.

K

Quõ materia su[...] formæ, [...] sola m[...] vide co[...] mile. i. 70. & 3 & c. 2. d[...] ma. 4.

*Exposi[...] primo[...] verbor[...] in tex.

L

Omnes autem nũc dictę causæ ĩ quatuor cadunt modos manifestissimos. Elementa. n. syllabarum, & materia factibiliũ, & ignis, & hmõi corporum, & partes totius, & suppositiones conclusionis, vt id, ex q̃, causæ sunt. Harum autem aliæ quidẽ sunt vt subiectum, vt partes, alię autem, vt quod quid erat eẽ, & totum, & compositio, & spẽs. Semen aũt, & medicus, & consultor, & omnino ipsum faciẽs omnia sunt vnde pricipium mutationis, aut stat', aut mot'. Aliæ autem vt finis, & bonũ aliorũ. id, n, cuius gratia, optimum, & finis aliorum vult esse. differat autem nihil idem dicere bonũ, vel apparens bonum.

Vide [...] Zim.

M

Idẽ sup[...] 25. & 2 tex. 8. [...] me. c. 3

Et istæ causæ, quas diximus, omnes collocantur in quatuor modis, qui sunt valde manifesti. Literæ enim dictionum, & materia artificio-

A *ficiorum, & ignis, & similia corporum, & partes totius, & propositiones conclusionis sunt causa secundũ illud, ex quo est generatio. Sed quędam sunt quasi subiectũ, ut partes, & quędam quasi quiditas, s. uniuersum, creatio, & compositio, & forma. Sperma autem, & semen, & medicus, & sol, & uniuersaliter agens, omnia sunt illud, ex quo est principium trãsmutationis, & quietis. Et quedã sunt* B *quasi finis intenta per alias res, et bonum: illud.n. propter quid debet esse nobilius cæterorum, & causa eorum. & non est differentia ĩ hoc, quòd dicamus ipsum esse bonum, aut dicamus ipsum existimari bonum.*

31 Cum numerauit genera causarũ fm exemplũ, ĩcœpit notificare quõ vnaquęq; causarum collocatur sub istis quatuor generibus, & dixit: Et istæ causæ, &c. i. & omnis causa, aut C est fm materiam, aut fm formã, aut fm agens, aut fm finem. D. d. Literę enim &c. i. omnia. n. ista sunt causæ fm illud, ex quo fit generatum. syllabæ. n. generantur ex literis, & sitr corpora partium consimilium cõposita generant᷑ ex igne, & ex alijs elñtis. & hoc intendebat, cum dixit & ignis, & siña corpora. i. & ignis, & alia elementa sunt materia corporum consimiliũ, q̃ generant᷑ ex eis. D. d. & partes totius, i. & partes sunt totius quasi materia. D. d. & propõnes conclusionis, i. & qm̃ conclusio gñat᷑ ex propõnibus, assimilant᷑ igitur materiæ. Et oĩa ista conuenisit D in hoc q̓ sunt materia, & differunt I hoc, qm̃ quædã sunt materia fm cõpositionẽ, vt lrę syllabarum, & lapides domus, & q̃dam sunt fm alterationem, vt panis sanguinis, & q̃dam fm alterationem, & cõpositionẽ, vt acetum, & mel oximellis, & quatuor elementa oĩum compositorum. & hæc duo sunt fundamenta materię, i. compositio, & alteratio, & tertium compositum ex eis. partes autem, & totum posuit aliũ modum à cõpositione, vt reputo, fm q̓ ĩtẽdebat partes, q̃ sunt in potentia, non q̃ sunt in actu, aut fm q̓ intendebat vniuersũ E congregatum tñ. compositio. n. est congregatio propria partium: fit. n. ex qualitate, & ordine, & positione. propõnes aũt assimilantur materię, quia sunt in potentia cõclusio, & cõclusio est eis quasi forma. D. d. sed q̃dam sunt quasi quiditas, i. sed istarum causarum q̃dam sunt quasi demonstrantes quiditatẽ rei, & istę inueniunt᷑ fm numerum differentiarum, quibus differt illud, quod accipitur in quiditate, & sunt tria, vt forma vniuersi partium, & forma cõpositionis partiũ, & forma oximellis, mellis & aceti: & ideo dixit vniuersum, & compositio & forma. Et F intendit p formam, q̃ est fm alterationem, & aut sine cõpositione, aut cum compositione. & intẽdit p vniuersum congregationem partium tñ. & intendit per cõpositionẽ congregationem illarũ trium dispositionum in partibus, s. figuræ, ordinis, & positionis. Et, cum numerauit causas, q̃ collocantur sub cã materiali, & formali, dixit: Sperma aũt, & semẽ, &c. i. sperma aũt aĩaliũ, & semen vegetabilium, & medicus

Proposi-tiones assimilant᷑ materię, quia s᷑t in potentia conclusio, & conclusio ẽ eis quasi forma Idẽ inf. 74

Forma. Vniuersũ Composi-tio & Forma.

G sanitatis,& vl'r agens acti,omnia col locant'sub causa, quæ est principiũ transmutationis,& suæ cessationis. D.induxit genus, quod est sm finẽ, & dixit: Et quædã sm finẽ,i. & sunt quædam causæ,quæ sunt quasi finis intẽtus per operationes, & quasi bonum intentum. D.ĩduxit ratiocinationes super hoc,& dixit: illud.n.ꝓpter quid,&c.i.qm̃ illud ꝓpter qd, quia est nobilius illis, quæ quærunt' propter illud, est bonum intentum per illas res.& ideo est causa oĩum illarum. agens enim & materia non sunt nisi propter finem: & similiter H formæ nõ sunt nisi propter vltimũ finem. D.d.& non est differentia, &c.i.non est differentia inter hoc, ꝙ describemus istam causam, quod est bonum intẽtum per illa, q̃ sunt ante illam in rei veritate, aut illud, quod existimatur esse bonum,licet non sit bonum in rei veritate.& dixit hoc, vt descriptio sit communis rebus volũtarijs,& naturalibus.qm̃ vltimum intentum in rebus voluntarijs multotiens videtur bonum,& non est in rei veritate, intentũ vero in rebus naturalibus ẽ bonũ verũ.

Vltimũ intentũ ĩ rebus voluntarijs multotiens vĩ bonum,& nõ ẽ in rei veritate, ĩtẽtũ vero in reb⁹ nãlibus ẽ bonũ verum vide pro hoc.18.12. met.

I Causæ igitur tales,& tot sunt specie.Modi aũt causarũ numero quidem sunt multi, in capita vero contracti & hi pauciores. dñr.n.causę multipliciter.& ipsarum,quæ similium specierum sunt,prior ac posterior alia,alia, vt sanitate medicus, & artifex, & ipso diapason duplum, & numerus, & semper quæ continẽt ad singulares.

Istæ igitur sunt causæ, & tot sunt species earum. Modi aũt causarum sunt multi, sed cum adun... tur fiunt pauciores. causæ.n. ẽt d... cuntur multipliciter. dicitur. n. ... causis, quæ sũt eiusdẽ speciei, qu... vna causa est prior, aut posteri... alia. v.g. quoniam cã sanitatis ... medicus, & causa eius est ars, ... causa eius, quod est diapason, ... duplum, & causa eius est num... rus, & similiter semper in resp... ctu comparatio continentis ad p... ticularia.

Intendit p modos cãs,q̃ diuid... tur p accidẽtia. Et, cum notifica... ꝙ modi causarũ concludunt' sm ... nera eorũ,ĩcœpit numerare eos, ... dixit:dr̃.n.in causis,&c.i. causæ.n... sunt eiusdem speciei quatuor spe... rum,dñr causæ sm prius,&poste... v.g.in causis agentibus, medicus ... ars:medicus.n.est posterior:ars ... est prior. Et sl'r in causis formali... v.g.qm̃ forma diapason est dup... & forma dupli est numerus, & f... ma numeri est quantitas. & sl'r ... uenit' semp proportio inter vl'e ... particulare.& hoc intendebat, c... dixit:& sl'r semp, &c.i. & sl'r se... inuenitur comparatio cõis ad p... priũ,s.qm̃ cõe est pri⁹ sm forma... aut sm genus proprio.& hoc acc... priori,& posteriori ĩ vnaquaq; ... cierum causarum,s. ꝙ prius est ... si cõe ad posterius. Et prius, & p... rius in materijs manifesta sunt. ... militer in finibus.extenuatio. n. ... finis exercitij,& finis extenuatio... est sanitas.

Amplius autem, vt accide... & horum genera: vt statuæ ... ter Polycletus, & aliter stat...

A rius: qm̄ accidit statuario Polycletum esse. & continentes ēt accidens: vt si homo causa sit statuæ, aut omnino aĩal. sunt autē accidentium alia aliis remoti⁹, & propinqui⁹: vt si alb⁹, & musicus causa dicantur statuæ.

Vide com. 2im.

Et etiam secundum accidens, & genera istorum. v. g. quoniam causa statua est Polycletus quodāmodo, & alio modo faciēs statuā: accidit. n. artifici statuarum quòd fuit Polycletus. & continēti a sunt B *per illud, quod est accidens. v. gr. quoniam homo est causa statua, et vniuersaliter animal. & accidentia quedam sunt remotiora, quedam propinquiora. v. g. quoniā albus, & musicus sunt causa statua.*

33 Cum declarauit q in oĩbus spēbus causarū inueniunť duo modi, s. prius & posterius, incœpit ēt declarare alios duos modos causarū, s. p se, & per accidens, & dixit: Et etiam sm̄ accidens, i. & istæ causæ diuidūtur sm̄ accidens, & genera istarum C collocanť in hoc modo. v. g. cum dř q Polycletus fecit statuam, & q artifex statuarū fecit statuam. hoc. n. est p se, illud aũt p accidens. accidit enim artifici statuarum q fuit Polycletus, qm̄ nō fecit statuam sm̄ q est Polycletus, sed secundum hoc q habet de arte statuarum. D. d. & cōtinentia, &c. i. & illa, quę continent causas, & sunt genera causarū, sunt causæ per accidēs. v. g. qm̄ homo est causa statuæ per accidens, & vlr animal: homo aũt est causa statuæ per accidens, quia accidit artifici, q est causa per se, q fuit homo, aut aĩal. D Et cū narrauit q ĩ illo, quod est per accidens, inueniť propinquū, & remotum, dedit exemplū, & dixit. v. g. dicere q albus, & musicus sunt causa statuæ. albus enim est remotior, q̃ musicus: licet vterq; sit causa p accidens: quia album est cōius hoĩe: ergo est remotius q̃ musicum.

Præter omnes autem, & proprie dictas, & secundū accidēs, aliæ quidem vt potētes dñr, aliæ vero vt operantes: veluti ædificandę domus ędificator, aut ędificans ædificator. E

Cā in potētia, ĩ actu.

Et omnes causa, qua dicuntur conuenienter, & qua dicuntur per accidens, quedam dicuntur causa, quia possunt, & quedam dicūtur causa, quia agunt. verbi gratia, quoniam causa domus est adificator, dum adificat.

Et omnes causæ, quæ dñr per se, 34 & quæ dicuntur per accidens, & propinquæ, aut remotæ dicuntur esse, aut actu, aut potentia. v. g. quoniam ędificator est causa dom⁹: sed, cum F ædificat, est causa in actu, & cum nō ædificat, est causa in potentia. & hoc intēdebat cum dixit. v. g. quoniam causa dom⁹ est ędificator, &c. i. quoniam causa domus est ædificator: sed dum ædificat est ædificator in actu, & dum non ædificat est ædificator in potentia. sed tacuit hoc, qa intelligitur per oppositum.

Perinde aũt dicet & in iis, quorum causę sunt ipsæ causæ, atq; in iis, quæ dicta sunt. vt hui⁹ statuæ, aut statuæ, aut etiam oĩno ima-

G imaginis, & æris huius, aut æris, aut omnino materiæ, & in accidentibus similiter.

Et, secundum quòd narrauimus, dicitur ẽt in rebus, quarum causæ sunt causæ. v.g. causa statuæ istius hominis, aut causa statuæ hominis, aut causa statuæ vniuersaliter, & etiam causa istius cupri, aut causa cupri, aut causa materiæ vniuersaliter, & similiter est de accidentibus.

35 Et sicut hoc dicitur in causis, si-
H militer dr̃ in causatis, s. q̃ quædam propinqua sunt, & q̃dã remota, & q̃dã per se, & quędã per accidẽs. & hoc intẽdebat, cum dixit: Et, sm̃ q̃ narrauimus, dr̃ etiam, &c. i. &, sicut ista inueniunt̃ in causis, inueniunt̃ in eis, quorũ sunt illę causæ, s. in causatis. D. induxit exemplũ in propinquo, & remoto in causatis, & dixit: v.g. causa statuæ, &c. i. qm̃ faciens statuam istius hoĩs, & faciẽs statuã dr̃ faciens statuam hoĩs, & dicit̃ faciens statuam vl̃r. statua igitur hominis huius est causatum propin-
I quum, statua vero simpliciter est causatum remotum. Et similiter, cum dicitur q̃ hoc est causa cupri, aut causa materiæ. cuprum .n. est causatũ propinquum, materia autem est causatum remotum. D. d. & similiter de accidentibus, i. quoniã in causatis accidentibus inuenitur propinquum, & remotũ: sed sicut inuenitur in eis per se. & hoc capitulum inuenitur in libro Alex. manifestius q̃ hic sit. & eodem modo dr̃ in rebus, quarum causę sunt causæ, etiam sicut ista narrata. v.g. huius statuę dicitur in rebus pluribus q̃ dicitur statuæ vl̃r & huius cupri magis q̃ cupri, & vl̃r materiæ, & in accidentibus etiam eodem modo.

Amplius aũt connexę & hę, & illę dicentur: vt non Polycletus, neq; statuarius, sed Polycletus statuarius. Atttñ oẽs hę sunt multitudine quidẽ Sex: dictæ aũt dupliciter. aut .n. vt singulare, aut vt gen⁹, aut vt qđ sm̃ accidens, aut vt accidẽtis genus, aut vt connexę hæ, aut vt simpl̃r dictæ: oẽs autem, aut actu existentes, aut sm̃ potentiam. L

Et dicuntur etiã compositè isti cum illis, v.g. non dicere Polycletum, neq; dicere artificem statuarum, sed Polycletum artificẽ statuarum. Sed omnium istorum numerus est Sex: modi vero, secundum quos dicuntur, sunt Duo. sunt .n. aut quasi pars, aut quasi genus, aut quasi accidens, aut quasi genus accidentis, aut dicitur compositè, aut sigillatim, et omnia dicentur, aut actu, aut potentia. M

36 Inducit hic tertium modũ causarum, & est qm̃ quidam istorum modorum dicunt̃ sigillatim, & quidam compositè. & hoc intendebat, cũ dixit. Et dicuntur ẽt, &c. D. induxit exemplũ cõpositi ex eo, qđ est per se, & ex eo, qđ est per accidens, & dixit: v.g. non dicit̃, &c. i. v.g. compositum ex eo, qđ est p̃ se, & ex eo, qđ est per accidens: non ita q̃ dicatur q̃ hõ est factor statuarũ, sed q̃ Polycletus artifex statuarum fecit statuam. Et, cùm numerauit secundum

A dem exemplum modos causarum, fecit summam de numero eorum, & dixit: Sed oı̄um istorũ, &c.i.sed ista, quæ numerauimus ſm drias, q bus diuiduntur, sunt sex, s. ſm propinquitatem, & remotionem: & p se, & per accidens: & compositionẽ, & diuisionẽ. ſm drias, in quibus conueniunt, & sunt duæ, s. potẽtia, & actu: qm̃ vnusquisq; eorũ sex est potentia, & actu. erunt igitur omnes modi causarũ duodecim. D.d. aut sunt quasi pars, aut quasi gen⁹. & intendit per partem quasi cām propinquam, & per genus quasi re-
B motam: propinquum.n. est quasi pars, idest propria, remotum autem est quasi genus: & maxime causæ, quæ sunt ſm formam, & ſm materiam. D.d. aut quasi accidens, aut quasi genus accidentis.i. aut quasi causa, quę est per accidens propinquum, aut quasi causa, quæ est per accidens remotum: & hoc vocauit genus accidentis.

Differunt autẽ tm̃, ꝙ actu quidem existentes, & singulares, et ea, quorũ sunt causę, simul, sũt, & non sunt. vt hic medens cũ
C hoc, quia sanatur, & hic ædificator cum hoc, quod ædificat. quæ autẽ sunt ſm potẽtiam nõ, semper: corrumpitur.n.non simul domus, & ædificator.

Et differẽtia inter hæc duo est, quoniam causa, quia agunt particularia, sunt, & non sunt cum eis illa, quorum sunt causa. v.g. quoniam iste medicus, cum hoc curato, et iste ædificator cum hoc ædificato. in potentia vero nõ semper sunt ita: corruptio.n.domus nõ est cum corruptione ædificatoris. D

Vult dare drĩam ĩter causas, quæ sunt in potẽtia, & q̃ sunt in actu, & dixit: Et dria inter hæc duo, &c. & dria inter causas, quę sũt actu, & q̃ sunt potẽtia, est, qm̃ quę sunt actu, inueniunt̃ cũ illis, quorũ sunt causæ, & deficiunt cũ illis. v.g. qm̃ iste medicus non est curator in actu, nisi cũ hoc curato in actu. causæ autẽ in potentia sunt, licet causata non sint: nõ.n.corrumpitur domus insimul cũ ędificatore. Et hoc capitulum inuenitur in lib. Alex. manifestius sic. & differunt in hoc, qm̃ causæ, quę agunt particularia, sunt, aut non sunt insimul cum illis, quorũ sunt causæ. v.g. qm̃ iste curator cum hoc curato, & iste ædificator cum hoc ædificato. in potentia autem non semper: non.n.corrumpitur domus, & ædificator simul. 37

Cã in actu simul ẽ cũ effectu. Idẽ. 5. Me. te.c. 3.

E

Oportet autem semper causam vniuscuiusq; summã quærere, vt & ĩ alijs. vt hõ ędificat, qm̃ ędificator est: ędificator autem est ſm ædificandi artẽ. hęc igitur prior causa est: & sic in omnibus. Amplius aliæ quidẽ genera sunt generum, alię autẽ singularia singulariũ: vt statuarius quidem statuę, hic autem huiusce. Et potentiæ quidẽ possibilium, actu autem existentes ad actu existentia. F

Et oportet quærere in vnaquaque rerũ causam eius, quæ est extremum vltimum, sicut quæritur in alijs rebus. v.g. quoniã hõ ædificat, quia est ædificator: et est ædificator,

G *ficator, quia habet artem ædificã di. hac igitur causa est prior: & similiter de eis omnibus. Et ẽt genera sunt causæ generum, et particularia causa particulariũ. v.g. quoniã artifex est causa statuæ, & iste artifex est causa huius artificiati. Et potentiæ sunt causæ potentiarum, & quæ agunt sunt in respectu actorum.*

38 Cum notificauit numerum modorum causarũ, incœpit narrare q̃
H istorum modorũ sunt quęrẽdi prĩcipaliter, & dixit: Et oportet quærere, &c. i. oportet intendere, principaliter de causis cãm vltimã in q̃õne, non vltimã in esse: & illa est cã propinqua: vltima.n. in esse est cã remota. v.g. q̃n aliquis interrogat, quare ędificat aliqus hõ? & dicetur, quia est ædificator: &, cũ dr, & quare est ędificator? dicetur quia habet artem ædificandi: & hic cessat quæstio. D.d. & similiter de alijs, i. de speciebus causarũ, f. q̃m oportet quærere semper per cãm priorem. Cũ dedit istud pręceptum, notificauit
I ẽt aliam dispõnem de causis: & est, q̃m aliæ sunt vl̃es, aliæ particulares: quemadmodum causatorum alia vl̃ia, alia particularia: & q̃ opinandũ est q̃ particulare est cã particularis, & vl̃e causa vl̃is. Et dixit hoc, p̃seruando se à Platonica opinione f. q̃ vl̃ia sunt cæ̨ particularium. v. g. q̃m artifex simplex est causa statuæ simpl̃r, & iste artifex demonstratus est causa istius statuę demõstratę. D. induxit aliam dispositionem de causis, & dixit: Et potentię sunt causæ potentiarum, i. & causę, quæ sunt in potentia, sunt causę eorum, quæ sunt in potentia, & quæ sunt in actu sunt causæ eorum, quę sunt in actu. & hoc intẽdebat, cum dixit & quæ agunt in respectu actorum, i. & causæ, quæ sunt in actu, dicuntur in respectu actorum, quę sunt in actu. K

Idẽ. 5. Me. te. cõ. 3.

De Casu, & Fortuna. Cap. 2.

Quot igit̃ causæ, & quomõ causæ sunt, sint nobis determinata sufficienter. Dicitur autem & Fortuna, & Casus de numero causarum esse: & multa & esse, & fieri propter fortunã, & casum. Quo igitur modo in his causis est fortuna, & casus, & vtrum idem sint fortuna, & casus, aut diuersum, & oĩno quid sit fortuna, & casus, cõsyderandũ est. L

Iam igitur determinauimus causas quot sunt, et secundũ quot modos sunt sufficienter. Et in numero causarum est Casus, & Ex se. dicitur enim in pluribus fieri, & esse casu, & ex se. Oportet igitur considerare secũdum quot modos collocantur casus, & ex se in istis causis, & vtrũ casus, et ex se sint idẽ, aut diuersa, et vniuersaliter quid sit ex se, et quid casus. M

Intendit per quot sunt numerũ specierũ. D.d. Et in numero causarũ, &c. i. & quia apparet de Casu, & de illo, qđ dr̃ fieri Ex se, q̃ collocantur in numero cãrũ, oportet nos p̃scrutari de eis cõsyderãdo fm̃ quot modos possunt collocari in causis, & vtrũ sunt idem fm̃ definitionem, 39

aut

A aut diuersa. & hoc sciemus, si scierimus substantiã vtriusq;: perscrutatio enim de substantia vtriusq; perscrutationẽ cõtinet in se de eis, vtrũ sint diuersa, aut idẽ. & ideo dixit & vſr quid sit ex se, & quid sit casus.

Et, quia ista ꝑscrutatio non potest fieri nisi cõcedendo casum, & ex se esse, q̃ plures Antiqui negabãt, incœpit prius dicere opiniones eorũ, & cõtradicere eis: quẽadmodũ multi ẽt Antiqui attribuebãt oĩa casui. & ei, qđ est ex se. Et hoc capitulum sic debet legi. q̃a & in numero causarũ est casus vsq; ad finem capituli.

B Quidã enim & si sint, an nõ, dubitãt. nihil enim fieri à fortuna dicunt, sed omniũ esse aliquã causam determinatã, quæcunq; dicim⁹ à casu fieri, aut à fortuna. vt veniendi à fortuna in forum, & reperiẽdi quem volebat, quidem, non aũt putabat. causa est velle, cum venerit, emere. sĩlr autem & in aliis, quæ à fortuna dicuntur, semper aliquã esse accipere causam, sed non fortunam.

Quidam enim dubitauerunt in
C *eis vtrũ sint, aut non. & dixerunt quòd nihil fit casu, sed oẽ, quod dicitur fieri ex se, aut casu, habet aliquã causam terminatam. v.g. quoniam iuit causa emendi aliquid ad forũ, ita quòd inueniat aliquem hominẽ, quem diligebat inuenire, sed non cogitabat ipsum inuenire illic, est ipsum velle ire ad forum dicũt. & similiter omnia, quæ dicuntur fieri casu, habent causam existentem, quæ non est casus.*

Et perscrutatio de casu, & de eo, 40
D quod est ex se, est necessaria. quidã enim negabãt ea esse, & dicebant, q non sunt nisi nomina tm̃. habet enĩ vnũquodq; eorũ, quæ dicunt̃ fieri casu, aut ex se, cãm notã, cui possit attribui. v.g. qui vadit ad forũ, & inuenit illic hominẽ, quẽ diligebat inuenire, sed non iuit, vt inueniret ipsum, causa inueniendi eũ nõ est nisi exit⁹ à foro, aut volũtas eundi aliâs. & sĩlr est de oĩbus aliis, quæ dicunt̃ fieri casu, s. quia habent cãm terminatam. Et sermo ei⁹ sic debet legi, v.g. qñ causa eundi aliquem ad forum,
E ita q inueniat aliquẽ hoĩem, quem diligebat, sed non cogitabat ipsum inuenire illic, i. quia nõ cogitabat inuenire ipsum illic est ꝑpter ipsum velle ire ad forũ. Et iste syllogismus cõponitur sic. Si casus est, causa est: sed non est causa, quia nõ est determinatus, & causæ sunt terminatæ: ergo casus non est.

Quoniam, si aliquid esset fortuna, inconueniens vtiq; per q̃s vere videbit̃, & dubitabit vtiq; aliquis propter quid nullus Antiquorum sapientum causas de
F generatione, & corruptione dicens, de fortuna quicquã determinauit, sed (vt videt̃) nihil opinabantur illi esse à fortuna.

Et dicunt & ẽt, si casus haberet rationẽ, esset inopinabile, & locus ambiguus, qũo Philosophi Antiqui, loquentes de causis generationis, & corruptionis, nihil dixerunt de casu. Videtur igitur quòd illi non tacuerunt, nisi quia non opinabantur aliquid fieri casu.

Inducit

41 G Inducit testimoniũ sup hoc q̃ casus nihil est. q̃m, si esset, aliquis Antiquorũ locutus fuisset de nã illius: sed nullus eorum fuit locutus de eo: ergo non est. Et cum, induxit has duas rationes destruentes casum eẽ, & ex se, incœpit contradicere, & primo primæ rationi.

Sed & hoc mirabile. multa.n. & fiunt, & sunt à fortuna, & casu, q̃ non ignorãtes q̃ licet referre ad aliquã causam vnũquodq; eorũ, quæ fiũt, vt Antiquus sermo dixit, destruens fortunam, horũ tñ alia quidẽ esse dicũt oẽs

H à fortuna, alia vero ñ à fortuna.

Sed hoc est mirabile, s. quòd plura fiunt casu, & ex se. & licet nõ ignoremus q̃uo reducitur vnumquodq; istorum ad aliquã causam generationis, vt Antiqui dixerũt negantes casum, tamen omnes dicimus quòd rerum quædam fiunt casu, & quædam non fiunt casu.

42 Dicit mirabile ẽ q̃ oẽs homines conueniunt q̃ hic sunt aliqua, quæ fiunt casũ, cũ hoc, q̃ nullus ignorat

I ea reduci ad causas generatiõis. nos enim, & illi cõuenimus in hac diuisione entium, scilicet q̃m quædam fiunt casu, quædam non fiunt casu.

Quocirca & quodammodo erat faciẽda ipsis mẽtio. At vero neq; illorũ quidem aliquid opinabantur esse fortunã, vt amicitiam, aut litẽ, aut ignẽ, aut intellectũ, aut aliquid aliud talium. Inconueniens est igit, siue non putauerũt esse, siue putantes reliquerunt, præsertim aliqñ vtentes, vt Empedocles non semper aerẽ segregari superius dicit, sed K vt accidit. dicit enim in mũdi fabrica. Sæpe alias aliter, sed tunc » sic forte cucurrit. & partes aĩalium » à fortuna fieri plurimas ait.

Empedocles.

Kosmopoiia

Oportet igitur oĩno quòd illi dixissent aliquid de eo. Et non viderunt etiã quòd casus sit aliquid illarum rerum, s. amicitia, aut litis, aut intelligẽtia, aut ignis, aut aliorum similiũ. Et malũ est, si non opinabãtur ipsum eẽ aliquid existẽs, & malum est etiã, si opinabantur

L *ipsum esse, & nihil dixerũt de eo, licet fortasse vtãtur illis in verbis suis, vt fecit Empedocles, cũ dixit quòd aer non semper excutitur ad superius, sed quomodocũq; fit. dicit enim cũ loquitur de factura mundi, hac verba sic. Accidit casu, vt* »
creuit in illo tempore, & fortè est »
alio modo. & dicit in membris animalium plura accidunt casu. »

Cum declarauit q̃ illud, qđ Anti 43 qui induxerunt in negando casum ipsum eẽ vnũ super hoc, q̃ sit casus, incœpit dicere ẽt q̃ ratio, quam induxerunt de hoc q̃ Antiqui nihil locuti fuerunt de casu, non est rõcinatio, neq; demonstratiua, neq; proba M bilis, sed solũmodo accusatio Antiquorũ, quia debebant loqui de illo, & dicere aut q̃ nihil aliud est à causis notis, aut q̃ est aliq̃d aliud ab eis. Et hoc intendebat, cũ dixit: Oportet igit̃ omnino, &c. i. & hoc, q̃ Antiqui dimiserunt loqui de illo, nõ est rõcinatio super hoc, q̃ nõ sit, sed est accusatio eorũ, qui debebant dicere aliquid

A aliquid de eo. D.d. & non viderunt &,&c.i.cum hoc, quod apparet, q̄ apud eos non est vna illarum causarum, quas dicunt, vt amicitiæ & litis apud Empedoclem, & intelligentiæ apud Anaxagorã, aut ignis, aut aliorum corporũ apud eos, qui non concedunt nisi causas materiales tãtum. & hoc intendebat cum dixit, s. amicitiæ, &c. D.d. & malum est, &c. i. & malum est eos nõ opinatos fuisse ipsum esse aliquid existẽs, sed est vna illarum causarũ, & non notificare hoc: sicut ẽt est malum opinari ipsum esse aliquid aliud ab eis, & ni-

B hil dicere de eo omnino. D.d. q̄ apparet ex Empedocle, & alijs q̄ apud eos est aliquod additũ illis causis. & rõcinat̃ sup hoc ex eo, q̄ Empedocles attribuit aliqua casui. dixit. n. q̄ congregatio mundi, & eius segregatio fuit ex amicitia, & lite: sed hoc, q̄ congregatio fit in aliquo tpe proprie, & segregatio in alio dicit eẽ casu. & sic attribuit motũ aeris supius in quibusdã tpib⁹, & non in q̄busdã casui. & d. ẽt q̄ cã cõgregationis, ex qua fit caput ꝓprie, & cõgregatiõis, ex qua fit manus, est casus. & coact⁹

Cõgregatio mũdi fit scd̃m Emp. ex amicitia, & segregatio ex lite. idẽ 8. ph. cõ. 8.

C est ad hoc, q̄m, cum posuit causam congregationis amicitiam simplr̃, non potuit dare causam, ꝑꝑ quam accidit aliqua congregatio, & non alia: & ideo attribuit hoc casui. apparet igit̃ ex Emped. ipsum ponere casum esse aliud à suis principijs: ergo oportet ipm̃ dicere q̄d sit casus.

Sunt aũt quidam, qui & cœli huius, & mundanorum oĩum causam esse ponũt Casum. à casu. n. fieri dicunt reuolutionem, & motũ, qui discreuit, & constituit ĩ hũc ordinem vniuersum.

Et quidam alij posuerunt causam istius cœli, & omnium mundanorum ex se. dixerunt. n. quòd ex se fuit ex circulo motus, qui distinxit, & constituit totum secundum hunc ordinem. D

44 Vult destruere sermonem dicentiũ q̄ Casus est cã vltima oĩum, & incœpit inducere inopinabile contingens istis, & est hoc, q̄ ponsit causas cœli, & oĩum entiũ casum, & ex se, & dixit: Et quidam alij, &c. D. induxit illud, ex quo contingit hoc, & dixit: dicunt. n. &c. i. q̄m, cum posuerunt q̄ ex se, & casu fuit reuolutio E corporis cœlestis, & motus, qui largitur alijs entibus ordinem contingit eis, vt oẽs causæ inueniant̃ in eis ex casu. q̄d. n. inuenit̃ ex illo, quod ĩuenitur ex casu, inuenitur ex casu.

Et valde hoc ipsum admiratione dignum est, q̄ dicant ipsa quidem aĩalia, ac plãtas à fortuna nec esse, nec fieri, sed aut naturam, aut intellm̃, aut quippiã tale aliud esse causam. non enim quoduis ex semine vnoquoque fit, sed ex tali quidẽ olea, ex tali aũt homo: cœlũ aũt, & diuiniora sensibilium à casu fieri: talem autem causam nullam esse, qualem animalium, & plantarum. F

Cõsile primo de partibus aĩalium. ca 1.

Non q̄duis ex se e vnoquoq; fit sẽe. 8 ph. c. 46. e. 12 me. c. 18

Et hoc ipsum est mirabile, s. dicere in animalibus, & vegetabilibus ea non fieri, nec moueri casu, sed habent causam, aut naturam, aut intelligentiam, aut aliud similiter. non enim generatur quodlibet ex quolibet semine, aut ex spermate, sed ex hoc semine genera-

G *tur oliua, & ex hoc spermate generatur homo. & dicunt de cœlo, & de corporibus, quæ sunt de genere aliorum corporum diuinorũ, ea fieri ex se, & non habere causam omnino ut animalia: & vegetabilia.*

85. Cum declarauit q finis inuenit' in rebus naturalibus p se, non casu, C incœpit facere rememorationem de hoc, quod p̃dixit. qm̃ q̃nq; a casu inueniuntur fines, sed p accidens, cum sint in minori parte: fines aũt existẽtes à natura, impoße est vt dicantur fieri à casu, cũ sint semp, aut in maiori parte. Et dixit. v.g. &c. i. v.g. qm̃ intendit quiescere nobiscum, & accidit q intrauit balneum, & recessit. introitus enim balnei causa ei' fuit hęc q intẽdebat quiescere apud nos & est finis suæ quietis apud nos, sed non quieuit apud nos pp istum finem. D.d. & hoc erit, &c. i. & dicim' q aliquid est pp casum, cum fuerimus existimantes q actio eius, quã egit. v.g. introitus balnei fuit pp aduentum eius ad nos: sed in rei veritate non fuit propter suum aduentum ad nos, cũ non intendebat hoc. D.d. hoc enim est p accidens, &c. i. istæ enim actiones, quas fecit ex suo aduentu, sunt p accidens, cum casu accidunt ex suo aduentu, & declaratum est ex sermone p̃dicto q casus est de causis, q̃ sunt p accidens. D.d. si aũt hoc, &c. i. si autem introit' balnei ex suo aduentu fuit semper, aut in maiori parte, qm̃ intenderit per suum aduẽtum introitũ balnei, nõ E dicimus q introitus balnei à suo aduentu fuit p accidens, aut casu. dein de posuit quod ꝓuenit à natura. est autẽ semper, aut in maiori parte. & dixit: & naturalia, &c. Et syllogism' sic componit'. Propter quid prouenies à natura, aut est semp, aut in maiori parte: & pp quid prouenies ab aliquo ex se non prouenit ab eo, aut semp, aut in pluribus: ergo sequtur in secunda figura q illud ꝓpter quid, prouenies à natura, non prouenit à casu. Et vlt, quia isti hoĩes cõcedunt q illud, qd prouenit à natura ex istis finibus, prouenit à casu, F & non concedunt q illud, quod prouenit à casu, ꝓueniat in minori parte, & concedunt q isti fines non ꝓueniunt à natura in maiori parte, & hoc cõtingit eis ex hoc, quod declaratũ est de natura casus, ideo reuersus est cum eis ad verificandum istã propositionem: quia est propositio, in qua est disputatio: in prima autẽ posuit hoc, quasi notum per se. ipse igitur in illis, q̃ sunt manifesta p se, q̃nq; ponit ea pro manifestis apud eos, qui innati sunt recipere illud,

Idẽ sup. te, cõ. 40.

G quod est notum per se, & qñq; vtit in declaratione eorum propositionibus famosiorib' eis ad confirmãdum: & ideo iterauit sermonem in hoc, vt mihi videtur.

Inconueniens autem est non opinari propter aliquid fieri, nisi videant ipsum mouẽs deliberasse. Attamen ẽt ars non deliberat. nanq;, si esset in ligno nauis faciendæ ars, haud secus, atq; natura, faceret. quare, si ĩ arte inest ipsum pp aliquid, & in natura inest. maxime aũt manifestum

H est, cũ quis medet ipse sibĩpsi. huic enim similis ẽ natura. Qđ igit cã sit Natura, atq; ita vt ꝓpter aliquid, manifestum est.

Et malum est etiam, quod non opinantur ea fieri propter aliquid, si non inuenerint agens cogitare in sua actione, & ipsi inuenerunt sine cogitatione artem. et, si ars aedificandi naues esset in ipsis lignis, tunc operatio eorum esset ad modũ operationis naturæ. ex quo sequitur, si in arte est propter aliquid,

I *vt etiam sit hoc in natura. & magis, quo declaratur hoc, est in illo, qui curat se in medicina. & natura assimilatur huic. Manifestum est igitur quòd Natura est causa, & quod ẽ causa propter aliquid.*

86 Demonstrat hoc inopinabile cõtingens ei, qui non concedit cãm finalem esse in natura, pp hoc, ꝙ ĩ nã non est cogitatio, & finis non inuenit apud eos, nisi in cogitatione, & est, qm̃ contingit eis, vt ista cã non inueniat in rebus artificialibus carẽtibus cogitatione, & dixit: Et malũ est ẽt eos nõ opinari ꝙ actiones nõ sunt pp aliquid, nisi agens agat à cogitatione, & ipsi inueniunt artẽ agere pp aliquid, cum hoc, ꝙ agens nõ cogitat. Et dixit hoc in artibus, quæ non vtuntur cogitatione, vt texere, & suere, nõ sicut ars medicinæ, & nauigandi. D. reuersus est ẽt ad declarandum ꝙ natura in hoc conuenit cũ arte, declarando ꝙ illud, p quod põt quis existimare eas diuersari, ꝙ non diuersent in eo, & p hoc pficit sermo in cognitione modi similitudinis inter illas, & dixit: &, si ars ædificandi, &c. i. manifestum est ꝙ non est dr̃ia prima hæc inter naturã, & artem, sed ars agit extra, & natura intra. si igitur essem' imaginati ꝙ ars est in re, tunc necessario cõtingeret agere, ac si esset extra. &, si hoc esset non esset illic dr̃ia inter nãm, & artẽ. & intendebat p hoc ꝙ, si actio artis pp aliquid esset, quia est extra, necesse esset, si imaginati essemus artẽ intra, vt non ageret pp aliquid: sed, qa notum est per seipsam agere ꝓpter aliquid, siue sit extra, siue intra, manifestum est ꝙ hoc est, sm̃ ꝙ semp agit, aut in maiori parte. ars igit conuenit in hoc cum natura. D. induxit illud, quod sequit ex hoc, & dixit ex quo sequitur, &c. & ista consecutio est manifesta ex hoc, ꝙ declarauit, q illud, in quo differt ars à natura, nihil operatur in hoc, ꝙ agit pp aliq & cum induxit testimonium super hoc, ex hoc, ꝙ, si ars esset in ipsa re tunc ageret, ac si esset extra, dixit, & hoc magis declarat, &c. & ẽ, qm̃ ar inuenit in Medico, qui curat se agere in illud, ĩ quo est ars, ac si esset extra. &, si hoc non esset, tunc ars non

age

A agerer propter aliquid, quia est extra. &, cum destructũ est ꝙ actio extrinseca operat' in hoc, non est dr̃ia in hoc inter artem, & naturam.

Ad quam causam necessitas in rebus naturalibus referatur. Cap. 2.

QVod autem ex necessitate est vtrum ex suppositione sit, an & simpliciter. Nunc enim opinãtur quod ex necessitate est esse in generatione. quemadmodum, si aliqs murum ex necessitate existimaret esse factum, qm̃ grauia quidem deorsum ferri apta natura B sunt, leuia aũt superne, quapropter lapides quidem deorsum, ac fundamẽta, terra aũt sursum ꝓpter leuitatem, supra aũt maxime ligna, leuissima.n. sunt.

Et consyderandum est de necessitate vtrũ sit a positione, aut simpliciter. Opinantur enim quòd necessitas in generatione est secundũ modũ, si aliquis existimasset quòd paries est necessario, quia grauia C innata sunt descendere inferius, et leuia ascendere superius, & ideo lapides, & fundamentum est inferius, tectum, & lateres superius, quia sunt leuiora, & supra omnia ligna, quia sunt leuissima.

87 Et, cum declarauit ꝙ natura agit propter aliquid, & ꝙ existẽtia finis in rebus naturalibus, & conuenientia membrorum in salute entis naturalis non est casu, & omnes Antiqui, dicentes causam materialẽ tm̃ esse, nituntur ex illa reddere cãs formarum & actionum. opinabantur D enim ꝙ formæ sequuntur de necessitate naturam materiæ, & ꝙ diuersitas earum est ex diuersitate materiæ. ipsæ igitur vult destruere hoc: qm̃ ipse opinabat' econtra, s. ꝙ materia sequitur formam, & dixit: Et consyderandum est, &c. i. & consyderandum est de necessitate existente in rebus naturalibus, vtrũ sit ex positione formæ, s. ꝙ, cum posuerimus ꝙ forma sit, sequitur vt materia sit, aut necessitas inuenitur simpliciter, i. ex materia: qm̃ ista necessitas nõ est propter aliquid, sed simpliciter, i. ex se non ex alio. D. d. opinan' E enim isti, &c. i. isti enim, qui opinabãtur ꝙ necessitas est in generatione generati ex materia, similes sunt in hoc, ꝙ opinantur de reb' naturalibus eis, qui opinantur in rebus artificialibus ꝙ domus generatur ita, ꝙ fuerit custodiens à calore, & frigore ex necessitate, quia partes graues, quæ sunt in ea, descendunt ex necessitate naturæ grauis inferi', & partes leues, quæ sunt in ea, ascendunt de necessitate etiam ex natura leui, & partes mediæ existunt mediocriter, vt ligna superius, & lapides inferius, & terra, & lutum in me F dio. Et ex hoc exemplo apparet ꝙ natura est similis arti. qui enim dicit ꝙ homo generatur ex hac generatione, quia necesse fuit vt partes graues, q̃ sunt in eo, descenderent, & leues ascẽderent, ẽ sicut qui dicit hoc in domo. & isti non euadunt ꝑ hũc sermonem ab esse casu ĩ generatione entium. qm̃, si partes graues descenderent in plantis, & aĩalibus ex necessitate suæ naturæ, & leues ascẽderent, tunc conuenientia actionũ partium grauium, & actionum per

Antiq dixerũt formas eẽ ꝑ

mãs, & diuersificari ꝑ mãs. s; Arist. tenet oppo. Idẽ sup. 74. & 75. Idem. 1. d aĩa. 53 & 2 de aĩa 36. & 60. Idẽ inf. in hoc. 2. cõ. 88. & 90. & 91.

 tium

G tium leuium in salute illius speciei erit casu. licet hoc in plurib' rerum naturalium videatur è cõuerso. animalia enim testea, si natura non intendisset custodiam, deberet descendisse in eis pars testea.

Attamen non sine his quidē factus est, non tñ propter hæc, nisi vt propter materiam, sed cã abscondendi quædam, & saluãdi. Similiter vero & in aliĳs omnibus, in quibuscunq; ipsum ꝓpter aliquid est, non sunt quidē sine ĳs, q̃ necessariã hñt naturã,

H non tñ sunt propter hæc, nisi vt materia sunt, sed propter aliqd vt propter quid serra est talis? vt hoc, & huius gratia fit. hoc tamen cuius gratia, non potest fieri, si non ferrea sit. necesse est igitur ferream esse, si serra erit, & opus ipsius. ex suppositione igitur necessarium est, sed non vt finis. nã in materia necessarium est, id aũt, cuius grã fit, in rõne.

Et verum est certe quòd paries non esset sine istis, sed esse eius non fuit propter ista, nisi intelligas per

I *hanc præpositionem propter, materiam, sed propter custodiam, & salutem, & propter istas fuerunt illa. Et eodem modo est de omnibus quæ sunt propter aliquid. nõ enim sunt sine illis, quæ habent aliquam naturam necessariam, sed esse eorum non propter hoc existimatur materia, sed propter aliquid. ver. gr. serra quare est talis? & dicetur, vt agat aliquid, aut propter aliquid. & quod agit hoc, & [...] propter illud, nõ est aptũ nisi sit [...] ferro. ex quo sequitur necessario [...] sit ex ferro, si fuerit serra, & [...] actio fuerit eius actio, expositio [...] igitur est necessitas, non ex fine [...] tenta. necessitas enim est in materia, & illud propter quid est [...] definitione.*

Et verum est q̃ paries nõ põt [...] se sine illis grauibus, & leuibus, q[...] ita hñt se ad illum quasi materia, [...] esse parietis non fuit pp hanc cã[...] q̃ est graue, & leue. nisi quis intel[...] gat p hanc præpositionem pp, cã[...] finalem intentam per artem, & [...] custodia, & salus. tunc enim erit [...] rum dicere, respondendo ad qua[...] fuit paries, q̃ paries fuit pp suã ca[...] sam. D.d. Et eodem modo, &c. i[...] eodem modo est de oĩbus, quæ g[...] nerant́ pp aliquem finem intẽtu[...] qm̃ impossibile est vt sit aliquid [...] ne illis, quæ habent naturam nec[...] sariam in esse eius, sed esse eius à [...] li materia, s. necessaria generatio [...] sua non facit existimare q̃ pp ma[...] riam fuit tale, sed opinandum est [...] ipsum esse tale est ꝓpter aliquid. [...] intendebat hoc, cum dixit: sed e[...] eius, &c. i. sed ipsum esse hmõi, s. [...] illa sunt necessaria ĩ suo esse, ꝓp[...] hoc non debet qs existimare q̃ [...] teria est causa esse eius, sed opina[...] dum est q̃ esse eius est propter [...] quid. Et in libro Alex. dicitur [...] non propter ista, sed propter ma[...] riam. i. & illa, quæ sunt ante fin[...] in re, non dicuntur esse causæ fin[...] nisi fm modum, fm quem mate[...] est causa finis, immo finis est ca[...]

A eius principaliter. Et, cum posuit quod signum, quod paries, & alia corpora generata non generant ex necessitate materiae, licet materia sit necessaria in esse eius, hoc s. significat quod, cum aliquis interrogauerit quare est aliquid, nō respondebit per materialem causam, sed finalem, notificauit hoc per exemplum & dixit. v.g. quoniam, cum aliquis quaesiuerit, quare serra habet multos dētes? & dicet, vt secet ligna, aut propter serrationem, & non dicet quod habet multos dētes, quia est ex ferro, licet serra non possit esse nisi ex ferro. & hoc intendebat cum dixit, & hoc, propter quod est non est aptum, &c. i. licet hoc, propter quod fuit serra, nō aptet, nisi serra sit ex ferro. D. induxit illud, quod est quasi conclusio istius sermonis, & dixit: sequitur igitur necessario vt sit ex ferro, &c. i. sequitur igitur ex hoc, quod dicimus, quod serra est propter suam actionem, & quod actio eius nō potest esse, nisi sit ex ferro, vt necessitas in serra sit secundum positionem, s. secundum positionē finis, non secundum materiā. & hoc intendebat, cum dixit: ex positione igitur erit necessitas secundum finem intentum. i. ex positione igitur finis

C quęrenda erit necessitas materiae cōuenientis illi actioni, & necessitas esse rerum sequentium materiā, non quod esse istorum est propter finem, neque quod finis est ex necessitate materiae. illa enim, quę inueniuntur in rebus naturalibus de necessitate non propter aliquid, vt mors animalis propter materiam, & illa, quae inueniuntur in eis propter aliquid, sunt propter formā, & definitionem: & ideo nō sunt necessaria simpliciter. & hoc intendebat, cum dixit: necessitas enim est in materia, & propter quid est in definitione. Et innuebat per hoc diuer-

Quę in rebus naturalibus inueniuntur ex necessitate, & non propter aliquid, sunt propter materiam, & quę inueniuntur in eis propter aliquid sunt propter formam. Vide idem 3. de anima. com. 60.

D sitatem essentiae rerum sequentium essentiam ex necessitate materiae, quae non intenduntur propter aliquid: ex quibus Antiqui errauerunt, & existimauerunt quod omnia, quae accidunt rebus, sunt de necessitate materiae. Et hoc componitur in secunda figura sic. Res necessariè non intentae, sunt ex materia: & res intentę non necessariè, non sunt ex materia: ergo res intentae, non sunt necessariè non intētae.

Quod autem res intentae non sint ex materia manifestum est. quoniam res intentae sunt ex forma, & ideo nō sunt necessariae generationis: & forma non est propter materiam: ergo res intētae nō

L sunt propter materiam. Et potentia totius sermonis praedicti est in tertia figura sic. Quando in rebus generabilibus interrogatur, quare generatur, non respondetur per causam materialem: & quādo in rebus generabilibus interrogatur quare, respondetur per causam finalem: ergo causa finalis est alia à causa materiali. Et omnes istae rationes sunt contra eos, qui non concedunt illud, quod est notum per se. si. n. causa finalis sequeretur necessario causā materialem, tunc ad quaestionem per quare responderetur causa materialis. haec enim est dispositio entis ne- F cessarij simpliciter, s. vt non sit propter suam actionem, sed actio eius propter ipsum. & iste modus necessitatis inuenitur in rebus aeternis. & ista est necessitas simpliciter, quā Antiqui ęstimabant esse in rebus naturalibus generabilibus, & corruptibilibus. si igitur formae sequerentur materiā de necessitate, tunc omnia essent necessaria.

Haec est dispositio entis necessarij simpliciter. s. vt non sit propter suam actionem, sed actio eius propter ipsum quod quomodo intelligendum sit. vide. 2. cę. c. 17. et 21. & 12. me. 36.

Est autem necessarium & in Disciplinis, & in his, quae secundum Naturam fiunt, quodammodo similiter.

G cum enim rectum hoc sit, necesse est triangulum duobus rectis æquales hr̃e. sed non, si hoc est, illud est. sed si hoc nõ est, neque illud rectũ est. In ĩjs aũt, q̃ ꝓpter aliquid fiunt, econtrario, si finis erit, aut est, & id, qđ ẽ ante, erit, aut est. si vero nõ, sicut ibi, si nõ sit conclusio, principiũ non erit sic & hic finis, & id, gratia cui⁹. *principium enim & hoc est, nõ actionis, sed cogitationis, ibi autem cogitationis, actiones enim non sunt.

* a.l. addit (non erit, aut nõ ẽ.)

H *Et necessarium est in Doctrina, & in eis, q̃ secundũ cursum Naturalem sunt quodammodo similia. quoniã, quia rectum est tale, necesse est vt anguli, & trianguli sint æquales duobus rectis & nõ, quia fuerit tale, fuit illud. sed hoc, si non esset tale, illud non esset rectum. Et illa, quæ sunt propter aliquid, si finis intenta per illa fuerit præsens, aut futura fuerit, illa etiam, quæ*

I *sunt ante, erunt præsentia, aut futura. &, si non sunt, quemadmodũ igitur illic, si conclusio non fuerit, non erit principium, similiter hæc est dispositio finis, & illud propter quid. hoc enim etiam est principiũ sed non est principium operationis, sed cogitationis, & principium illic est cogitationis, quia illic non est operatio.*

89 Idest & necessitatẽ esse in Doctrina, & in N̄alibus est consilẽ quodámodo, s. q̃m in vtroq; inuenit̃ necessitas ex positione. Et dixit quodam modo. quia ex prioribus in doctrina consequunt̃ posteriora, cũ conclusio, q̃ est posterior in scĩa ſm tp̃s sequit̃ ex ꝓpositionibus, q̃ sunt priores in esse, aut illa, q̃ sunt priora ĩ tempore, sequunt̃ posteriora. Et similitudo inter illa est. q̃m, si propõnes fuerint, erit conclusio necessario, & non sequit̃ ẽ cõtrario: &, si finis fuerit, erunt illa, q̃ sunt ante finem. & in hoc diuersant̃ hæc duo. propositiones igitur ſm hunc modum assimilantur fini, conclusio aũt assimilatur eis, q̃ sunt ante finem. Et, cum dixit ꝙ necessitas est in eis consimilis, incœpit declarare similitudinem, & dixit: q̃m quia rectum est tale, &c. & in doctrina inuenit̃ aliquod simile necessario, quod est ĩ gn̄atione, q̃m esse propositionum sequit̃ esse conclusionis v. g. quia angulus extrinsecus in triangulo valet duos intrinsecos sibi oppositos, & cum angulo sequenti valet duos rectos, hæc est causa in hoc, ꝙ anguli triãguli sunt æquales duobus rectis. propositiones igitur sunt illa, pp quę est res, conclusio vero est illud, quod est ante illud, propter quod est. & intendebat p rectũ triangulum rectorũ laterum. & intendebat per tale, hoc, qđ extrinsecus valet duos intrinsecos, & cum sequente valet duos rectos. D. d. & non, quia hoc est tale, fuit illud tale. i. & non quia anguli triãguli valent duos rectos, est necesse vt angulus extrinsecus sit talis. i. q̃m hæc non est causa illius. D. d. sed, si hoc non fuerit, & c. i. si non fuerint anguli æquales duobus rectis, triangulus non erit rectorũ laterũ. D. d. & illa, q̃ sunt pp aliquid, &c. i. & dispositio conclusionis cũ propõnibus est dispositio eorum

A q̄ sunt pp aliquid,& cum illo pp qđ sunt.cum.n.fuerit finis,pp quę sunt in actu,erunt illa in actu.&,si fuerit finis in potentia,illa erunt in potentia,licet nondum sint in actu.& hoc intendebat,cum dixit:&,si nō sunt.& silr,cū conclusio fuerit in actu, ppōnes erunt in actu, &, si conclusio fuerit in potentia, propōes erunt in potentia. Et,cum declarauit q̄ ita se hñt propōnes cum conclusione, sicut finis cum his,q̄ sunt ante finem, dixit:& quemadmodum illic, &c.i.
B quemadmodum,si non fuerit conclusio,non erūt propōnes, silr, si nō fuerint illa, q̄ sunt ante finē, nō erit finis.illa.n.q̄ sunt in doctrina quasi finis,sunt propōnes, & illud, qđ est quasi illa, q̄ sunt ante finē, est cōclō. D.d.hoc.n.est pricipiū, &c. & īnuit propōnes,q̄ sunt pricipium doctrinæ.D.d.sed non est principium operationis,sed cogitationis. & pseruat se,ne quis dicat q̄ nos videm⁹ q̄ ad q̄dam principia sequunť vltima, & sunt principia doctrinæ. & hoc est contra positum in natura.& responsio ad hoc est,qm̄ hoc non est prin-
C cipiū opationis,sed principiū cogitationis,sermo aūt est de principijs opationum. & accidit vt ex principio cogitationis sequať illud ,ppter quid. * principiū. n. in cogitatione est finis in operatione,& finis in cogitatione est principiū in opatione. D.d.& principium illic,&c.i.in doctrina speculatiua. & d.hoc, qa sunt doctrinæ operatiuæ,& accidit eis,vt illic sint duo principia, principium f.cogitationis,& principium operationis,& similiter finis cogitationis & finis operationis.

* Pricipiū in cogitatione ē finis I opatione,& finis in cogitatione. e pricipiū in opatione. Idē 7. me. c. 23. & 3.de aīa te.c.49.

Quare,si erit domus, hæc necesse est fieri,aut existere, aut esse,aut omnino materiam, quæ ppter aliquid est. vt lateres, & lapides,si domus. non tñ ,ppter hæc est finis,nisi vt materiā, neque erit ppter hæc. omnino tamen,si non sint,neq; domus, neque serra erit:illa quidem, si nō sint lapides,hæc vero, si non sit ferrum.neq; enim ibi principia, si non triangulū duobus rectis. Manifestum est igitur q̄ necessarium est in Physicis, qđ vt materia dicitur,& motiones eius. D

E *Necesse est igitur vt, si domus erit, vt ista sint necessario, aut vt sint, aut quòd erunt præsentia, & vniuersaliter materia, quæ est propter aliquid v.g. quoniam lapides erunt, si erit domus, sed nō propter ista est finis intenta, sed secūdum quòd est materia, sed illa, si nō fuerint, non erunt ista. domus igitur non erit, si lapides non fuerint: neq; serra erit, si ferrum non erit. illic enim principia non erunt, si anguli trianguli nō fuerint æquales duobus rectis. Manifestū ē igitur quòd* F *necessarium in rebus naturalibus est illud, quod dicitur de materia, & eius motibus.*

Idest,necesse ē igiť,si domus fuerit I actu,vt illa,ex q̄bus domus fit, sint añ domū,&hoc intēdebat,cum d. vt ista sint necessario.i.vt ista, ex qb⁹ domus fit,sint necessario I esse, aut ḡnata añ ḡnōnē domus: & hoc duob⁹ modis,aut vt sint psentia cū ea,aut q̄ erūt psentia.D d.&vlr mā i. & vlr ista est dispositio materiæ 90

 cum

12 IV

G esi illo, pp qđ fuit materia. D.d.v.g. i.v.g.qm lateres, & lapides necesse ē vt sint, si domus fuerit: sed non ex lateribus, & lapidibus sequit̃ necessario vt sit finis intentus. v. g. domus. neq; hñt introitum in fine, nisi fm materiam, s. fm q materia est vna causarum rei, cuius est materia. D. d. & non erit pp ista. i. & forma non erit p materiam, sed p agēs. D.d. sed illa. i. materia. D.d. si ista nō fuerint .i. forma, & finis. D.d. illic. n. &c. & q accidit ex hoc in generatione est simile ei, q accidit in Doctrina. i Doctrina enim ēt non erunt propōnes,

H si conclusio non fuerit. v.g. qm propositiones ex quibus declarat̃ q anguli trianguli valēt duos rectos, nō erunt, si non fuerint æquales duob' rectis. & iam pdixit hoc, sed iterauit

Idē sup a t.c 89. illud ad rememorationem. In libro vero Alex. neq; illic etiam erūt principia, si triangul' habuerit angulos æquales duobus rectis. i. qm non sequit̃ q, si conclusio sit, q propositiones sint. D.d. Manifestum est igit̃, &c. i. manifestum est igit̃ q necessitas in rebus naturalibus notat materiam, & illum, quod sequitur mate-

I riam de motibus, & non notat formam, s. qm materia inuenit̃ ppter

Idē su. 87 & q ibi. formam, non forma propter ipsam cum non sequitur materiam.

Et vtrēq; quidē Physico dicēdæ sunt causæ, magis aūt ea, cuius gr̃a. causa enim hæc materię est, sed non hæc ipsius finis. Et finis is, cuius gr̃a. & qui prīcipiū est. à definitione, & rōne petit̃, sicut ī ījs, q̄ fm artem. qm̄, si domus est tale, hæc oportet fieri, et esse ex necessitate. & qm̄ sanitas hoc est, hæc oportet fieri ex necessitate, & eē. sic & si homo hoc, hæc. si vero hæc, hæc.

Et oportet Naturalem intendere has duas causas, sed magis debet intendere causam, qua est propter quid. quoniam ista est causa materia. Ipsa autem non est finis propter quem & principium de definitione, & rōne, sicut est in rebus, quæ sunt per artē. v. g. quoniam, quia domus est tale, necesse est vt sit hoc. & quia sanitas est talis, necesse est vt sit hoc. & similiter, quia homo est talis, necesse est vt sit hoc.

Et oportet Naturalem reddere vtranq; cām, quia constitutio rerum naturaliū est ex ambabus, s. ex materia, & ex illo, pp qđ est materia. D. d. sed magis debet, &c. i. oportet naturalē solicitari magis circa causam finalē, cum pp cām finalem sit causa materialis, & non pp cām materialē est cā finalis. D.d. & principium est ex definitione, & rōne. i. principium, ex quo sequit̃, si fuerit necessitas materię, est illud, qđ continet definitio, & forma in rebus compositis. Et intendebat per hoc q, cū definitio rei fuerit posita, sequitur materia necessario in eē eius. definitio enim continet formam cōem, & propriam. D.d. sicut est in rebus artificialibus. i. v.g. quia definitio domus est continens, coopericus, defensans à calore, & frigore, necesse est vt sit composita ex tecto, & pariete. & quia definitio hominis est animal rationale, necesse est vt sit composita ex carne, & osse: & quia definitio sanitatis est dispositio in membro,

A agit suam actionem in membro, necesse est vt ista dispositio sit complexio, & hoc intendebat, cum dixit quod domus est tale, &c.

Fortassis aũt & in rõne est necessarium. determinanti.n. op⁹ secandi quod diuisio hmõi est, hæc aũt non erit, nisi habeat dentes tales, hi vero nõ, nisi ferrea sit. sũt enim & ĩ ratione q̃dam partes, vt materia rationis.

Et rectum est vt necessarium intret in definitione etiam. & hoc erit quando definiuerimus actionẽ
B *serrationis, quoniã est scindere tali modo, quòd non optatur, nisi serra habeat dentes tali modo: et hoc impoßibile est vt sit hoc modo, nisi sit ex ferro, in definitione.n.ẽt quædam partes sunt, quasi materia.*

92 Quia definitiones continent genera, & differentias, & genera sunt formæ vniuersales, & differẽtiæ formæ propriæ, & est declaratũ quod materia sequitur necessario ex forma, rectũ est vt definitiones in hac scientia sint principium apparentiæ ne-
C cessitatis materię. &, quia ex quibusdam definitionibus non solummodo apparet consecutio materiæ, sed etiam in eis intrat materia, dixit: Et rectum est, &c. i. & rectum est vt in quibusdam definitionib⁹ nõ sequatur necessarium ex positione definitionis, sed ĩtrat in definitione quasi pars. in talibus igi͏ͬ definitionibus apparet materia, quasi pars, non sm cõsecutionem. D. d. si enim definierimus, &c. hoc est exẽplũ definitionis, in qua apparet materia. serratio enim, quia non cõple͏ͬ nisi p formã

In definitionib⁹ nã libus apparet mã, vel manifeste vel consecutiue. vide idem su. cõ. pcedẽti. & 1. de aĩa cõ. 16. & quæ ibi.

& materiam serræ, ideo intrat materia in definitione. serræ, n. si dixerimus ipsam esse instrm habens dentes, non erit definitio, donec dicam⁹ ipsam esse ex ferro. D

In huius Secũdi Libri fine, proœmy loco ipsius Tertij legebantur quædam, quæ, cum ex Pauli Israelitæ, & Ant. Codicis sententia. lx. cõ. Primi ph. pars essent, ideo ea ex hoc ad illũ deportauimus locũ.

ARISTOTELIS E
DE PHYSICO AVDITV
LIBER TERTIVS,

Cum Auer. Commen.

SVMMAE LIBRI.

A textu primo vsq; ad. 3. ostendit ad naturalem pertinere tractare de accidentib⁹ communibus rerum naturalium.
A textu. 3. vsq; ad. 24. notifica͏ͬ quid sit motus, & quæ eius species.
A textu. 24. vsq; in finem agitur de infinito & quõo in entibus reperiatur.

De accidentibus communibus rerum naturalium. Cap. 1. F



Voniam aũt natura quidem est principium motus, & mutatiõis: methodus autẽ nobis de natura est: non latere nos oportet quid sit motus. necessarium enim est, ignorato ipso, ignorari & naturã. Cũ aũt determinauerimus de motu, tentandũ erit eodẽ aggredi modo de iis, quæ consequenter sunt. Videtur aũt motus

Vide duas con. Zim

G motus continuorũ esse:infinitũ aũt apparet primũ in cõtinuo: quapropter & definientibus cõtinuum accidit vti sæpenumero ratione infini ti:cũ in infinitum diuisibile continuum sit.

Quia natura est principium motus, & quietis, & transmutationis: & in hac scientia intendimus naturã: oportet nos narrare primo motum quid sit. Deinde, cũ determinauerimus hoc, determinabimus vnũquodq; consequentiũ hoc
H *mõ. Et existimatur quòd motus ẽ de rebus continuis: & primum eorum, q̃ sequuntur scientiam de cõtinuo, est de infinito: & ideo accidit multoties, cũ definierimus continuum, vti in eius definitione infinito: illud enim, quod diuiditur in infinitum, est continuum.*

I Continuatio.



Ncœpit notificare causam, ꝓp quam contigit ei loqui in hoc libro de motu, & de rebus', q̃ sequunt' motũ. qm̃, cum cõsyderatio
I eius sit de natura, cuius definitio est principium mot', & quietis, fuit necesse ei declarare fm̃ quot modos dicitur principiũ, & ꝙ dr̃ de materia, & forma, s. primum principiũ materiale, & formale: sed primum principiũ materiale potuit declarare, ante q̃ ꝑscrutaretur de motu, & accidentibus motus, principium aũt, quod est primus motor non potuit ꝑscrutari de eo, nisi post perscrutationẽ de motu. & incœpit hic declarare ꝙ ex definitione naturæ apparet ꝙ ꝑscrutatio de motu est necessaria, &

Principiũ, qđ est primus mo... nõ potuit ꝑscrutari, nisi post ꝑscrutationẽ de motu. Idẽ 8.ph. 4.5. & 6.c.

quod oportet Naturalem perscr
ri de vnaquaq; illarum partiũ ac
ptarum in definitiõe, & dixit: Q
natura, &c. i. &, quia iã apparuit
ꝑdictis ꝙ definitio naturæ est pr
cipium motus, & quietis. i. transi
tationis, & non transmutationis
intendimus in hoc libro perscru
ri de natura, cum intentio huius
bri sit loqui de rebus cõibus oĩ
rebus naturalibus: & iam locuti
mus de primo principio, qđ est q
si materia oĩm rerũ naturaliũ: op
tet nos igit' loqui de motu quid
&, cum determinauerim'. i. defin
rim' motum, determinabim' p
vnumquodq; eorũ, q accipiunt' i
finitione motus, & quæ sequunt
motũ. Et, cum dixit hoc, incœpit
cere illa, quæ ita se habent ad mo
& dixit: Et existimatur, &c. i. vtr
diuiditur in indiuisibilia semp,
in aliqua diuisibilia. D. incœpit
rare et ꝙ consyderatio de contin
exigit et cõsyderationem de infi
to, & dixit: & primum eorũ, &c. i
primum eorũ, quæ apparent ex
syderatione de continuo, est con
derare de infinito. D. dedit cãm
hoc, & dixit: & ideo accidit mul
tiens, &c. i. quia infinitum cõtin
continuo, aut est definitio eius,
cidit multoties, cum definierim
continuum, accipere i sua definit
ne infinitum. continuũ enim est
lud, quod diuiditur in infinitũ.
induxit testimoniũ super hoc, &
xit: quod * enim diuiditur in infi
tum est continuum. i. & diximus
definitio continui est illud, qđ di
ditur in infinitum: quia illud, qđ
uiditur in infinitnm est continu
quod enim ꝑdicatur fm̃ q d, qñ c
uertitur, est definitio. Et dixit, vt

A hi vt, accidit multotiens quod ista definitio continui apud dicẽtes ipsum non componi ex partibus indiuisibilibus est concessa: dicentes autem quod continuum componitur ex partibus indiuisibilibus non concedunt hanc definitionem. Et q.d. ideo accidit pluribus eorum, qui vtuntur definitione continui, accipere in definitione eius infinitum. Et forte dixit hoc, quia continuum pōt habere aliã definitionem, vt in qua dr. cõtinuum est illud, in cuius medio pōt poni terminus communis duabus partibus.

Idẽ in pdicamentis ca. de quãtitate.

B Ad hæc aũt sine loco, & vacuo & tpe, impossibile est motũ esse. Manifestum igitur est quod & pp hæc, & propterea quod cũctis sunt cõia, & vlia hæc oībus, consyderandum erit, cum proposuerimus de vnoquoque istorum. posterior enim est de proprijs speculatio ea, quæ de communibus est.

Speculatio de proprijs posterior est ea, quæ de cõibus. Idẽ 1. phy. t. 57.

Et, cum hoc impossibile est vt motus sit, si locus, & tẽpus non fuerit. Manifestũ est igitur quòd propter hoc, & propter hoc, quòd ista sunt communia omnibus, oportet perscrutari de vnoquoque eorum. cõ-
C *syderatio enim de proprijs est post consyderationem de rebus cõibus.*

2 Cum declarauit quod ex definitione naturæ apparebit quod oportet Naturalem perscrutari de motu, & consequentibus motum, & dixit: quod illorum, quæ sequuntur motum, quæ sunt propinqua substantiæ eius, est continuum, & quod infinitum sequitur continuum, incœpit dicere, Et, quia locus, & tempus sequuntur motum in rei veritate, & vacuum, vt dicunt quidam Naturales, oportet et consyderare de istis tribus cum consyderatione de illis tribus prædictis. D

Et dixit: Manifestum est igitur, &c. i. manifestũ est igitur quod ex hoc, quod diximus, quod ista apparẽt in definitione naturæ, &. quia etiam ista sunt communia omnibus rebus naturalibus, a oportet nos in hoc libro loqui de istis rebus: cum iste liber sit primus liber, in quo loquitur de rebus naturalibus: & de communi oportet loqui prius quam de proprio: & ideo fuit necesse loqui de istis rebus in hoc libro. Et hinc expressit E suam intentionem in b hoc libro, & illa, quæ sunt subiecta istius consyderationis: & sunt causæ communes, & accidentia communia, quæ apparent ex definitione naturæ.

a Oportet prius loq de cõi quam de proprio. Idẽ i pomio suo su 1. ph. & ibidẽ c. 27 & t. Idẽ. 2. de aīa. cõ. 30. & ibidẽ. c. 1. idẽ 1. de ptib. Aīaliũ ca. 1. & 2. de gñatio. & Corrup. 1. com. 51.
b Idẽ su. c. 1. & quæ ibi.

SVMMA SECVNDA.

Quid sit motus, quot eius species, & eius definitio.

De suppositis ante Motus definitionem præintelligendis. Cap. 1.

PRimũ aũt, sicuti diximus, de Motu. Est igitur eorũ, quæ sunt, aliud quidẽ actu solũ, aliud F vero potentia. Et eorum, quæ sunt actu, hoc quidẽ hoc aliquid, illud vero tm̃, aliud aũt tale. & in alijs entis pdicamentis silr. Eorum aũt, quæ sunt ad aliquid, aliud quidem fm superabundãtiam, & defectum dr̃, aliud autẽ fm actiuum, & passiuũ, atque omno motiuum, & mobile. motiuum.n. motiuum mobilis est: et mobile à motiuo est mobile.

vide cont. Zim.

Et

G *Et icipiemus sicut diximus de Motu. Et dicamus quòd rerū q̄dā sunt in perfectione, et quædam in potentia. Et istorum quoddā demonstratur esse hoc, quoddam demonstratur esse huius quātitatis, et quoddam demonstratur esse huius dispositionis, aut attribuitur hoc modo alicui aliorum prædicamentorum entis. Relatiuorum autem quædam dicuntur secundum magis, & minus, & quædam se-*
H *cundū agens, et patiens, et vniuersaliter secundū mouens, et motū. mouens.n.est mouens motum: & motum est motum à mouente.*

3 Cum voluit definire motum, incœpit de illis, quę ita se habēt ad id, q̄d vult definire, quasi* propōnes. & incœpit primo diuidere ens fm actum, & potentia: & sunt duo genera, extra quę non pōt motus esse, aut nō esse mediū inter illa. deinde posuit secundā propōnem, & est, ꝙ entia diuiduntur in decē prædica-
I menta, ad hoc, ꝙ vult ēt declarare ꝙ motus inuenitur in quatuor eorū tm̄. Deinde posuit tertiam propōnem, & est, ꝙ p̄dicamētū relationis qn̄q; relatio ī eo est fm magis, & minus, vt duplum, & dimidiū, & multū, & paucum, & qn̄q; est relatio in eo fm agens, & patiens. quēadmodum .n. duplū dr̄ in respectu dimidij, & dimidiū in respectu dupli, similiter agēs dr̄ in respectu patientis, & patiens in respectu agentis. Et induxit hoc ad declarandū ꝙ motus est actio motoris in moto, & ꝙ nō habet eē nisi in moto, & accipit rem motam, quasi differentiam motus. D. d. & quoddam demonstratur esse hoc, i. indiuiduum substantiæ, quoddam huius quantitatis, i. indiuiduum quantitatis, & quoddam huius dispositionis, indiuiduum qualitatis. D. d. fm magis, & minus, idest relatiuum, est in quantitate. D. dixit fm agens & patiens. & intendit relatiuum quod inuenitur in prædicamento agere, & pati. Et dixit & vniuersaliter secundum mouens, & motum quia mouens, & motum sunt * communiora quàm agens, & patiens, cum omne agens sit mouens & non conuertitur.

*a.l. ratiocinationes.

Motus est actio mo

Non est autē motus p̄ter res. Mutatur.n. semp̄ id, q̄d mutatur aut fm substantiā, aut fm quantū, aut fm quale, aut fm locum. cōe vero in his nihil est accipere, sicuti diximus, q̄d neq; hoc neq; quantum, neq; quale, neque aliorū p̄dicamētorū vllum sit. quare neq; motus, neq; mutatio vllius erit præter ea, quę dicta sunt, cum nihil sit pręter, ea quæ dicta sunt.

Et non est motus extra ipsas res transmutatū.n. semper transmutatur, aut in substantia, aut in quātitate, aut in qualitate, aut in loco. et nihil inuenitur oīno commune istis. q. d. quòd non est ita, neque vnum aliorum prædicamentorum. Vnde necesse est quòd non est motus, neq; transmutatio oīno alicuius, nisi istorum, quæ diximus.

Ho

A Hoc etiam est quartum fundamentum ad hoc, quod vult de definitione motus, & est, quod motus inuenitur in pluribus vno prædicamento. Et dixit: Et non est motus, &c. i. & nō inuenitur motus extra decē prædicamēta. quoniam transmutatū semper transmutatur, aut in prædicamento substantiæ, aut quantitatis, aut qualitatis, aut vbi, aut in alio prædicamento: & transmutatio nō inuenitur nisi in transmutato: ex quo sequitur vt motus sit in pluribus vno prædicamento. Et iste sermo componitur sic. Motus est in moto: & B motum est in pluribus vno prædicamento. ergo motus est in pluribus vno prædicamento. & nihil inuenitur, &c. i. impossibile est inueniri aliquid vnū cōe istis prædicamentis, in quibus inuenitur motus, v.g. aliquod cōe istis quatuor, quod nō sit vnum eorum, neq; aliorum prædicamentorū: ex quo sequitur vt motus non sit in alia natura à prædicamentis, & vt nō dicatur vniuoce. Et intendebat declarare. quoniam, quia motus non dr̄ vniuoce, ideo nō habet definitionem dictam vniuoce, C sed secundum prius, & posterius, sed tamen tales definitiōes intrant in artibus demonstratiuis. Et† quæritur de hoc, quod d. hic, quod motus nō inuenitur in vno prædicamēto, & dictū est in libro de prædicamentis ipsum esse in prædicamento passionis. & secundum hoc aut non debemus computare prædicamentū passionis, aut nō debemus dicere ipsum īueniri pluribus vno prædicamento. Ad hoc autem dicamus,* quoniam motus secundum quod non differt à perfectione, ad quam vadit, nisi secundum magis, & minus, necesse est vt sit de genere illius perfectionis. motus*. n. nihil aliud est quam generatio partis post aliam illius perfectionis, ad D quam intendit motus, donec perficiatur, & fit ī actu. vnde necesse est vt motus, qui est in substantia, inueniatur in genere substantiæ: & motus, qui est in quātitate, in genere quantitatis: & similiter, qui est in vbi, & qualitate. secundum autem quod est via ad perfectionem, quæ est alia ab ipsa perfectione, necesse est vt sit genus per se. via enim ad rē est aliud ab ipsa re. & secundum hoc fuit positū prædicamentum per se. & iste modus est famosior, ille autem est verior. & ideo Aristot. induxit illum modum famosum in prædicamentis, & istum modū verū in hoc libro.

Motus nō habet definitionē vniuoce dictā, sed secundum prius & posterius, & tales definitiōnes intrāt ī artibus demonstratiuis. Vide cōsilie 1. de aia. c. 7. 30. & 3 d. aia. c. 5. de definitiōe alæ. & 4. Me. cō. 2. Vide cōsilie sup. 2. ph. c. 3. de definitiōne naturæ.

Digressio. †Qua quæritur vtrum motus sit ī pluribus prædicamentis. Solutio. *Motus nō dicitur à perfectione, ad quam vadit, nisi secundum magis, & minus, & ideo necesse est vt sit de genere illius perfectionis, Idem. E

Vnūquodque autē dupliciter inest omnibus. vt hoc, aliud. n. est forma ipsius, aliud vero priuatio: et secundum Quale, hoc. n. est albū, illud autem nigrū: & secundum Quantum, aliud. n. perfectū est, aliud vero imperfectum. similiter autem & secundum Lationem, hoc enim sursum, illud vero deorsum, aut aliud quidem leue, aliud vero graue. quare motus, & mutationis species toti sunt, quot entis.

5. ph. c. 9. & 17. †Motus nihil aliud est quam generatio partis post aliā illius perfectiōis ad quā intēdit motus, donec perficiatur, & fit ī actu. Sed oppositum videtur dicere. 4. phy. cō. 84. Vide consilie sicut hic. 5. ph. c. 47. Vide eom. Zim. F

Et Vnumquodq; istorū omnium est duobus modis. v.g. quoniā illud, quod demonstratur eē Hoc, demōstratur per formā, et demōstratur per priuationem: & similiter in Qualitate: aliquod. n. est album, et aliquod nigrū: & similiter in quātitate, aliquod est perfectū, et aliquod diminutum, in Translatiōe, aliquod est superius, & aliquod est

G *est inferius, aliquod leue, & aliquod graue. Vnde necesse est vt tot sint species motus & transmutationis, quot sunt species entis.*

5 Cum posuit ꝙ definitio motus est ambigua, quia inuenitur in pluribus prædicamentis vno, incœpit declarare ēt ꝙ non propter hoc solum est motus talis, sed & quia motus inuenitur in vnoquoq; generū motus in duo, vnum nobilius, & aliud vilius. motus.n. qui est in eodem genere de viliori oppositorū ad nobilius est nobilior, & qui est

H à contrario est vilior, vt motus de nō esse in esse, & de esse in nō esse. Et dixit: Et vnumqdq; istorū, &c. i. & vnusquisq; quatuor motuū inuenitur in eodē prędicamēto duobus modis, qm̄ transmutatū in substantia, cuius transmutatio est cōpleta, qn̄q; demonstratur in esse, i. in forma, & qn̄q; demonstratur in priuatione formæ. motus.n. in cuius fine demonstratur ꝙ motū habet formā, dr̄ generatio, & in quo priuatur forma, dr̄ corruptio. & similiter in fine transmutationis in qualitate, qn̄q; demonstrat̃, fm ꝙ

I est albū, & qn̄q;, fm ꝙ est nigrū: & similiter in quantitate, qn̄q; fm ꝙ est diminutum, & qn̄q; fm est perfectū: & similiter in transmutatiōe, qn̄q; finis transmutationis est esse

Prima exp̄o. superius, & qn̄q; est inferius. D.d. & aliquod leue, & aliqđ graue. forte est exemplū de motu ī vbi. i. ꝙ motum in loco qn̄q; mouet̃ ad hoc, vt sit leue ēt in actu, i. ascendens super alia corpora, & qn̄q;, vt sit graue in

Secunda. actu, i. vt sit sub alijs corporibus. Et forte est exemplum de Generatione, & corruptione. elementa enim transmutantur de grauitate in leuitatem, & de leuitate in grauitatem. D.d. necesse est igitur ex hoc, &c. necesse est igitur ex hoc, quod dimus, vt species vltimæ motus sint tot, quot sunt species rerum motarum: & sunt octo, vt hic apparebit duæ, s. in vnoquoque prędicamento. Vtrum autem inueniatur motus in alio prædicamento ab istis quatuor, perscrutabitur in Quinto.

Motus definitio ex rebus proprijs traditur. Cap. 2.

Diuiso āt fm vnūqdq; genus, hoc qdē eē actu, aliud aūt potētia, ei⁹, qđ potentia existit actus, quaten⁹ hmōi, Mot⁹ ē. vt alterabilis qdē, quatenus alterabile Alteratio: augmētabilis aūt, et oppositi decrescibilis (nullū.n. est cōe nomē in vtrisq;) Augmētū, et Decremētū: generabilis autē, & corruptibilis Generatio, & Corruptio: eius vero, qđ fertur, Latio.

Et, cum vnumquodq; istorū generum diuidatur in illud, quod est actu, et illud, quod est potētia, tūc Motus erit perfectio eius, quod est in potentia, secundum quod est tale. v.g. quoniam perfectio alterati, quando alteratur, est Alteratio, et perfectio augmentati, & sui oppositi, & est diminuti: & non habent vnum nomen commune ambobus, quod est Augmentum, & Diminutio: & perfectio generati, & corrupti est Generatio, & Corruptio: & perfectio translati est Translatio.

Cur

6 A Cum numerauit illa, quæ debent pcedere hoc, quod dicit de definitione motus, incœpit definire eũ, & dixit: Et, cùm vnũquodq;, &c. i. cum vnũquodq; generũ motus diuidatur in potentiã, & actũ. qm̃ vnũquodq; eorum qñq; est in potẽtia, qñq; est in actu: & manifestũ est ꝙ mot⁹ est perfectio rei motæ: ergo manifestũ est, si non fuerit perfectio eius, fm ꝙ est in actu, necessario erit perfectio eius, fm ꝙ est in potentiã. Et addidit in desiõne, fm ꝙ est in potẽtia. quia omne motũ, fm ꝙ est in actu, & habet potentiam, habet duas per- B fectiones, perfectionẽ, s. in actu, non fm ꝙ est motum, & perfectionẽ, sed fm ꝙ est in potentia, quæ dr motus.

Idē. 4. Meta. cõ. 28. Documentum.

Quæ potētia ponatur in desfiõne mot⁹. Vide. 9. Met. com. 12.

Deinde incœpit demonstrare conuenientiam istius definitionis vnicuiq; generũ motuum, & dixit. v. g. qm̃ perfectio alterati, &c. i. v. g. qm̃ perfectio alterati, fm ꝙ est in potentia, est illud, quod dr alteratio: & perfectio augmẽtati & diminuti, fm ꝙ sunt in potentia, est illud, quod dicitur augmentum, & diminutio: & perfectio generati, & corrupti, fm ꝙ sunt in potẽtia, ẽ generatio & corruptio: C & pfectio translati, fm ꝙ est in potẽtia, est illud, quod dicitur trãslatio.

Digressio. Et manifestũ est ꝙ ista definitio motus est cõis motui nouo, & æterno. & sīr etiam apparet ex hac definitione continuatio motus. motus enim, qñ quiescit, erit perfectio ei⁹, quod est in actu. vnde videm⁹ ꝙ motus augmẽti, & alterationis sunt plures motus. non enim possumus dicere ꝙ augmentatũ est motum vno motu de initio augmenti vsq; ad finem: apparet enim mot⁹ eius in tpe sensibili. & similiter ẽ dispositio in pluribus alterationibus. & impossibile est vt in toto tpe augmenti sit D motum, & non comprehendatur à sensu. motus igitur Augmẽti de initio motus ad finẽ componitur pluribus motibus, & pluribus quietib⁹, in vno autem motu translati, qui est de principio ad finem, non interponitur quies. & ideo continuatio est manifestior in eo. & credimus hoc in augmento, & alteratione, quia videmus aliqua augeri per annũ vno digito. & remotũ est vt ille digitus diuidatur per oẽs partes tpis illi⁹ anni, qm̃ minimũ tempus sensibile non habet ex eo partem sensibilem, cũ non crescat planta continue. E

Mot⁹ augmẽti ď initio motus ad finẽ cõponitur ex plib⁹ motibus, & ex plurib⁹ qetib⁹. Vide ꝓ hoc. 8. Phy. c. 23.

Motus definitio ex rebus communibus ostenditur. Cap. 3.

Quod autẽ hoc sit motus, hinc manifestum. Cum enĩ ædificabile, quatenꝰ tale ipsum dicimꝰ esse, actu fuerit, ædificatur, & hoc est ędificatio, similiter autem & medicatio, & volutatio, & saltatio, et adolescentia, & senescentia.

Et declarabitur quòd motus est hoc, ex hoc, quod narrabo. Aedificatum enim non dicitur ædificari in actu, nisi dum nos ædificamus, & hoc est ædificari, & similiter addiscere, & medicari, & labi, & titubare. F

Dicit: Et declarabit, ꝙ mot⁹ est pfectio rei potẽtis, fm ꝙ potest ex inductione trãsmutabiliũ. ædificatũ enĩ nõ dr esse ædificatũ, qñ cessat ab ędificatione, neq; qñ nondũ ædificatur, sed dũ ædificatur, & illud est perfectio ædificati, & ædificatum non est non ædificatum, nisi ꝙ habet potentiã. 7

& sīr

G & similiter est de addiscente & medicinato, & de lapso. dicimus enim in vnoquoq; istorũ esse tale, dũ habet illam spẽm transinutationis, sm ꝙ est in potentia. Cum igiť ædificatio est pfectio ædificati, sm ꝙ est ędificatũ, & sisr in alijs transmutationibus manifestũ est ꝙ motus est perfectio moti, sm ꝙ est motũ. &, quia non est motũ, nisi sm ꝙ est in potẽtia, manifestum est ꝙ motus est perfectio moti, sm ꝙ est in potentia.

Motus est perfectio moti. secũdũ ꝙ ẽ in potentia. vide. c. 28. 4. Meta.

Quo pacto vna, & eadem res dicatur esse in potentia, & in actu. Cap. 4.

H QVoniam aũt quædã eadem & potentia, & actu sunt, at nõ simul, aut non sm idem, sed vt calidũ quidem potẽtia, frigidum aũt actu, multa iam agent, & patientur à seinuicẽ. omne enim erit simul actiuum, & passiuum: quare & mouens physice mobile est. oẽ enim hmõi mouet, cũ & ipsum moueť. Videtur igitur quibusdã oẽ, quod mouet, moueri. sed de his quidẽ ex aliĳs erit manifestũ quõ se habent. est enim quoddã I mouens & immobile.

Et, quia videmus aliqua eadẽ esse in potentia, & in actu, sed non insimul secundũ idem, v. g. calidũ actu, & frigidum potentia: sunt enim plura, quæ agunt in inuicẽ, & patiũtur abinuicẽ. omnia enim ista sunt ex eis, quæ agunt insimul, & patiuntur. vnde necesse est vt quicquid mouet naturaliter, moueatur. Et quidam existimauerunt quòd omne, quod mouet, mouetur. sed hoc declarabitur alio modo hoc. est enim aliquid, quod mou & non mouetur.

Quia videmus res sensibiles e duobus modis, aut in potẽtia, aut actu, sed non sm idem, & eodẽ m do, qm̃ impoẽ est aliquid esse ca dum in actu, & calidum in poten sm eundem modum: sed idem in spectu eiusdem qñq; est in potẽi qñq; in actu. v. g. qm̃ aqua qñq; calida in actu, & qñq; calida in p tentia, in respectu aũt duorum in potentia, & in actu, s. in potent respectu alterius, & in actu respec reliqui. & sisr in respectu eiusdẽ duob⁹ modis. v. g. qm̃ cibus est ag in corpus, sm ꝙ est panis in actu, patiẽs ab ipso, sm ꝙ est corpus in p tentia. necesse est igiť vt sint hic a qua, quę mouent se abinuicẽ, & m uentur abinuicẽ, & ꝙ hæc duo si vera, s. agere & pati insimul, sed in spectu duorũ, nõ in respectu eiusd D. d. necesse est igitur, &c. i. cũ si aliqua, in quibus inueniť potenti & actus insimul, necesse est vt illu quod mouet sm hunc modum, m ueatur. Et intendebat, cùm dixit, n turaliter, illud, quod mouet, sm est in potentia mouens. D. d. & qu dam existimauerunt, &c. i. sine h determinatione, s. vt sit composit ex potẽtia, & actu. sed non est veri sed in fine * istius libri declarabit ꝙ hic est motor, qui non mouet omnino, cùm in eo nõ sit aliqua p tentia: & innuit Platonem.

Eius aũt, quod potẽtia existi actus, cum actu existẽs agit, au idẽ, aut aliud, quatenus mobil motus est. dico autem quaten sic. est enim æs potentia statua

attamen

A attamē æris actus, quatenus æs, motus, non est. non enim idem est æri esse, & potentia quadam mobili. qm̄, si idem esset simpliciter, & ſm rationem, eēt vtiq; æris, quatenus æs, actus motus.

Motus autem eius, quod est in potentia, est in eo, quod est, quando illud, quod ē in perfectione, agit aut per se, aut per aliud, secundum quòd est motū, & ītelligo per hoc, quod dico, secundum quod est motum, hoc, quod narrabo. cuprum, s. est in potentia idolū, sed perfectio cupri, secundum quòd est cuprū, nō est motus. quiditas. n. cupri, & ipsum esse motum per aliquam potētiam non habet eandem intentionem simpliciter. &, si haberet eandem intentionem simpliciter, tunc ēt in definitione cupri esset motus.

9 Cum declarauit q; entia naturalia sunt in potentia, & actu insimul, aut in duobus temporibus in respectu eiusdem; aut in eodem tempore respectu duorum, aut eiusdem, sed C duobus modis, & q; motus est ī hoc genere, incœpit declarare q; motus est pfectio entis, ſm q; est in potentia, non ſm q; est in actu, & dixit: Motus autem eius, &c. i. motus autē eius, quod est in potentia, s. eius, qđ exit de potētia, in actum, inuenitur in illo, quod est in actu, † [& quando illud, qđ est in actu, agit:] & hoc est ſm q; est motū, & non ſm q; est in actu. v. g. quoniam cuprum est in actu cuprum, & in potētia idolum, & perfectio cupri in actu, ſm quod est cuprum, non est motus, quoniā

† a. l. & qđ non est illud, quod actu agit.

tunc quiditas eius esset in motu, sed D actio cupri, quæ est motus, est actio eius, ſm q; est in potentia idolum, intendit quoniam, cùm potentia in aliquo fuerit aliud ab actu, & mot⁹ non est perfectio rei, ſm quod est in actu, necesse est vt sit perfectio eius, ſm q; est in potentia. &, si motus esset perfectio actionis, tunc quiditates rerum essent motus, sed mot⁹ nō est perfectio actionis. quia quiditas cupri, quæ est perfectio eius in actu, non est q; habeat potentiā ad motum. quoniam, si hoc esset, tunc potentia, & actus essent idem.

Non est autem idem, queadmodum dictum est. Manifestū E est autem & in contrarijs. posse enim valere, ac posse ęgrotare alterum est. nāq; ęgrotare quidē, & valere idem esset. subiectum autem, & id, quod valet, atque ęgrotat, siue humiditas, siue sanguis, vnum, & idem est. qm̄ aūt non est idem, quemadmodum neq; color idem, & visibile, possibilis, quatenus possibile, act⁹, manifestum q; motus est.

G *Et non est rectum etiam credere illud, quod imaginatur imaginatione. additio enim, & diminutio non erit tunc in re, sed in imaginatione. potest.n.quis imaginari quòd vnusquisq; nostrum creuit multotiens in infinitũ super quantitatem, in qua sumus. sed non sequitur, si aliquis imaginatur hoc in nobis, vt nos simus extra ciuitatem, sed, cũ erimus sic, accidet hoc nobis, Tempus autem, & Mo*

H *tus sunt infinita, & similiter imaginatio absque eo, quòd id, quod inuenitur ex eis, sit fixum. Mensura autem neq; secundum diminutionem, neq; secundum additiotionem per imaginationẽ erit infinita. Iam igitur diximus de Infinito quomodo est, et quomodo non est, & quid est.*

75 Imaginatio facit credere infinitum, in actu esse, & in potentia, in vero, s.& in falso. in vero quidem, quia possibile est imaginari infini-

I tum in additione numerorũ, & in diminutione mensuræ, in falso verò quia possibile est imaginari mẽsuram crescere, sicut diminui. in eo aũt, qđ est in actu facit credere, vt dictum est superius. non.n. possumus imaginari extra mundũ, nisi corpus, aut vacuũ: & illud vacuũ, aut corpus, si ponatur finitum, tũc non possumus imaginari extra ipsum, nisi aut vacuum, aut corpus ex quo existimatur sequi ꝙ extra mũdum est corpus infinitum, aut vacuum, aut corpora infinita: & vbi imaginatur vacuum, posse est vt in eo sit corpus: ergo, si vacuũ fueri infinitum, corpus erit infinitũ. immo necessariũ hoc est, possibile.n vt dicit Arist. in æternis est necessariũ. Et cũ imaginatio facit hoc, incœpit declarare ꝙ multa sunt, q̃ nõ possunt imaginari, & multa imaginantur, quæ non sunt. & dixit: Et non est rectum ẽt, &c.i. & nõ est rectum credere ꝙ esse sequitur imaginationẽ. augmentũ.n. & diminutio, quę possunt imaginari in rebus existentibus, in quibus impossibile est additionem esse, aut diminutionẽ, non sequitur imaginationẽ, immo illud, quod est in imaginatiõe non est nisi in anima tũ. v.g. quoniã possibile est vt aliquis imaginetur ꝙ vnusquisq; nostrum crescat plus sua quantitate naturali, sed nõ sequitur ex illa imaginatione vt simus in hac dispositione magnitudinis. Et dixit: sed non sequitur &c. forte intendit, sed, si aliquis imaginetur hoc in nobis, s. vt ita simus magni, adeo, ꝙ simus extra ciuitatem non sequitur ex hoc vt simus extra ciuitatem. Et forte est defectus in lib. & sic debet legi. & similiter potest quis imaginari nos esse extra ciuitatem, sed non sequitur ex sua imaginatione nos esse extra ciuitatem, sed, cum fuerimus extra ciuitatem, tunc imaginatio illius erit vera, & erit accidens enti. & hoc intendebat, cum dixit sed, cum fuerimus sic, accidet hoc nobis, i. sed, cũ fuerimus extra ciuitatem, accidet vt imaginatio sit talis imaginatio .n. sequitur ens, sed nõ ens imaginationẽ. D.d. Tẽpus aũt, &c.i. tempori aũt, & motui accidit ꝙ sunt in infinita, & similiter imaginatio eorum

A rum. sed illud, qđ inuenit de infinito in eis, nõ est fixũ, i. exñs in actu. hoc enim ẽ impoſſe, sed ẽ successiuũ. D. d. Mensura vero, &c. i. mensura vero nõ est infinita ĩ additione, & diminutione pp hoc, ꝙ imaginatᷣ diminui, & crescere in infinitum, sed in hoc, ꝙ est infinita in diminutione, cõueniunt esse, & imaginatio p accñs. & in hoc, ꝙ est infinita in additione, non cõueniunt, vt declaratũ ẽ superius. ex imaginatione igiᷣ non põt qs iudicare vero iudicio essentialr ipsam diminui ĩ infinitũ, aut crescere, sed, si iudicauerit ipsam diminui

B erit verũ iudiciũ p accñs, &, si iudicauerit ipsã crescere, erit falsũ simplr. Et, cũ cõpleuerit sermonẽ de infinito, dixit: Iam igiᷣ diximus, &c. i. iã igiᷣ diximus q̃[o] est infinitũ, i. in potentia, & q̃[o] nõ est, i. in actu, & quid est, i. & iã definiuimus ipm sic, s. qm̃ est illud, extra qđ sp est aliqd.

Epilogus.

ARISTOTELIS
DE PHYSICO AVDITV
LIBER QVARTVS,

C

Cum Auer. Commen.

SVMMAE LIBRI.

A tex. 1. vsq; ad 50. de loco est sermo.
A 50. vsq; ad 87. disputat de vacuo.
Ab 87. vero vsq; in finem agit de Tẽpore.


Famosæ afferuntur rationes, tum affirmãtes, tum negantes Locum esse. C. I.



Imiliter autem necesse est Naturalẽ & de Loco, vt & de infinito, cognoscere si est, an non, & quomodo est, & quid est. Etenĩ quæ sunt, omnes existimant alicubi esse, quod vero nõ est, nusq̃ esse. vbi enim est Hircoceru[9], aut Sphinx? Atq; motuum cõmunis maxime, maximeq; proprius ſm locum est, quem vocamus Lationem.

D

Et oportet Naturalem consyderare de Loco, sicut de infinito, donec sciat vtrũ sit, aut non, & quomodo, & quid sit. Homines enim opinantur entia esse in vbi. quod enim non est, non est apud eos in loco. Hircocerus enim, & Chimera non habent vbi. Et quia cõior motuum, & manifestior est ille, qui ẽ in loco, qui dicitur Trãslatio. E



Ntendit in hoc tractatu perscrutari de Loco, & Tẽpore quid sit substantia vtriusq;, illa. n. esse manifestũ est per se. sed apud pscrutationem de natura eorũ accidunt in hoc quæstiones. Et post perscrutationem de loco perscrutabiᷣ de Vacuo etiam, vtrum sit, aut nõ: quia assimilatur loco: & quia existimatur esse locus, in quo non existit corpus. Et primo incœpit perscrutari de loco, & incœpit in hoc notificando quæ sunt consyderanda de loco, & dixit: Et oportet Naturalem consyderare, &c. & intendit ꝙ Naturalis debet cõsyderare de vtroq;. vtrunq; enim est cõsequens corporis naturalis. Deinde dixit vtrũ sit aut non. * Et non intendit perscrutari de suo esse ſm demonstrationẽ, sed ſm dialecticam: † locum enim esse notum est per se. &, cũ perscrutatur ſm dialecticã de quiditate ei[9],

I

F

* Documẽtũ primũ.
† Ari. ñ intendit perscrutari đ eẽ loci secundũ demrõnẽ, s; scđm dialecticã qa locũ esse ẽ notum p se, &c.

G occurrunt hic quæstiones, quæ faciunt dubitare in suo esse. Deinde dixit, & quo, i. vtrum sit de genere entium p se, aut de genere entium p aliud. & quid sit, intendit definitionem, & substantiam. Et, cũ narrauit quod oportet Naturalem pscrutari de loco, icœpit dar causam famosam cogentem ad pscrutationẽ de hoc, & dixit: Homines enim, &c. i. & oportet perscrutari de loco, quoniam Antiqui opinabantur ipsum esse necessariũ in esse cuiuslibet entis. & causa illius opinionis est, qa, cum viderunt quod illud, quod nõ est

H ens, vt Chimera, & Hircoceruus nõ est in loco, existimauerunt quod sequitur secundum cõuersionem quòd omne, quod est ens, est in loco. sed declaratum est in Logica, quod non tenet ista conuersio. sunt enim entia, quæ non sunt in loco. Et, cum dedit causam famosam cogentem ad perscrutãdum de loco, dedit in hoc causam naturalem, & dixit, Et quia cõmunior motuum proprie, &c. i. & causarum cogentium ad perscrutandum de loco est, quòd inest motus localis, qui est communior motuum, scilicet extra quem nullum ens est naturale, & prior eorum, s. secundum tempus, & causam. & post declarabitur quod necessarius est loc'. & cum Naturalis habet perscrutari de motu, oportet ipsum etiam perscrutari de loco.

Quo motus localis ẽ cõior oĩ

I motu, & prior scd3 tps, & secũdũ cãm, vide 8. ph. a. t. cõ. 55 vsq. ad te. com. 61.

Habet autem multas dubitationes quidnam sit Locus non enim idem videtur speculantibus ex oĩbus, quæ insunt. Amplius aũt neq; habemus quicq; ab alijs, aut ante dubitatum, aut prius traditum de ipso.

Et in intentione Loci, quid si sunt multa quæstiones. non en in quacunq; parte inspexerimus sum, inueniemus ipsum vnum. etiam non habemus ab alijs præcessoribus aliquid dubitatum, ne aliquid inuentum de ipso.

Cum narrauit quod oportet Na ralem perscrutari de loco, & de causam in hoc, incœpit narrare d ficultatem cognitionis loci, & de rare cãm in hoc, & dixit: Et I Ite ne, quid sit locus, sunt multæ qu stiones, i. in scire definitionẽ, & q ditatem loci sunt multæ quæsti nes, & maxima difficultas. D. de causam in hoc, & dixit. non enim quæcunq; parte, &c. i. & causa dif cultatis quiditatis eius est, quia, consyderabimus de illo, non inu niemus ipsum vnũ dictum vniu ce in omnibus corporibus natur bus, sed quasi dictum modo dubi tiuo. * & scire quiditatem hmõi tium est difficile, quia appropiqu ei, quod non hẽt cõem naturam: ideo latet. & definitio cõmunis d clarat hanc naturam cõem, & hui modi definitiones difficile inueni tur p regulas dantes definitionen quæ sunt diuisio, & compositio, demonstratio. b Aut intendit quod syderare de loco inducit consyde tem ad res diuersas de dispõne ei sunt. n. aliqua, quæ faciunt existin re in ipso res diuersas, vt post decl rabitur. Et, cũ dedit causam ex i sa re, dedit aliam causam extrinse facientem etiam scire quiditatẽ l ci esse difficilem, c & d. Et etiã n habemus ab alijs præcedẽtibus, S i. & etiam consyderare de loco e dif

A difficile, quia nihil inuenimus in ipso dictum à præcedentibus, neque aliquid, quod faciat dubitare in ei⁹ esse, neq; aliquid inuentum de cognitione substantiæ eius.

Quod igitur loc⁹ sit, videtur manifestum esse ex trãslatione. vbi nanq; nunc est aqua. hinc egressa tanquam ex vase, iterũ aer inest: aliquando autem eundem locum hũc aliud aliquod corporum obtinet. hoc autem ab ijs, quæ insunt, & transferũtur, omnibus alterum esse vide-
B tur. in quo enim aer nunc est, aqua in hoc pri⁹ erat. quare manifestum est ꝙ locus, & regio aliquid erat diuersum ab vtrisque, ad quam, & ex qua transferebantur.

Et existimatur quòd manifestum est locum esse aliquid ex mutatione, & translatione. vbi enim nunc est aqua, illic, quando exit aqua, est aer. v. gr. quando aqua exit a vase, erit etiam ibi aer: & forte secundum hunc modum erit
C *ibi aliquod corpus aliud. & existimatur hoc esse aliud ab omnibus rebus, quæ sunt, & transferũtur in ipsum. illud enim, in quo modo est aer, prius erat in ipso aqua. declaratum est igitur ex hoc locum esse aliquid aliud à duobus, s. illud ad quod, & a quo succedunt.*

Cum declarauit causam, ꝓpter
3 quam oportet Naturalem consyderare de loco, & declarauit causam difficultatis, quæ est in cognitione substantiæ eius, incœpit numerare D
res famosas facientes locum esse, deinde post hoc numerauit res famosas ẽt, ꝗ faciunt dubitare in esse ei⁹, vt est eius mos, s. in ꝓordinando sermones logicos sermonibus demrãtiuis, ꝗ hñt cum cognitione rei dissolutionẽ illorum sermonũ contrariorum. Et dixit: Et existimatur ꝙ manifestum est, &c. i. & apparet locũ esse ex mutatione ſm translationem, s. ꝑmutationem corporũ succedentium in ipso. apparet enim ꝙ illud vbi est aqua, qñ recedit ab eo. succedit illi in illo vbi aer, aut aliud corpus. vt accidit in vase, ꝙ, cum ab E
eo exit aq̃, succedit ei aer, aut aliud corpus. & hoc intẽdebat, cum dixit. vbi enim est modo aqua, &c. i. apparet enim ꝙ vbi inueniť aqua, illic qñ exit aqua ab eo, sicut si exit à vase, inueniť aer. D. d. & forte hoc mõ erit illic aliqđ corpus aliud, i. & forte ſm successionẽ veniet in hunc locum, in quo fuit aqua, aliqđ corpus aliud ab aere. D. d. existimatur igiť, &c. i. scitur igitur ex successione, cuius causa est translatio, ꝙ locus est aliud à rebus succedentibus in ipm. manifestum est enim quod illud, in
quo modo est aer, iá in eo erat pri⁹ F
aqua: & ipsum est fixum, & recipiẽs successionem istorum duorũ corporum: & hæc duo corpora nõ sũt fixa, sed successiua: ergo ẽ aliud necessario à corporibus accidentibus. & hoc quod dixit, cũ hoc, quod est famosum, est notum per se etiam. D. d. declaratum est igitur ex hoc, &c. i. declaratũ est igitur ex hac cõsyderatione locũ esse aliquid aliud ab illis duobus, quæ succedunt sibi in illo, & est illud, ad quod transferuntur, & in quo succedunt sibi.

Consuetudo fuit Ari. dialecti

cos sermones demõstratiuis ꝓponere. vide cõsiliẽ. 2. de aĩa c. 136. & 13. me. c. 1. vide hic inf. cõ. 51. Sed vide oppo. 1. cœ. c. 2. vide solonem. c. 85 primi de cœlo.

 Am-

G Amplius aũt lationes physicorũ corporũ, & simplicium, vt ignis, & terræ, & talium nõ solum ostendunt ꝙ est aliquid locus, sed ꝙ & habet quandã potẽtiam. fertur enim vnũquodque in suum locum, non prohibitũ, illud quidem sursum, hoc vero deorsum. hæc autem sunt loci partes, & species, sursum & deorsum, & reliquę distãtiarũ sex.

Idẽ 3. ph. t. 54. & 2. cœ. tex. 9.

Loci ptes, & spẽs. id. 3. ph. t. cõ. 54. & 2. cę. t. c. 9. & 1 hoc t. seq.

Et modi translationis corporũ naturalium simplicium, v. g. traslationis ignis, & terræ, & similium significant cum hoc, quòd significant locum esse aliquid, et ipsum habere etiam aliquam potentiam. quodlibet enim eorum transfertur ad suum locum, quem hẽt, nisi impediatur ab aliquo. hoc igitur transfertur superius, & hoc inferius. & istæ sunt partes loci, & species illius, s. superius, & inferius, & aliæ partes.

H

4 Ex hoc ẽt apparet ꝙ locus est aliquod ens aliud à corporibus localibus. & apparet ex eo etiam ipm habere potentiam naturalem conuenientem ei, quod mouetur ad ipm: &, si non, tunc corpora non mouentur ad ipsum. & apparet ex eo etiam tertium, qm̃ diuiditur in species cõtrarias. & hoc apparet, sicut dixit, ex consyderatione modorum translationis corporum simplicium translatione naturali, vt ignis superius, & terra inferius, & aer sup aquam, & sub igne. apparet enim intuentibus hoc, ꝙ illud, quod terra quærit per suum motum ad inferius, est locus illi cõueniens, & sĩr illud, qu ignis quærit per suum motũ ad superius. Et apparet ex hoc, ꝙ lo est perfectio moti ad ipsum. & h intendebat, cum dixit ipsum hab re potentiam. i. qm̃ apparet ex m tu terræ ad inferius, & ignis ad su rius, quod q̃runt per istũ motũ, conueniens sibi, q̃ conuenientia est, nisi per potentiam naturalẽ e stentem in illo vbi. D. d. & hoc tr fertᶜ ad superius, &c. i. & apparet e ex hoc, ꝙ vnum corpꝰ simplex t fertur ad superius, & aliud ad inf rius, quod superius, & inferius su partes loci, in quas diuiditur, ꝭm genus diuiditur in suas differenti specificas. & q. d. sunt partes loci, sunt species illius. & addit hoc, ne quis intelligat per partes, partes ꝭ quantitatem, non ꝭm formã. & in dit per sex partes, sursum, & alia.

I

Sunt aũt talia nõ solũ ad n dextrum & sinistrum, atq; su sum & deorsum. nobis enim n semp idem, sed ꝭm positionem vt conuertimur, fiunt. idcirc idem crebro dextrũ & sinistr est, & sursum & deorsum, & a te & retro. In natura autẽ dete minatũ est seorsum vnũquoc que. non enim quodcunq; co tingit sursum est, sed quo fertu ignis, & leue. sĩr vero & deo sum, non quodcunq; contigi sed quo habentia grauitatẽ, terrea, tanq̃ non positione dif rentia solũ, sed & potentia. Os dunt autem & Mathematica. c enim non sint in loco, tñ ꝭm p sitionem ad nos habent dextr & sinistra (vt solum intellig ipsi

G ipsorum positio) non habentia natura horum vnumquodq;.

Et ista, & eis similia non sunt in respectu ad nos, s. superius & inferius, & dextrum & sinistrum. non enim vnum eorum est vnum semper in respectu ad nos. pars enim non est apud nos semper vna, sed est secundum situm secundum motum nostrum. & ideo forte idem in nobis erit dextrum & sinistrũ, & superius & inferius, &

H *& ante & retro. Sed vnũquodq; istorum distinguitur per natura. superius enim non est quilibet locus, sed locus, ad quem transfertur ignis, & leue, & similiter etiam inferius, nõ quilibet locus, sed ille, ad quem transfertur graue, & corpora terrestria. Manifestum est igitur ex hoc, quòd diuersitas eorum non est solummodo in situ sed in loco, & in potentia. Et hoc significat dispositio Mathematicorum,*

I *v.g. triangulus. quoniam, & si nõ sunt in loco, tamen secundum suũ situm, quando comparatur ad nos inuenitur in eis dextrum, & sinistrum. sed situs eorum est opinabilis tantum, non quia habent ĩ sua natura quodlibet istorum.*

5 Cum declarauit q ex hoc, qđ superius, & inferius apparent, appare bit natura spẽrum loci, & superius & inferius sunt duobus modis: alia enim sunt, q̃ sunt ĩ respectu ad nos, absq; eo, quod habẽt esse extra animam in se, & alia sunt, quæ sunt habentia esse naturaliter: incœpit declarare q superius & inferius, q̃ sunt species loci naturalis, non sunt illa, quæ sunt ĩ respectu ad nos, & dixit, Et ista, & eis similia, &c. i. & istæ partes non sunt partes, quę dñr in respectu ad nos. D. d. pars enim, &c. i. ps enim, quæ est in respectu, non est vnum existens naturaliter, sed est fm nostrum situm, i. fm illud, quod est in nobis, in respectu ad nos, est fm locũ rei ad nos. qm̃, si fuerit versus caput, erit superius, &, si versus pedes, dicetur esse inferius. D. d. & ideo forte, &c. i. quia istæ partes nõ sunt in se res existentes, sed sunt dispositiones collatę ad nos, forte accidit eidem vt sit dextrũ, deinde erit sinistrum p mutationẽ nostri situs in respectu ad ipsum, aut per mutationem sui ĩ respectu ad nos. siſr accidit ei q quandoq; sit superius in respectu ad nos, & qñq; inferius, & qñq; ante, & qñq; retro. istæ. n. partes non sunt existẽtes in se, sed sunt collationes dictæ ĩ respectu ad nos: & collatio distinguitur per trasmutationem vtriusq; collatorum. D. d. Sed quodlibet istorũ est distĩctũ p naturam, i. & istæ partes naturales non sunt collatæ ad nos, sed quælibet earũ est distincta naturaliter. superius enim naturale non est quælibet pars, sed pars, ad quam transfertur ignis, & vſr corpus leue. & siſr inferius nõ est quælibet pars, sed pars, ad quam transfert terra, & vſr corpora grauia. D. d. Declaratũ est igitur ex hoc, &c. i. & declaratũ est igitur ex hoc, q corpora contraria fm naturã mouent ad ista loca contraria in loco qm̃ ista loca situs nõ sũt contraria in loco tm̃, s. q̃a sũt ĩ duobus K L M

G Amplius aũt lationes physicorũ corporũ, & simplicium, vt ignis, & terræ, & talium nõ solum ostendunt ꝙ est aliquid locus, sed ꝙ & habet quandã potẽtiam. fertur enim vnũquodque in suum locum, non prohibitũ, illud quidem sursum, hoc vero deorsum. hæc autem sunt loci partes, & species, sursum & deorsum, & reliquę distãtiarũ sex.

Idẽ. 3. ph. t. 54. & 2. coe. tex. 9.

Loci ptes, & spẽs. idẽ. 3. ph. t. cõ. 54. & 2. cę. t. c. 9. & 1 hoc t. seq.

Et modi translationis corporũ naturalium simplicium, v.g. translationis ignis, & terræ, & similium significant cum hoc, quòd significant locum esse aliquid, et ipsum habere etiam aliquam potentiam. quodlibet enim eorum transfertur ad suum locum, quem hẽt, nisi impediatur ab aliquo. hoc igitur transfertur superius, & hoc inferius. & istæ sunt partes loci, & species illius, s. superius, & inferius, & aliæ partes.

H

4 Ex hoc ẽt apparet ꝙ locus est aliquod ens aliud à corporibus localibus. & apparet ex eo etiam ipm habere potentiam naturalem conuenientem ei, quod mouetur ad ipm: &, si non, tunc corpora non mouentur ad ipsum. & apparet ex eo etiam tertium, qm̃ diuiditur in species cõtrarias. & hoc apparet, sicut dixit, ex consyderatione modorum translationis corporum simplicium translatione naturali, vt ignis superius, & terra inferius, & aer sup aquam, & sub igne. apparet enim intuentibus hoc, ꝙ illud, quod terra quærit per suum motum ad inferius, est locus illi cõueniens, & simr illud, qu ignis quærit per suum motũ ad superius. Et apparet ex hoc, ꝙ lo est perfectio moti ad ipsum. & h intendebat, cum dixit ipsum hab re potentiam. i. qm̃ apparet ex m tu terræ ad inferius, & ignis ad su rius, quod q̃runt per istũ motũ, v conueniens sibi, q̃ conuenientia n est, nisi per potentiam naturalẽ ex stentem in illo vbi. D. d. & hoc tr fertᶜ ad superius, &c. i. & apparet e ex hoc, ꝙ vnum corp' simplex tr fertur ad superius, & aliud ad inf rius, quod superius, & inferius su partes loci, in quas diuiditur, ſm genus diuiditur in suas differenti specificas. & q. d. sunt partes loci, sunt species illius. & addit hoc, ne a quis intelligat per partes, partes ſm quantitatem, non ſm formã. & in dit per sex partes, sursum, & alia.

I

Sunt aũt talia nõ solũ ad no dextrum & sinistrum, atꝙ sur sum & deorsum. nobis enim n semp idem, sed ſm positionem vt conuertimur, fiunt. idcirc idem crebro dextrũ & sinistri est, & sursum & deorsum, & a te & retro. In natura autẽ dete minatũ est seorsum vnũquod que. non enim quodcunꝙ con tingit sursum est, sed quo fertu ignis, & leue. simr vero & deor sum, non quodcunꝙ contigit sed quo habentia grauitatẽ, & terrea, tanꝙ non positione diffe rentia solũ, sed & potentia. Osti dunt autem & Mathematica. cu enim non sint in loco, tñ ſm po sitionem ad nos habent dextra & sinistra (vt solum intelligai ipso

G ipsorum positio) non habentia natura horum vnumquodq;.

Et ista, & eis similia non sunt in respectu ad nos, s. superius & inferius, & dextrum & sinistrum. non enim vnum eorum est vnum semper in respectu ad nos. pars enim non est apud nos semper vna, sed est secundum situm secundum motum nostrum. & ideo forte idem in nobis erit dextrum & sinistrũ, & superius & inferius,
H *& ante & retro. Sed vnũquodq; istorum distinguitur per natura. superius enim non est quilibet locus, sed locus, ad quem transfertur ignis, & leue, & similiter etiam inferius, nõ quilibet locus, sed ille, ad quem transfertur graue, & corpora terrestria. Manifestum est igitur ex hoc, quòd diuersitas eorum non est solummodo in situ sed in loco, & in potentia. Et hoc significat dispositio Mathematicorum,*
I *v.g. triangulus. quoniam, & si nõ sunt in loco, tamen secundum suũ situm, quando comparatur ad nos inuenitur in eis dextrum, & sinistrum. sed situs eorum est opinabilis tantum, non quia habent ĩ sua natura quodlibet istorum.*

5 Cum declarauit q; ex hoc, qđ superius, & inferius apparent, apparebit natura spẽrum loci, & superius & inferius sunt duobus modis: alia enim sunt, q̃ sunt ĩ respectu ad nos, absq; eo, quod habẽt esse extra animam in se, & alia sunt, quæ sunt habentia esse naturaliter: incœpit declarare q; superius & inferius, q̃ sunt species loci naturalis, non sunt illa, quæ sunt ĩ respectu ad nos, & dixit, Et ista, & eis similia, &c. i. & istæ partes non sunt partes, quę dñr in respectu ad nos. D.d. pars enim, &c. i. ps enim, quæ est in respectu, non est vnum existens naturaliter, sed est fm nostrum situm, i. fm illud, quod est in nobis, in respectu ad nos, est fm locũ rei ad nos. q̃m, si fuerit versus caput, erit superius, &, si versus pedes, dicetur esse inferius. D.d. & ideo forte, &c. i. quia istæ partes nõ sunt in se res existentes, sed sunt dispositiones collatę ad nos, forte accidit eidem vt sit dextrũ, deinde erit sinistrum p mutationẽ nostri situs in respectu ad ipsum, aut per mutationem sui ĩ respectu ad nos. silr accidit ei q; quandoq; sit superius in respectu ad nos, & q̃nq; inferius, & q̃nq; ante, & q̃nq; retro. istæ. n. partes non sunt existẽtes in se, sed sunt collationes dictæ ĩ respectu ad nos: & collatio distinguitur per trasmutationem vtriusq; collatorum. D. d. Sed quodlibet istorũ est distĩctũ p naturam, i. & istæ partes naturales non sunt collatæ ad nos, sed quælibet earũ est distincta naturaliter. superius enim naturale non est quælibet pars, sed pars, ad quam transfertur ignis, & vlr corpus leue. & silr inferius nõ est quælibet pars, sed pars, ad quam transferẽ terra, & vlr corpora grauia. D.d. Declararũ est igitur ex hoc, &c. i. & declaratũ est igitur ex hoc, q; corpora contraria fm naturã mouenẽ ad ista loca contraria in loco. q̃m ista loca situs nõ sũt contraria in loco tm̃, s. q̃a sũt ĩ duo-

K (margin)

bus

G bus extremis vnius lineæ rectæ longissimæ, sed & cum hoc sunt contraria fm potentiam. res enim, quarũ substantiæ sunt similes contrarijs, habent substantias cõtrarias aliquo modo. D. d. Et significat hoc dispositio Mathematicorum, i. & differẽtia, quæ vr inter partes, quæ sunt in rebus naturalib9, & in rebus mathematicis. qm̃ mathematica non hñt potentiam ad partem, & naturalia habent hoc, s. significat ꝙ partes rerum naturalium non sunt fm positionem, nec loca eorum sunt ꝑ existimationem, sicut est dispositio in H rebus mathematicis.† [& sic nõ non esset] differẽtia inter corpora naturalia, & mathematica. D. d. sed situs eorum, &c. i. sed & partes existentes in corporibus mathematicis nõ sũt partes existentes in eis extra intelle-ctũ, fm ꝙ sunt mathematica, sicut est dispositio in corporibus naturalibus, s. qm̃ in eis inueniuntur partes sex distinctæ fm naturam: & hoc in animato, in inanimato vero nõ inueniuntur hæc, sed sunt res, q̃ existimanť in eis æstimatione tm̃, ita, ꝙ extra animam nõ sunt sicut sunt in anima. Et est ĩtelligẽdũ de hoc, I quod dixit in eis, quæ sunt ꝑter superius, & inferi9, qm̃ sunt distincta naturaliter. quod intendebat ꝑ hoc, fm ꝙ sunt partes, nõ fm ꝙ sunt vbi, quoniam non ita de superiori. & inferiori. inuenitur enim in eis aliquod distinctum, secundum quòd est vbi, & secundum quòd est pars, & iam exposuimus hoc in capitulo de infinito, vbi numerauit differentias loci naturales, & quòd intendit quòd istę partes sex non sunt distinctæ in mundo, sed in cœlo, secundũ ꝙ est animatum.

† a. l. & sic nõ esset.

Dñię loci nãlr̃ sunt distinctæ ĩ aĩatis, sed in inaĩatis non inueniunť extra aĩam, sed ĩ imaginatione tm̃. Idẽ, 3. phy. c. 54. & 2. cq. 9.

Com. 54.

Amplius, vacuum affirma-tes esse, locum esse dicunt. Vacuum.n. locus erit vtiq;, priuatus corpore. Quod igiť aliqu[is] sit locus præter corpora, & o[m]ne corp9 sensibile in loco, ꝑ h[oc] aliquis existimabit. Videbi[tur] aũt vtiq;, & Hesiodus recte d[ice]re, cũ fecit primũ ipsum Cha[os] dicit enim Oĩum quidem p[ri]mum Chaos factum est, sed p[o]stea terra lata. quasi oporte[ret] primum, fuisse receptaculũ r[e]-quę sunt, propterea ꝙ putaba[t] quemadmodum multi, esse o[m]nia alicubi, atq; in loco.

Et etiam dicentes vacuum [es]se, dicunt locum. Vacuum enim [est] locus sine corpore. Ex his igitur e[xi]stimatur locus esse aliud a corp[o]ribus, & quòd omne corpus sen[si]bile ẽ in loco. Et existimatur qu[od] Home. bene dixit in suis versibu[s] quòd Inane fuit primo. & sern[o] eius est talis. In principio fuit I[na]ne, & postea terra ampla, & [spe]tiosa. & dixit hoc, quia intẽdeb[at] quòd primo necesse est locum e[sse] entibus, quia existimabat illu[d] quod vulgus existimat, s. quòd o[mnia] entia sunt in aliquo vbi, & loco.

Ista est Tertia, famosa ratio eti[am] & accidit ei ꝙ fuit vera, sicut accid[it] duabus ꝑcedentib9 ꝙ fuerunt, cu[m] hoc, ꝙ fuerunt famosæ, veræ ẽt. d[i]cere enim vacuum esse, & ꝙ est locus sine corpore, ẽ famosum ꝑ e[x]stimationem, & est necessariũ ĩ e[x]stimatione eis, qui generant mũd[um]

A sm totum, s. existimare vacuũ pcedere. necesse est. n. vt loc9 pcedat corpus: &, cum totum est generatũ, sequit vt vacuum pcedat generationem totius. Et ideo Loquentes nostræ legis dicunt vacuum esse, quia generant mũdum, & quia existimatio hmõi est cõis oĩbus generãtib9 mundum sm totum, ideo dixit Homerus q Inane, i. vacuũ fuit primo, &c. D. d. & dixit hoc, quia ĩtẽdebat, &c. i. & iste versificator dixit hoc, quia existimabat illud, quod vulg9 existimat, s. q entia oĩa indigent loco, quia existimat, qm̃, cum id, qđ
B non est ens, non est in loco, sequit q illud, quod est ens, est in loco. Et ista est quasi Quarta ratio famosa. & accidit ei q fuit falsa. & hoc ẽ vnũ eorum, quæ mouerunt Homerum ad dicendum hoc. tñ maxime induxit ipsum ad hoc existimatio cõis omnibus, s. q vacuum debet præcedere generationem mundi. & hoc est vnum eorũ, quibus Aris. destruxit corpus generari simplr. qm̃ sequeret vacuum præcedere ipm, & vacuũ esse apud ipsum ẽ famosum.

Si autem tale est, mirabilis q
C dam erit loci potentia, & prior omnibus. Sine quo nanq; nullum aliorum est, illud autem sine aliĩs, necesse est primum esse. non enim perit locus, ĩs, quę in eo sunt, corruptis.

Si igitur ista est dispositio loci, mirabilem habet potentiã, quoniã præcedit omnia entia. illud. n. extra quod impoßibile est vt alia sint, & potest esse sine illis, necesse est vt sit primum. locus enim non corrumpitur cum corruptione D
eius, quod est in eo.

Si igitur dispositio loci est talis, s. quia est necessarius in esse omniũ entium, vt Antiqui dicebant, mirabilem habet potentiam. est enim prior naturaliter omnibus entib9. alia enim entia sm hoc nõ possunt esse sine ipso, ille vero potest esse sine illis: & quod est tale est prius naturaliter. Et sic debet legi. & potest esse sine illis. qm̃ locus non corrumpitur per corruptionem eius, quod est in eo: ergo necesse est vt sit primum, i. prior naturaliter, nõ sm naturam, sed sm tempus. E

7 Illud est prius nãlr qđ põt eẽ sine aliĩs. & alia nõ sine ipso. Idẽ. 5. me. cap. de priori.

At vero dubitationem hẽt, si est, quid est, vtrũ moles aliqua corporis, aut quędam altera natura. Quærendum enim est genus ipsius primum. Distantias igitur hẽt tres, lõgitudinem, & latitudinem, atq; profunditatẽ, quibus determinatur corp9 oẽ. impossibile autem est corp9 locum esse. in eodem enim essent vtiq; duo corpora.

Loci dimẽsiones tres

Sed in ipsum esse sunt loca dubitabilia, quæritur. n. vtrũ sit corpus, aut alia natura. Perscrutãdũ est enim de suo genere, primo quid sit. Dicamus igitur quod locus habet tres dimensiones, longitudinis, s. & latitudinis, & profunditatis, & ista terminant quodlibet corpus. & est impoßibile locum esse corpus. sequitur enim duo corpora esse in eodem loco. F

8 Cũ ĩduxit rões famosas in eẽ loci, ĩcœpit numerare ẽt res famosas negan-

G neganteṡipsum esse,& dixit: Sed in ipsum esse sunt loca dubitationis. D.incœpit numerare illa, & d.q̃rit̃.n.&c.i.q̃rit̃.n.vtrũ corp⁹ sit,adeo, ꝙ corpus sit locus corporis,s. adeo, ꝙ sit aliquod corpus, quod dr̃ in respectu alterius corporis.locus.n.est locus locati,aut est alia natura à corpore. Qm̃ primo oportet perscrutari de genere,sub quo collocat̃ loc⁹, quid sit.res.n.quæ sunt ignoratę definitionis, perscrutandũ est primo de genere earum,&post de differentia,qm̃ vtraq; pars definitionis fuerit ignota esse,s.genus,& differẽtia: H sicut est dispositio in loco. D.incœpit perscrutari de hoc,& d. Dicam⁹, &c.i.dicamus igitur, qm̃ existimatur locus esse corpus non aliud,qm̃ existimatur ꝙ loc⁹ habet tres dimẽsiones,longitudinem, s. & latitudinem,& profundum:& omne,quod habet tres dimensiones, est corpus: ergo locus est corpus. D.induxit impossibile, quod sequitur ex hac positione,& dixit: sed est impossibile vt sit corpus,&c.i. sed est impossibile locum esse corpus. cõtingit enim duo corpora esse in eodem loco fm̃ penetrationem:qm̃ continget vt di-I mensiones corporis locati penetrẽt dimensiones loci.quod est impo∫e.

Oẽ, q̃d h̃t tres dimẽsiones, est corp⁹. idẽ 1 cœ.t.c.2

Amplius,si est corporis loc⁹, ac receptaculum, manifestũ est ꝙ & superficiei, & reliquorum terminorum.eadem enim conueniet ratio vbi nãq; erant pri⁹ aquæ plana,erunt rursum quæ sunt aeris. At vero differentiam nullam habemus puncti,& loci puncti. quare, si neque ab hoc est locus diuersus, neq; ab aliorum vllo, neq; est quicquam, præter vnumquodque horum,locus.

Et etiam,si corpus habet lo[c] manifestum est quòd planum et habet locum,& alia vltima, [e] quòd illa eadem ratio sequitur istis.vbi enim primo fuerunt [s]uperficies aquæ,illic etiam sunt [su]perficies aeris.Sed nulla differe[n]tia est apud nos inter punctum, [&] locum puncti.si igitur locus pũ[cti] non est aliud quàm punctus, e[t] neque locus alicuius aliorum [est] aliud ab eis, & locus nihil ali[ud] est,quàm quodlibet istorum.

Ista est quasi ratiocinatio pe[r] destruens locum esse:& incœpit [ser]monem à syllogismo hypothet[ico] continuo,dicente si corpus sit lo[cum] &c.& intendit per planum supe[rfi]ciem , & per alia vltima lineam [&] punctum.superficies enim est v[lti]mum corporis. Deinde incœ[pit] declarare cõtinuationem istius [syl]logismi,& dixit:vbi enĩ primo [fue]runt.&c.i.illud enim, quod seq[ui]tur ex trãslatione in hoc,quòd c[or]pus habet locum , idem sequitu[r in] hoc,ꝙ superficies habeat locum [&] linea, & punctus. Syllogismu[s] componitur.Superficies,& vni[uer]saliter vltima corporum ita su[ccе]dunt super idem,sicut corpus:& [om]ne,quod est tale,est in loco:erg[o su]perficies,& vltima sunt in loco. [De]inde induxit conclusionem , & [di]xit: Sed non est differentia , &c. Et ista conclusio sequitur ex [dua]bus propositionibus hypothet[icis] & duabus categoricis. Prima e[st] hypothetica est,quoniam,si vl[tima]

A sunt in loco, punctus est in loco: Secunda vero si punctus est in loco, locus puncti idem est cum puncto. Et ista continuatio declaratur per duos syllogismos categoricos, scilicet locus puncti est punctus: & punctus superponitur puncto: ergo punctus superponitur suo loco. Deinde coniungitur huic conclusioni, ꝙ superposita sunt vnum, & sequitur vt punctus, & locus eius sint idem.

Deinde induxit alium syllogismũ hypotheticum, & est si locus puncti non fuerit aliud à puncto, non est locus alicuius aliorum, superfi-
B ciei, s. & lineæ aliud ab eo. deinde tacuit incõueniens, quod est, ꝙ, cum locus rei sit res, erit res ĩ se. quod est impossibile. Et deceptio est in hoc sermone famoso, quia accipit illud quod est per se, in loco eius, quod est per accidens. translatio enim superficierum, & vniuersaliter vltimorum, & vniuersaliter successio eorum super vbi, est per accidens: quod non est ita in corporibus. & ideo non sequitur, si corpus debet habere locum per suam translationem, vt etiam superficies habeat, nisi in primo aspectu, & sm famam.

Documétum. Tráslatio superficierũ & vlt vltimorũ, & vlr successio eorũ sup vbi, é p accidés. idé 7. ph. com. 22.

C Quid enim tãdem & nos ponemus esse locum? neq; .n. elementum, neq; ex elementis, aut corporeis, aut incorporeis esse põt talem habens naturam. magnitudinem enim habet, corpus autem nullum. sunt autem sensibilium corporum elementa corpora. ex intelligibilibus aũt elementis nulla fit magnitudo.

Quid igitur ponetur locus esse? ĩpossibile enim est vt locus sit ele- D *mentum, aut aliquod ex elementis. & ista natura non est de corporeis, neq; de incorporeis. de corporeis quidem prædictum est, de incorporeis vero non, quia habẽt mẽsuram, corpus vero non. & elemẽta corporum sensibilium sunt corpora. & ex intelligibilibus nõ est mensura omnino.*

Hæc est Tertia ratiocinaio apparens, quæ facit dubitare in esse locum. Habet enim aliquis dicere ꝙ, si locus sit, aut est elementum, aut compositum ex elemento, & vtrunque est corpus. E & locus vniuersaliter non est de natura corporea, neque de incorporea. de corporea quidem non est, quoniam aut erit corpus, aut elemẽtum corporis: sed nõ est corpus, quia tunc essent duo corpora in eodem loco: neq; elementum corporis, nam elementum corporis est corpus. neque est etiam de natura incorporea, v. gr. intelligibilium. locus enim videtur habere q̃titatem, & mensuram: & nihil, quod est de natura incorporea, habet quãtitatem: ergo, si locus est aliquid, nõ est de natura corporea, aut incorpo- F rea. quod est impossibile, & per hoc quod dixit, ꝙ habet mensuram, declarat ꝙ non est de incorporeis. Et in hoc sermone est ordo præposterus, & diminutio, & sic debet legi, neq; de incorporeis. locus enim habet mensuram, & incorporea, quæ sunt intelligibilia, non habent mensuram. corporeus vero non est etiã. quoniam aut est corpus, aut elemẽtum corporis: & non est corpus, neque elementum corporis, quia elementum corporis est corpus.

Am-

G Amplius autem & cuiusnam ponet aliquis ĳs, q̃ sunt, causam esse locum? nulla enim quatuor causarum ipsi inest. Neq; enim est vt Materia, eorum, quæ sũt. nam nihil ex ipso constitutum est. neque vt Forma, & ratio rerum, neque vt Finis, neq; Mouet ea, quæ sunt.

Et etiam propter quid oportet ponere locũ entibus. non enim est causa aliquo modo quatuor. Quoniam non est quasi Materia entibus.
H *nihil enim videmus constitui per illum. neq; est etiam quasi Forma, & ratio rerum, neq; est Complementum, neque etiam Motor, qui mouet entia.*

11 Hæc etiã est Quarta ratio, q̃ facit dubitare in loco. Et d. etiã, si locus sit, existimatur esse aliqua causarum entium. q̃ igit' causa pôt poni de quatuor causis? Materia quidem non. qm̃ ex materia est constitutio entium, ex loco vero nihil cõstituitur. & hoc intendebat, cum dixit nihil enim videmus constitui p ipsum, s. per locum. neq; ẽt est in en-
I tibus quasi Forma. qm̃, si ita esset, tunc, qñ corpus mutatur de loco in locum, corrumperetur. & ipse post perfecte pscrutabitur de hoc, s. ipm̃ esse materiam, aut formam. hoc. n. existimatum est, & maxime materia. deinde aũt q locus nõ est Agẽs manifestum est p se. & post declarabitur q est tanq̃ Finis extrinseca in corporibus simplicibus, non in cõpositis. Et intẽdit p hoc, quod dixit, neq; ẽt est Complementum, finẽ, quę est forma. s. in re. formę. n. in rebus gñabilibus quodammodo sũt formæ, & quodam mõ fines, vt prædictum est. & locus apparẽtiæ ĩ hac rõne est, qm̃ locus nõ est de genere causarum, sed de gñe sequentium.

Formæ in rebus gñabilib' quodãmõ sũt

Amplius autẽ & ipse, si quid est eorum, quæ sũt, alicubi erit. Zenonis enim dubitatio quandam rõnem quærit. Si enim omne quod est, in loco est, manifestum est q & loci locus erit: atq; hoc in infinitum procedet.

Et etiam si est de entibus, vbi est? quæstio enim Zenonis dat aliquam rationẽ. s. quòd, si omne ens est in loco, manifestum est, quoniam locus habebit locum: & sic in infinitum.

Ista est Quĩta. & est qõ Zenonis. & deceptio est in ea in duob' locis in maiori, s. propositione, dicẽte oẽ existens in aliquo, est ĩ loco, ac q omne ens est in loco. secunda autem est dicens q loc' est in aliquo. ista enim est propositio æquiuoca, & dr̃ multipliciter: vt post declarabit Arist. locus enim est in aliquo sm̃ q accidens est in subiecto: & non est in loco, sicut aqua ĩ vase, & ideo antequam pscrutetur de loco, pscrutandum est sm̃ quot modos dr̃ aliquid eẽ in aliquo, sicut facit Ari. post.

Amplius, si, vt oẽ corpus est in loco, sic & oĩ in loco corpus est, qũo ergo dicem' de ĳs, quæ augmẽtant? necesse. n. est ex his augmentari locum simul cũ ipsis, si neq; minor, neq; maior est uniusq; loc' est. Propter hæc ergo non solum quid est, sed etiam an est dubitare necesse est.

A *Et etiam quemadmodum omne corpus est in loco, ita in oī loco est corpus, quid igitur dicemus in rebus, quæ crescunt? sequitur.n. Vt locus augmentaretur per suum augmentum, si locus cuiuslibet nō est minus, nec maius ipso. Ex istis igitur oportet dubitare in suo esse, nedum in sua quiditate.*

13 Ista est etiam alia dubitatio. qm̄ sicut existimaſ, ꝙ oē corpus est in loco, & ꝙ nullum corpus est extra locū, ita existimatur ēt ꝙ locus nō B est extra corpus, & maxime vacuo negato. &, cū in omni loco est corpus, omnia loca sunt plena corporibus sibi æqualibus: cum sit notū de loco ꝙ non est minus, aut maius locato. &, quia multa corpora, quæ sunt in loco, crescunt, necesse est vt locus crescat cum cremento eorū. ex quo sequitur locum esse corpus: & sequitur ēt vt totum augmentetur per augmentū vnius corporis: & sic contingit vt corpora penetrētur. &, cum numerauit illa, ex quibus accidit quæstio de loco, dixit C Ex istis igitur, &c.

Afferuntur ea, quæ faciunt dubitare de essentia, ac quiditate loci. Cap. 2.

QVoniam aūt aliud quidē ſm se, aliud vero ſm aliud dicitur, & locus, alius quidē est cōmunis, in quo omnia corpora sunt, alius vero, ꝓprius, in quo primo. (dico autem, vt tu nunc in cœlo es, quia in aere, hic autē in cœlo, et in aere, quia est ī terra: similiter aūt et in hac, quia in hoc loco, q nihil plus ꝗ̄ te cōtinet.) si igiť locus est q̄d primū cōtinet vnūq̄dq; corpus, termin⁹ vtiq; erit: quare videbiť species, ac forma cuiusq; Locus eē, quo terminať magnitudo, & materia magnitudinis. hæc enim est vniuscuiusque terminus. D

Et, quia quædam dicuntur per se, et quædam alio modo, et locus etiā alius est cōis, et est ille, in quo sunt omnia corpora, et alius proprius, et est ille, in quo primitus est res. V.g. quoniā te esse in cœlo est, quia es in aere, & es in aere, quia es in terra, et secundum hunc modum es in terra, quia es in tali loco eius, qui continet te, & circundat te solum, non maius. si igitur locus est primum continens omne corpus, secūdum quòd est vltimū, existimatur propter hoc quòd Locus est forma, & creatio existens in qualibet re, per quam determinatur sua mensura, & materia sua mensura. ista enim est finis vtriusque eorum. E F

Intendit adiuuare opinionē dicentē locū esse formā, & creationē, & firmare ipsam, & sīr opinionem dicentē ipsum esse materiā. & fecit hoc, qa intēdit cōtradicere ijs duabus opiniōib⁹ ꝑfecte, & maxīe dicēti ꝙ mā est locus. existimaſ.n. Platonē intēdere hoc. Et, d. Et, quia q̄dā dicunť per se, &c. i. quia q̄dā dicunť primo, & q̄dā sc̄do, i. quia quędam attribuunť rei primitus, & q̄dam secundo, s. propter primum, & 14

G & hoc intendebat, cum dixit, per se, & alio modo. & ista est dispositio loci. qm̃ alius est communis, & ali⁹ ꝓprius. non enim corpus attribuitur loco communi, nisi propter hoc, qđ attribuit̃ proprio. v. g. qm̃ dicere Socratem esse in mundo, est, quia est in aere, qui est pars mundi. & dicit̃ ipsum esse in aere, quia est ĩ suo cõcauo continente ipsum, absque eo, ꝙ sit maius, aut minus ipso. &, cum hoc fundamentum fuerit positum, s. ꝙ locus est vltimum rei sibi ęqua
H le, existimat̃ ꝙ locus est forma. qm̃ forma est vltimum rei, quam continet, & terminat materiã eius etiam. Et deceptio in hoc sermone est duplex. qm̃ finis dicitur de loco, & forma æquiuoce. & etiam argumentatio est ex duabus affirmatiuis in secunda figura.

Forma ẽ vltimũ rei, q̃ cõtinet, & terminat mãm ei⁹. Idẽ 3. 2. de ghã. t. cõ. 50. id. hic cõ seq. & c. 35. Idẽ 3 ph. 59. & quæ ibi.

Sic ergo consyderantibus, locus vniuscuiusq; forma est. quatenus autẽ videtur locus esse distantia, magnitudinis materia. hæc nanq; diuersa est à magnitudine. hæc autem est id, quod continetur sub forma, ac defini-
I tur, vt sub plano, ac termino. est autem tale materia, & indefinitum. cum enim remoueant̃ terminus, & passiones a sphęra, relinquitur nihil præter materiã. Quamobrem & Plato materiã, & receptaculum idem esse ait in Timæo. susceptiuum enim & receptaculum vnum, & idẽ. alio vero modo & ibi dicens susceptiuum, & in ĳs, quæ vocantur nõ scripta dogmata, locum tamen, & receptaculum idem esse declarauit.

Cum igitur inspexerimu[s] modo, erit locus forma cuius[que] rei. secundum vero quòd exist[ima]tur quòd locus est dimẽsio, qu[æ] mensura, est materia. dimen[sio] est aliud à magnitudine. & [dimen]sio est illud, quod continet for[ma] & determinat illud, v. gr. il[lud] quod continet planum, & vlti[mum] & ista est dispositio materia[e] eius, quod non est terminatum [cum] enim auferes à materia vltu[ma] & dispositiones, nihil remane[t] nisi materia. Et ideo dixit P[lato] in Timæo quod materia, & l[ocus] sunt idem. illud enim quod rec[ipit] mutationem, & locus sunt id[em] sed illic disposuit illud, quod r[eci]pit mutationem alio modo ab [eo] quo disposuit ipsum in suis opi[nio]nibus, quæ dicuntur sine titulo, indicauit quòd locus, & subie[ctum] sunt idem.

Vult declarare quòd locus est de similis materiæ, & ꝙ hoc in[du]xit Platonem ad existimandum [lo]cum esse materiam, & dixit: secu[n]dum vero quòd existimatur, &c. id est qui autem existimat ꝙ lo[cus] est tres primæ dimensiones, quę [pri]mo existunt in materia, nihil ha[bet] pro loco, nisi materiam, quæ de[f]... dimensiones. Deinde d. dimen[sio] enim, &c. i. & causa in hoc est. q[uo]niam qui existimat dimensione[s es]se locum, debet existimare ꝙ m[ate]ria est locus. & causa est, quonia[m] dimensiones in se non sunt corp[ora] det...

A determinatum: & forma est determinans dimensiones, & materiā, s. quę dat eis terminum, & vltimum, v.g superficies continentes corpus. & sic existimatur ꝙ dimēsiões sunt materia, quia cōueniunt in hoc, ꝙ determinantur à forma, & in se nō sunt determinatæ. D.d. qm̄, cum tu auferes à materia, &cæ. id est, & est necesse vt materia sit dimēsio in potentia. qm̄, cum abstuleris à materia vltimum, & figurā, nihil remanebit in ea, nisi dimensio nō determinata, s. quæ est corpus in potentia. &, cum saltē determinatᷣ per vl- B tima, s. per superficies, fit corpus in actu. Et debes scire ꝙ vidit Arist. ꝙ dimensio non separatur à materia imaginariōe, nedum in esse. qm̄ quando à materia auferūtur superficies, nihil remanet in ea, nisi dimensio: sed ista dimensio in ea est in potentia: &, cum determinatur per superficies, fit dimensio in actu, s. corpus, & cū auferuntur superficies, fit dimensio in potentia: ergo proprium est materiæ vt habeat dimensionem in potentia. & locus antequam i eo existat locatum, sm̄ Arist. & in rei veritate est dimēsio C in potentia. & pp hāc similitudinē existimauit Plato locum esse materiam. Et, cum numerauit similitudines, quæ faciunt opinari locū esse materiam, dixit: Et ideo dixit Plato, &c. i. & pp hanc similitudinem inter locū, & materiam existimauit Plato locū esse materiam, vt inuenitur in Timęo. dicit. n. illud, quod recipit mutationem, & successionē formarum, quod est materia, idem est cum loco, &c. & in hoc non differt in suis libris à se, sed sermo eius diuersatur in definitione recipientis. Et narrauit hoc, ne aliquis exi- D stimet ꝙ diuersitas sermonis eius in definitiōe recipientis est opinio diuersa in hoc, s. ꝙ recipiens est locus apud ipsum. Et dixit: sed dispo suit, &c i. sermo eius non diuersus est in hoc, ꝙ illud, quod recipit mutationem, & successionem formarum ē locus, sed diuersatur in hoc, quia in Timęo definit recipiēs alio modo ab eo, quo definit ipsum in suo libro, qui dicitur sine titulo. Et similitudo inter locum, & materiam est, qm̄ materia est subiectū successionis formarum, & locus subiectum successionis corporum. & E ideo existimatur ꝙ locus est mā.

Dicunt enim omnes aliquid esse locum, quid autem est, hic solus aggressus est dicere. Merito autem ex his consyderantibus, videbitur vtique esse difficile cognoscere quid est locus, siquidem horum vtrumuis est, siue materia, siue forma. hæc enim & altissimam habent speculationem, & seorsum à seinuicem non facile est ipsa cognoscere*.

Omnes enim dicunt locum esse F *aliquid. quid autem sit iste solus vir voluit narrare. Et rectum est vt recte qui cōsyderat ex istis, existimet difficile, vt sciat locus quid sit, si fuerit alterum istorum, aut forma, aut materia. quoniam cōsyderare de ipso inducit ad consyderationem vltimorum, et quia cognitio istorum duorum, alterū absolutum à reliquo, non est facilis.*

Ipsa ē determināś dimēsiões & mā. Idē 1. cap. de ssba orb.

Documētum.

Nota hic q sint termini dimēsionū determinatarum.

*a. l. determinare.

Cum

16 Cum declarauit similitudinē inter locum, & formam & materiam,

G & ꝙ hæc fuit causa in hoc, ꝙ Plato posuit materiam, & locum esse idē, incœpit declarare quantū habebant Antiqui de hoc, & difficultatē, accidentem apud consyderationem de substantia loci existimantibus locū esse materiam, aut formam, & dixit: Omnes enim dicunt locum esse aliquid, &c. idest & oēs Antiqui nihil dixerunt de loco, nisi ipsum esse. Plato autē post illos, solus quæsiuit narrare quid sit loc⁹, & definire ipsum.

Plato posuit materiam, & locū idē eē. Idē infra. com. 59.

H Et, cum notificauit illa, quæ inducunt ad opinandum ꝙ quiditas loci est materia, aut forma, narrauit difficultatem consyderationis de loco accidentem in hoc quærentibus scire quiditatē eius hoc modo. & quasi in hoc excusat Platonem, & dixit: Et rectum est, &c. i. qui opinatur locum esse alterū istorum, s. materiā, aut formam, rectum est vt sit difficile ei scire quid sit locus. Deinde dedit causam in hoc, & dixit: qm̄ consyderare, &c. i. quoniam consyderare de quiditate loci hoc modo induxit ad sciēdum quæ sunt vltimæ causæ entium. materia enim, & forma

I sunt prima principia simplicia entium. & scire quiditates principiorū vltimorum est difficile: & etiam scire formam absq; materia, & materiā absq; forma impoēe est. Et intendit ꝙ scire alterū non potest esse sine scientia alterius, & innuit non sciri ea Et, cum narrauit difficultatem accidentem cōsyderantibus de quiditate loci hoc modo, incœpit narrare ꝙ leuiter posset sciri ꝙ locus non est alterū istorum: vt declararet ꝙ ista difficultas, quæ accidit istis in loco, est accidens.

Scire qditates principiorū vltimorū est difficile: et scire formā, absq; mā, & materiā absq; forā impoēe est. cōsīle. :. Phy. 69. & ibi.

At vero ꝙ imposs. sit vtrūu horū esse locum non est diffici videre. forma enī, atq; mater nō separant̄ à re, locum aūt cōti git. in quo nanq; aer erat, in h rursus aqua, vt dicim⁹, fit, vici sim trāslatis, & aere, & aqua, alījs corporibus silr. quare ne pars, neq; habit⁹, sed separabil locus est ab vnoquoq;. eteni videt̄ tale quid esse locus, qua vas. est enim vas locus trāsfe valēs, vas aūt nihil est ipsius r

Scire vero quod locus impossi le est vt sit alterū istorum non difficile. forma enim, & mater nō separantur à re ab intention locus vero pōt separari. locus eni ī quo fuit aqua, sicut diximus, e in eo aer secundū successionem, similiter de alijs corporibus. nec se est igitur vt locus non sit pa neq; forma, sed est separatū à q libet eorū, quæ sunt in eo. existi tur enim quòd locus est quasi v vas enim est locus translatus, vas non est aliquid ex re.

Dicit forma enim & materia, idest mā enim & forma nō separ tur in actu, sed rōne. vnum enim rum, quæ ponit Naturalis est ꝙ ma nō separat̄ per se, s. non muta de mā in materiam, fm ꝙ corp mutant̄ de loco in locum, sed sep tio eius à mā est corruptio &, cū ma non separat̄ à materia in a neq; materia separat̄ à formis: & cus separat̄ à materia: ergo in se da figura, locus non est forma: qm̄ forma non separatur à mate

erg

A ergo vtraq; est pars corporis: & loc⁹ nō est pars corporis, cū sit sepabilis: ergo locus non est alterum istorū. Et dixit existimat' enim ꝙ locus est quasi vas, &c. ad notificandū ꝙ manifesta est dña per se inter collocationem rei ad locū, & collocationē formæ ad materiam: licet vtraq; collocatio demonstretur per hanc præpositionē, In, dicere enim aliquid eē in loco, est sicut dicere esse aquā in vase. & in nullo differunt, nisi sicut dixit vas est locus trāslatus, & locus est fixus. dicere vero ꝙ figura est in scāno, & rationalitas in homine, est B sicut forma in subiecto. Et, cum induxit propositiones, ex quibus sequitur ꝙ locus nō est materia, neq; forma generaliter, incœpit terminare modum, ex quo sequit' ꝙ locus non est forma, neq; materia.

Quatenus igit' separabilis est à re, eatenus forma nō est: quatenus vero cōtinet, eatenus diuersus ē à materia. Videt' aūt semp id, qđ alicubi est, & ipsum eē aliqd, & aliud aliqd extra ipsum. Platoni tñ dicendū erat, si liceat digrediētes dicere, quare nō sūt C in loco & formæ & numeri? siquidem id, qđ particeps est, loc⁹ sit, siue magnū, atq; paruum sit id, qđ particeps est. siue materia, quēadmodū in Timæo scripsit.

Secundum igitur quòd est separatus à re, secundum hoc nō est forma: & secundū quòd cōtinet, secundum hoc nō est materia. Et semper existimatur in illo, quod existit in loco, quòd ē aliquid, & quòd aliud est extra ipsum. sed oportet dicere Platonē, si est rectū pertrāsire modicū in sermone, quare forma, & numeri non sunt in loco, si locus est cōmune, siue commune fuerit magnum & paruum, siue materia, vt vocauit ipsum in Timæo. D

Secundum igit' ꝙ locus separat' à re, quæ est in eo, & forma nō est separata, locus non est forma: & fm ꝙ locus continet illud, quod est in eo, materia aūt non, non est materia. Et pōt aliquis quærere, cū locus nō pōt dici separari, nisi fm opinionem dicentium vacuum esse, fm aūt opinionē Arist. nō separat' à locato, sed corrumpit' per corruptionem eius. vltimū enim aeris, in quo est aqua, qñ aqua transfert' ab eo, & intrat ipsum aliud corpus, corrūpit' illud vltimū, & fit aliud. &, cum ita sit, ista ꝓpō est famosa, nō vera. Et forte est dña inter separationē loci, & separationē formę, & si vtraq; corrūpit'. qm̄ corruptio formæ est corruptio locati, & non sequit', si locatum separatur à loco absq; eo, ꝙ corrumpat', vt locus separet' à locato absq; eo, ꝙ corrumpat'. Et, cū declarauit modum, ex quo apparet ꝙ locus nō est forma, & modum, ex quo apparet ꝙ locus non est materia, dixit: Et existimat' semper, &c. i. & notum est ꝙ illud, quod existit in loco, aliud ē à loco, & ꝙ locus est aliud extra illud: sed forma, & materia nō sunt aliud extra rem, q̄ est in loco, sed sunt partes ipsius. Et, cū contradixit huic opinioni ex ipsa re, incœpit cōtradicere ei fm vocē, dicentē &, quia talis cōtradictio, s. quæ est fm sermonem nō est necessaria, dixit, sed op; dicere, &c. i. sed oportet Platonē dicere, si est

Margin notes: 18 — E: Loc⁹ secūdū opinionē Aristo. nō separatur à locato, sed corrūpitur ꝑ corruptionem eius. Separatio loci, & separatio formæ dfnt. — F

G si est rectũ pertransire in contradictione rem necessariã, quare formę, & numeri non sunt in loco. contingit enim Platonẽ ponere ꝙ formæ, & numeri sunt ĩ loco. formæ enim, & numeri, & oĩa apud ipsum habẽt rem cõem: & ipse vocat locum, rem cõem, siue cõe fuerit apud ipsum magnum, & paruum, vt existimatˀ quod ipse dixit in quibusdã libris, s. ꝙ hæc duo sunt quasi materia, & ꝙ subiectũ eorũ est quasi forma, siue cõe apud ipsum fuerit materia, subiectum, vt existimatur in Timæo intelligere per cõe. & hoc intendebat, H cum dixit, siue cõe, &c. i. siue res cõis apud ipsum oĩbus entibˀ fuerit magnum, & paruum, siue subiectũ fuerit magnũ & paruum, contingit ei concedere ꝙ formæ sunt in loco: cũ iam definiuit locum, ꝙ est cõe, & cõcessit ꝙ cõe est omnibus entibus. & hoc contingit Platoni, nisi vocauerit locum, commune, sm transumptionem, quia assimilatur materiæ. & sic erit definitio Rhetorica non Demõstratiua. quocũq; mõ igitur fuerit, non põt Plato vitare vitium.

Amplius qũo ferretur in suũ I locum, si locus esset materia, aut forma? impossibile enim est. cuius neq; est motus, neq; sursum, aut deorsum, locũ esse. quare quęrẽdus* in huiuscemodi est locus.

*a.l. in his.

Et etiam qũo trãsfertur res ad suum locũ, si locus sit materia, aut forma. impoßibile enim ẽ vt illud, cui non attribuitur motus, neq; superius, aut inferius, sit locus. locus igitur non debet quæri, nisi in eis, quibus attribuitur hoc.

Per istam rationem declaratur ꝙ locus non est materia, neq; forma: notũ est enim de loco ꝙ est illud, ad quod est motus naturalis, cũ fuerit motus extra ipsum, vt motˀ lapidis ad medium, & ignis ad superius. & sic est notũ de loco ꝙ drię eius sunt superius, & inferius. &, quia manifestum est etiã ꝙ materiæ, & formæ non attribuitur motus, cum res non mouetur ad illud, quod est pars ipsius: neq; etiam attribuitur eis superius, aut inferius: ergo neq; forma, neq; materia est locus sm secũdam signrã. D.d. locus igitur non debet quæri, &c. i. locus igitur non debet quæri, nisi in genere entiũ, cui attribuitˀ motˀ, & pars, s. sup ius, & ĩferiu

Si vero in ipso locus est (oportet enim siquidẽ aut forma, aut materia est) erit locus ĩ loco. mutatur enim simul cũ re, & mouetur & forma, & indefinitũ non semp in eodẽ, sed vbi vtiq; est & ipsa res. quare loci erit locus.

Et, si locus est in re: & hoc necesse est, si locus est forma aut materia: necesse est vt locus sit in loco transmutatur enim cum transmutatione rei, & mouetur per suum motum forma, & interminatum & non sunt semper in eodem loco sed vbi est res, ergo necesse est vt locus habeat locum.

Ista est Tertia ratio, & dixit: Et locus est in re, i. & si est pars locati aut corpis. D.d. & hoc ẽ necesse, & c. idest & hoc est necesse sm ponentes locũ esse formã, aut materiã, vtraque enim istarũ est pars rei locatę: & hoc sm qualitatẽ, non sm quantitatem

A D.d. necesse est ex hoc vt loc⁹ sit in loco, i. sequit̃ ex hac positione impossibile, s. φ loc⁹ indigeat loco. qm̃ cõtingit in isto loco illud, quod cõtingit in primo, & ita procederet̃ in infinitũ. quod est impoßē. aut dicam⁹ etiã φ manifestũ est per se φ locus non habet locum. Et, cũ narrauit impossibile sequẽs ex hac positiõe, incœpit declarare modũ, ex quo cõtingit impossibile, & dixit trãsmutatur. n. &c. i. sequit̃. n. ex hac positiõe, vt locus trãsferatur per translationẽ locati. qm̃, ſm φ loc⁹ est pars rei, siue materię, siue formæ, necesse est vt B moueatur per motum rei, qm̃ materia, & forma mouent̃ per motum rei. D.d. & interminatũ, s. materia. D.d. & nõ sunt in eodẽ loco, s. materia & forma, sed vbi est res, s. corpus compositum ex materia, & forma.

Digressio. Sed potest aliquis quærere, & dicerẽ φ iste sermo componit̃ ex propositionib⁹, quarũ Prima est, φ forma, & materia mouentur per motũ corporis compositi ex ambob⁹. Secũda autem est, qm̃, ſm φ mouent̃, indigent loco, Tertia vero est, φ si altera earum est locus, necesse est vt locus habeat locum. Secunda autẽ, & Ter C tia sunt verę, prima vero nõ. sequit̃. n. ex ea φ forma, & materia sint in loco. quod nõ dicit Arist. declarabit enim in sexto φ oẽ trãsmutabile est corp⁹. et, cum ita sit, materia igitur, & forma non mouentur nisi per accidens: ergo, si indigent loco, est per accidens: & nõ est impossibile vt locus habeat locum per accidens. ex hoc igitur apparet φ ista contradictio non est vera, neque essentialis.

Solutio.

Illud, qđ est per accidens, est Sed quia illud, quod est per accidẽs, est duobus modis, s. semper, & raro, videtur, φ illud, quod est semper, intret quoquo modo in numero demonstrationum verarum, non essentialium, quæ dicuntur demonstrationes Dialecticæ. & ista contradictio est huius generis sermonum. materia enim & forma, licet moueã tur per accidẽs, s. ſm φ sunt pars moti, tamen motus accidentalis inuenitur in eis semper cum motu corporis: ex quo sequitur vt inueniatur in eis semper locus, licet per accidens. sequitur igitur, si fuerit locus, φ loc⁹ habeat locum semper, et necessario, s. formam, & materiam, licet per accidens: sed est manifestum φ locus non habet semper locum, neq; per se, neq; per accidens, nisi sit de genere accidentis, quod accidit raro. & quando acciderit vltimo continẽti rem, moueri per motum corporis, cuius est vltimum, tũc igitur potest attribui loco mot⁹ per accidens, sed illud accidens est raro. ex hoc igitur modo iste sermo potest esse de numero sermonum contradicentium demonstratiuorum. Et Alexan. respondet. qm̃, cum fuerit positum φ forma, aut materia est locus: & loc⁹ est de quantitate, quia est æquale ei, qđ est in eo: sequit̃ φ, cũ transfertur, vt sit æquale loco, in quem transfertur: et sic forma erit in loco per se. locus enĩ, qui est forma, aut materia, est æqualis corpori translato, s. habẽti formã, & materiam: & corpus est ęquale loco, in quẽ trãsfert̃: & sic forma, aut materia, vtra earũ sit locus, erit ęqualis loco, ĩ quẽ corp⁹ trãsfert̃, qa est æquale æquali ei, & oẽ, qđ est equale loco, ẽ in loco essẽtialiter. Et hoc, qđ dixit Alex. nõ ẽ sine dubitatiõe. qm̃ loc⁹, ſm φ est q̃titas, nõ mouet̃, sed locus, ſm φ est loc⁹, per se est nõ mobilis naturalit̃, & essentialiter.

D duob⁹ modis, semp & raro. Sed vide opposiţũ. 8. phy. c. 36. vbi habet quod illud, qđ ẽ p accidẽs, nõ est necessariũ, neq; semper, &c. vide cõtradi. Zim.

E

F

Contra. Alex.

G Amplius, qñ ex aere aqua facta est, perijt locus. non. n. in eodem loco est quod factũ est corpus. quæ igitur corruptio?

Et etiã, cum ab aere fiat aqua, destruetur locus. non. n. est possibile vt corpus fiens sit in illo eodem loco. quid igitur corrũpit ipsum?

81 Iste sermo vr̃ esse cõtradictio ꝓpria dicentibus locum esse formã. et intẽtio huius sermonis est talis. & ẽt, cum dixerimus locum esse formam, & posuerimus aquã fieri ab

H aere, cõtingit vt locus corrumpat, qui est forma aeris. non. n. est possibile vt aqua facta sit in loco aeris, qm̃ forma eius est alia à forma aeris: & iam diximus ꝙ forma est locus: cõtingit igitur dicentibus hoc cum alijs impossibilibus dare causam, ꝓp quam debet locus corrumpi in motu locali, sicut forma corrumpitur in generatiõe, s. cũ aqua succedit aeri, & non generat ex eo, & maxime, si locus fuerit æqualis. & accidit hoc, vt translatio sit corruptio, & propria. Et pōt esse contradictio dicentibus locum eẽ ma-

I teriam. & sic intentio erit talis. & ẽt notum est, qm̃, qñ ex aere demõstrato fiet aqua, ꝙ locus aeris primus corrumpitur per suam transmutationem ad locum aquę, factũ primũ, s. per suam diuersitatem in quantitate. impossibile. n. est vt corpus factum sit in illo eodẽ loco, in quo fuit corpus, ex quo fit: nisi aliquis dicat ꝙ locus est ei ſm spẽm, non ſm numerũ. &, cũ ita sit, & locus est materia cõtinget dicẽtibus, vt materia corrumpat apud corruptionẽ formę aeris, & gnationẽ formæ aquæ, quid igit corrũpit ipsũ & materia, declaratũ est ꝙ neq, e generabilis, neq; corruptibilis.

Ex quibus igit necessariũ e esse aliquid locũ, & rursus ex bus dubitabit vtiq aliquis d substantia ipsius dictũ est. Po hęc autem accipiendũ est, quo modis aliud in alio est.

Iam igitur numerauimus illa ex quibus apparet quòd locus debet esse aliquid, et illa, ex quib dubitatur in substantia, & e eius. Et oportet post narrare al quid esse in alio secundum qu modos dicitur.

Cũ cõpleuit sermones famoso ex quibus apparet locũ eẽ aliqui & sermones, qui faciũt dubitare i suo esse, fecit rememorationem hoc, & narrauis illud, à quo deb incipere de loco, & est ſm quot m dos dr̃ aliquid esse in alio: qm̃ is modis determinatis apparebit m dus, ſm quẽ dr̃ aliquid esse in loc & dissoluent plures qõnes accid tes in hoc. Et dixit in substãtia, esse eius. qm̃ dubitare in eẽ eius cidit apud cõsyderationẽ, & de su stantia, & quiditate eius. ꝓ illa. r existimant primo aspectu eẽ su stãtia loci, quia qñ ꝑscrutat de videntur non esse substantia eiu existimatur locus non esse aliqu

Quot modis dicatur aliquid esse in quo. Cap. 3.

VNo igitur modo, vt digitus in manu, & omno pars in toto. Alio ro, totum in partibus. non est præter partes totum. A

A aũt modo, vt hõ in aĩali, & omnino vt species in genere. Alio autem, vt genus in specie, & oĩno pars speciei, in speciei rõne. Amplius vt sanitas ĩ calidis, et frigidis, et omnino forma in materia. Amplius, vt in Rege Græcorum rex, et omnino in primo mouẽte. Amplius, vt in ipso bono, & oĩno in ipso fine. hoc aũt est id, cuius cã. Omniũ aũt maxime proprium est, quod vt in vase, & omnino quod in loco.

Vnus igitur illorũ modorũ est,
B *sicut digitus in manu, & vniversaliter pars in toto. & Alio modo, sicut dicitur totum in partibus, non.n. est totũ, nisi partes eius. & Alio mõ, sicut hõ in animali, & vniuersaliter sicut species ĩ genere. et Alio modo, sicut genus in specie, et vniuersaliter pars spẽi in sua definitione. Et ẽt sicut sanitas in rebus calidis, & frigidis, et vniuersaliter forma in materia. Et ẽt sicut dicis quòd constitutio dispõ-*
C *num Græcorũ est in Rege, et vniuersaliter in primo motore. Et ẽt secundum quòd est in bono, & vniuersaliter in fine intento, & hoc est illud, propter quid. Et dignior omnium istorum, & magis principalis est aliquid esse in vase, & vniuersaliter in loco.*

23 Isti modi, quos hic numerauit, sunt vlr octo, quatuor ſm totum et partẽ & vle & pticulare, & quatuor ſm quatuor causas. sed dimisit materiam, quia est propinqua parti in toto, & speciei in genere. Quatuor D igit' primi sunt, pars in toto, & ecõuerso, & particulare in vlĩ, & econuerso. Quatuor aũt secũdi sunt forma in materia, & materia in cõposito ex materia, & forma, & res in agente, & in fine. & oĩa ista dñr trãsumptiue. Sed illud, quod dr vere, & principaliter est res in vase, & in loco, & alia dñr ſm similitudinem istius. & propinquior illorum huic est forma in materia, deinde pars ĩ toto, deĩde particulare in vlĩ. ista.n. assimilantur ad aliquid esse in vase. totũ vero in suis partibus assimi- E lat' formę in materia. est igitur silẽ simili, & silr vle in particularibus. & remotius est res in suo agente, & suo fine, vt diximus bonũ in rege, & bonum in fortuna. Et numerauit istas intẽtiones ad distinguendum natuã, de qua perscrutatur, & est aliquid esse in loco, & aliquid eẽ in vase. vr.n. q dicere aliquid eẽ in loco, & aliquid esse in vase sit in eodem ordine, sicut primæ põnes idiomatis. & ideo numerauit hæc duo, quasi vnum, & accepit alterũ; s. aliqua esse in vase in expositione alterius, s. aliquid esse in loco, vt notius accipiatur in expositione latentioris secundum famositatem. F

Quòd non potest dici aliquid existere in seipso. Cap. 4.

DVbitabit aũt aliqs, vtrũ quippiã in seipso cõtingat esse, an nihil, sed oĩa aut nusq, aut ĩ alio. Dupliciter aũt hoc ẽ, aut ſm se, aut ſm alterũ. Cũ.n. sint ptes toti⁹, et id, in quo, et id, qđ ĩ hoc diceñ totũ in seipso, dicitur, n, et ſm partes, vt albus

G alb⁹, quia superficies alba sit, & sciens, quia ratiocinatiuũ. Amphora igitur non erit in seipsa, neq; vinũ, vini vero amphora erit. qđ nanq; inest, & id, in quo est, vtraq; eiusdem partes sunt.

Et dubitatur etiam Vtrum est possibile etiã aliquid esse in se, aut nihil est in se, sed res aliqua, aut omne nõ est in Vbi omnino, aut est in alio. Et hoc duobus modis, aut per se, aut per aliud. Cum igitur illud, in quo est aliquid, & illud, H *quod est in eo, fuerint partes totius, dicetur quòd totũ est in se. dicitur. enim in eo illud, quod dicitur in suis partibus. V.g. quoniam dicitur album, quia superficies eius est alba, & dicitur sciens propter rationalitatem. Et Vas non est in se, neq; Vinum: cyphus autem Vini est in se, quando homo Vtitur nominibus transumptiue. ipse.n. et illud, quod est in eo insimul, sunt partes eiusdẽ.*

24 Cum nũerauit modos famosos, I ſm quos dicitur esse aliquid in aliquo, ſm ꝙ artifex demõstratiuus distinguit nomina æquiuoca, incœpit perscrutari etiam de quodã modo significationis, qui vsitabatur apud eos. dicebãt.n. aliquid esse in se, v.g. hominem esse in se, & dolium in se. & qa iste modus erat famosus apud eos, & est aliud a numeratis, & facit existimare aliquid esse in se, & sit locus rei non esset aliud ab ipsa re, dixit: Et dubitatur, &c. i. qm̃, si aliquid non fuerit in se, contingit alterum duorũ necessario, aut vt nihil sit in

Artifex demonstratiuus distiguit nomina æquiuoca. qđ quõ sit intelligẽdũ vide cõ. primũ tertij, & etiã quinti met.

loco omnino, aut vt sit in alio. D.c
Et hoc duobus modis, aut per se, au
per aliud. & hoc est principium pe
scrutationis de aliquid esse in se.
aliquid esse in se intelligitur duob
modis, quorum vnus est, vt aliqui
sit in se primo, alius autem est, vt
catur ipsum esse propter suã part
Et, cum narrauit ꝙ illud, quod i
telligitur ex hoc, est duplex, incœp
declarare modũ possibilem ex ist
duobus, & est aliquid esse in se, no
principaliter, sed secundario, s. pr
pter suam partem, et dixit: Cum ig
illud, in quo est, &c. i. cum igitur fu
rint duo, quorum vnũ existit in al
ro, quę duo sunt partes alicui⁹ vn
quod est totum eorum, & hoc to
fuerit nominatum a nomine parti
dicitur tunc illud esse in se. Et, cu
narrauit hoc, declarauit modum
mosum ſm vsum, qui est possibil
in talibus rebus, in dicendo aliqu
esse in se, & dixit: dicit.n. in eo illu
quod dicitur in suis partibus, &c
i. & est possibile in talibus dicere a
quid esse in se transumptiue. quã
n. totum disponitur per illud, per
disponitur pars. v.g. qm̃ dicitur co
pus album, quia superficies est alb
&, si ipsum totũ non est albũ. & si
dicitur homo sciens, si non ſm to
est sciens, sed ſm partem rationa
tm̃. & dicit infirmus gratia alicui
membri. &, cũ ita sit, & duæ part
quarũ altera est in reliqua, fuer
partes alicuius vnius, quod est to
possibile est vt illud totũ dispona
illud, per quod disponuntur illæ p
tes. &, quia disponunt illæ partes p
hoc, ꝙ altera est in altera, possib
est vt totum disponatur per illã
spositionem, quando totum non
natur nomine partis. v.g. qm̃, cu
rat

Ind totũ disponaẽ p illud, p quod disponũtur illæ ptes. & hoc nõ accidit, nisi qñ totũ noiatur a noie partis, vt ista dr̃. Idẽ cõ sequenti.

A rationalitas inuenit̃ in corpore hominis, & rationalitas, & corpus sunt partes hominis, & homo disponitur per rationalitatẽ, possibile est dicere rationale esse in se. Et intẽdit, qm̃, cum pars dicitur esse in toto, & totũ dr̃ esse illud, quod dicitur esse pars, possibile est totum dici esse in se, i. in suo toto, vt dr̃ homo esse infimus ratiõe partis. v. g. oculi. D. d. cyphus igitur, &c. i. dicere autẽ aliquid esse in se principaliter non, s. dicitur pro pter partem. v. g. qm̃ vas, in quo est vinũ, nõ dicitur esse in se, neq; vinũ, quod est in vase, dicit̃ esse in se, quia B non accidit ei, vt in eo sint duæ partes, quarum altera est in reliqua, cõgregatum autem ex eis econuerso. v. g. dolium, aut cyphus dicitur esse in se, qm̃ pars ex eis est in toto, & est in toto, quia est in secunda parte. & hoc non accidit, nisi vbi totũ nominatur a nomine partis. Et iste modus transumptiuus vsitatur in omnibus idiomatib⁹, scilicet vt aliquid dicatur gratia suæ partis. sed ista trãsumptio nõ est vsitata apud Arabes, scilicet dicere rationale esse in se, & si secundum suum idioma deberet esse, quoniam totũ apud eos dispo- C nitur per dispositionem partis,

Sic igitur cõtingit quippiam in seipso esse. primò autẽ nõ contingit vt albũ in corpore. superficies. n. in corpore, scientia autẽ in anima. fm hęc aũt, quę partes sunt, vt in homine, appellatiões existũt. amphora autẽ, & vinũ, cum seorsum quidẽ sunt, partes nõ sunt, sed cum simul. quapropter, cũ sint partes, erit ipsum in seipso. vt albũ in homine, qm̃ in corpore: & in hoc, qm̃ in superficie: in hac autẽ non amplius fm aliud est. & diuersa quidem specie hæc sunt, & aliam naturam habet vtrunque, & potentiam, & superficies, & album. D

Secundum igitur hunc modum potest esse aliquid in se, principaliter vero non. superficies. n. est in corpore, & scientia in anima. & secundum ista, quæ sunt partes, v. g. in homine erũt nomina. cyphus autem, & vinum, cum fuerint separata, non erunt partes, sed cũ fuerint insimul. & ideo, cum fuerint E *partes, erit ipsum in se. vt album in homine, quia est in corpore eius: & est in corpore eius, quia est in superficie: ipsum autem esse in hoc non est propter aliud. & hæc duo diuersantur in forma, & vtrunq; habet naturam et potentiam aliã a natura reliqui, et a potentia eius scilicet superficies, & album.*

Secundum igitur hũc modũ, &c. 25 i. propter hoc, ꝙ aliquid disponitur per illud, per quod disponitur aliud, F propter hoc disponitur aliquid per illud, quod inuenitur in illo primo. D. d. principaliter vero, &c. i. qm̃ albedo ĩ corpore nõ est principaliter, neq; scientia in homine, sed albedo principaliter est in superficie, & superficies in corpore, & sciẽtia in aĩa. D. d. & fm ista, &c. i. & in omnibus inueniũtur duæ significationes prima, s. & secunda, sicut in rebus. D. d. cyphus vero, & vinum, i. vas autem, in quo est vinum, & vinum, cũ fuerint separata, s. quando vinum non

G fuerit in vase, non erūt partes alicuius vnius, sed erunt partes alicuius vnius, cum fuerint insimul. & ideo, cum fuerint partes alicuius vnius, erit possibile vt illud vnū, qđ est cōpositum, dicatur esse in se non principaliter, s. quia aliqua pars eius ē ī alia pte, vt dr̄ꝙ hō ē albus, & hō nō ē alb⁹, nisi pp suā partē. albedo.n.ē in homine, quia est ī corpore, & in corpore, quia est in superficie. D.d. ipsum autem esse in hoc, &c.i. superficiem aūt eē in corpore nō est pp aliud, sed est ei principaliter. sed impo͛e est, vt superficies, & corpus, in
H quo est, sint idem ita, ꝙ res inueniatur per se in se. sed res inueniť p se ī alio. superficies.n. v.g. & corpus, in quo est superficies, sunt duo in forma, & vtrunq; habet naturam aliā à natura reliqui, & potentiam aliā à potentia eius. & silr̄ est dispositio albedinis cum superficie. albedo.n. existit in superficie per se. Et, cum narrauit ꝙ impossibile est aliquid esse in se, & aliquid esse in alio dicitur multis modis præter hunc modum, vt prius numerauit, incœpit narrare ꝙ impossibile est aliquid esse in se, aliquo modo eorum, qui-
I bus dicitur esse aliquid in aliquo.

Neq; igitur, inductiue considerantibus, aliquid in seipso videmus ſm aliquē determinatorum: & rōne manifestum ꝙ impossibile est. oportebit.n. ambo vtrunq; esse (vt amphoram & vas, & vinum esse, atq; vinū vinum, & amphoram) siquidem cōtingit quippiā in seipso esse. quare, si quā maxīe in sese sint, amphora q͂dē accipiet vinū, nō quatenus ipsa vinū est, sed quatenus illa. Vinum aūt ineritin amphora, nō quatenus amphora ipsum est, sed quatenus illa amphora est. Secundum igitur ipsum esse, ꝙ alterum sit, manifestum est. alia nanque ratio est eius, in quo, et illi⁹, qđ ī hoc est.

Et non inuenimus aliquid esse in se aliquo mō eorū, quos determinauimus, cum processerimus via inductionis: & declarabitur etiā ex definitiōe, quòd hoc est impossibile. secundum.n. istum sermonē erūt ambo vtrunq;, v.g. quoniam dolium erit vas, & vinum, et vinum erit dolium, & vinum, si fit possibile aliquid per se esse in se. si igitur est possibile aliquo modo vt alterum eorum sit in reliquo, dolium erit recipiens vinum, nō secundum quòd dolium est vinum, sed secundum quòd vinum est vinum, et vinum erit in dolio, non secundū quòd doliū est vinū, sed secundū quòd doliū est dolium. Declaratum est igitur quòd hæ duæ intentiones sunt diuersæ in esse. definitio.n. eius, ī quo est res, est alia à definitione illius, in quo est.

Cū declarauit ꝙ impo͛e est dicere aliquid eē in se, ſm hoc, ꝙ significat aquā esse in vase, incœpit declarare ꝙ īpo͛e est aliquid esse in se aliquo mō eorū, ſm quos dī aliquid esse in aliquo, & d. Et nō inuenimus aliquid eē in se, &c.i &, cū nos induximus oēs modos, ſm quos dr aliquid eē ī alio, erimus certi, ꝙ nih

A est, qd' dr e' in se. D. narrauit q̄ hoc e't apparet alio mō ab inductione magis certe, s. s'm definitionem, & dixit: & declarabit' e't s'm definitionē, &c. i. & declarabitur e't s'm definitionem rei, q̄ inuenit' i aliquo, & definitionē rei, i qua inuenit', q̄ est i posse vt aliquid sit in se. s'm. n. hoc aliquid, s. esse in se illud, qd' est i aliquo, & illud, i quo est aliquid, vtrūque est reliquū, adeo, q̄ defiō vtriusque est definitio reliqui, & est manifestū necessario q̄ definitiōes eorū diuersantur. D. d. v. g. vt dolium sit vas, & vinū, &c. i. v. g. qm̄ contin

B git dicere q̄ aliquid sit in se, vt vas, in quo est vinū, sit vas, & vinū insimul, & vinū sit vas, & vinum insimul. qd' est impossibile. D. d. si igit' ē posse alio mō, &c. i. qm̄, si aliquid recipit aliquid p̄ se, oportet vtnō recipiat illud, nisi s'm q̄ definitiones eorū sunt diuersę. v. g. qm̄ dolium non recipit vinū, nisi s'm q̄ vinū ē vinum, non s'm q̄ est dolium, & vinum est in dolio, non s'm q̄ doliū ē vinum, sed s'm q̄ doliū est doliū.

At vero neq; s'm accidens cōtingit. simul. n. duo corpora in eodē inerunt. nā & ipsa ampho

C ra in seipsa erit, si id, cuius natura susceptiua est, cōtingat in seipso esse. et insup̄ illud, cuius est susceptiuum, vt si vini vinum. Qd' igit' impossē sit in seipso aliquid esse prīo manifestum est.

Neq; etiam est possibile vt sit per accidens. cōtingit. n. ex hoc vt duo insimul sint in eodē loco. doliū. n. erit in se, si illud, cuius natura est recipiens fuerit in se. possibile est igitur vt aliquid sit in se, et ēt illud, quod recipit. v. g. quoniam illud, quod recipit vinum, est vinū. Manifestū ē igitur quòd īpossibile ē vt aliquid sit ī se prīcipaliter. D

Dicit: Et impossē est vt aliquid recipiat se per aliqd' accidēs sibi, nisi ponat' ipsum recipere se essentialiter, vt declaratū est prius. contingit. n. ex hoc vt recipiat in se duo insimul. qm̄, si fuerit aliqd, qd' habeat naturam, vt recipiat se per accn̄s in se, possibile est vt recipiat p̄ accidēs illud, qd' est in eo: quēadmodum, si recipit se eēntialiter, recipiet aliud in se: & sic doliū recipiet vinū, & se insimul aliqua hora. ergo dolium erit dolium, & vinū insimul, & adunabuntur. quoniam, qn̄ aliquid receperit in se essentiā alicuius, adunabuntur duæ essentiæ necessario: & sic res recipiet se. qd' est impossibile, siue hoc fuerit positum essentialiter, aut accidentaliter, i. in aliqua dispositione. a Hæc est intentio istius capituli. & debet legi sic. quoniam dolium, & illud, quod recipit, est vinum. quoniam, si inueniatur aliquid, cuius natura recipit accidēs per se, possibile est vt aliquid sit in se, & etiā illud, quod recipit. & sic contingit primum impossibile, quod est aliquid recipere se. verbi gratiā quoniam recipiens erit vinum. quod est impossibile. 27 E

a Hic vī Cō. dicere q̄ Impossē ē rē recipe se, siue p̄ se, siue p̄ accn̄s.

F. S; vid' oppositū de Ioelsu. t. c. 4. 3. d' aīa. Vide cōt. Zim.

Soluitur dubium Zenonis de ipso Loco. Cap. 5.

QVod autē Zeno dubitabat, q̄, si locus est aliqd, in aliquo erit, soluere nō est difficile. Nihil. n. prohibet, Zeno

G bet, in alio quidem esse primũ locũ, nõ tñ in illo, vt in loco, sed vt sanitas quidẽ in calidis, sicut habit⁹, calor autem in corpore, vt passio. quare non necesse est in infinitum abire.

Zeno autem ponebat questionẽ hoc modo, & dixit si locus est aliquid, necesse est, ut sit in aliquo, ergo locus non est. Et dissolutio illius non est difficilis. quoniã nihil prohibet, vt locus, qui dicitur primo. sit in alio, sed non secundum locũ, H *sed secundum quòd sanitas est in rebus calidis secundum formam, et calidum in corpore secundum passionem, et corpus in loco secundum vas. et nõ sequitur ex hoc processus in infinitum.*

28 Cum declarauit fm quot modos dicitur aliquid esse in aliquo essentialiter, potuit dissoluere ex hoc, & opinione eius in loco, questionem Zenonis, & similiter sermonem dicentium locum esse materiam, aut formam. Et dixit Zeno vero, &c. i. Zeno vero negabat locum esse hoc I modo. dicebat. n. qm̃, si locus est, necesse est, vt sit in aliquo: & omne, qđ est in aliquo, est in loco: ergo locus est in loco. deinde reuertetur interrogatio de hoc loco secundo, & sequitur vt sit in loco tertio, & sic in infinitum, & sic inuenientur loca in actu infinita. et, cum hoc est impossibile, sequitur ꝙ locus non sit. D. incœpit dissoluere hanc questionem, & dixit: Et dissolutio illius non est difficilis, &c. i. qm̃ propositio, dicẽs ꝙ locus est aliquid in aliquo, est vera de primo loco, s. de primo corp ie contento. & hoc intendebat, cu dixit, principaliter. sed dicere locu esse in aliquo non est idem ꝙ dic corp⁹ esse in loco, & aquam in va vt post declarabitur đ loco. D. d. sicut sanitas est in rebus calidis, & i. sed locum esse in aliquo est, si forma in subiecto. v. g. sicut sani in temperãtia calidi cum frigido, sicut calidum, & frigidum in cor re: corpus vero in loco est sicut aq in vase. termin⁹ igitur medius, q Zeno vtebatur in syllogismo, nõ vnus: ergo non sequitur ex eo il. quod existimauit sequi, s. loca e infinita. & hoc intẽdebat, cũ dixit non sequitur ex hoc procedi in i nitum. Et ista solutio est possi lis fm Ari. dicentem ꝙ locus est perficies corporis continentis. su ficies. n. est forma in corpore. qui ro ponit locum esse dimẽ. iones e stentes, in quibus disponitur loca non potest euadere à questione Z nonis. & ideo hoc est vnũ eorũ, q bus vtitur in destructione istius nionis, s. dicentis locum esse ina & vacuũ, quod est inter superfic vasis, non ipsa superficies vasis. qui ponit locum esse in corpore omne corpus esse in loco, contin ei necessario corpora esse infinita actu, aut ponere ꝙ corpus conti torum non est in loco essentiali & hæc est opinio Aristo.

Illud autem manifestũ, ꝙ vas nihil sit ei⁹, quod in ipso (aliud. n. est primo, & qđ in & id, in quo inest) non erit vt aut materia aut forma locus, aliud. illi⁹ enim aliquid hęc s quod inest, et materia, & for

A *Et manifestum est quòd, cum vas non est illud, quod est in eo, cũ illud, quod dicitur principaliter, est aliud ab eo, quod est in eo, locus non est materia, neq; forma, sed aliud. haec enim duo sunt ex re existente in eis, scilicet materia, & forma.*

29 Cum etiam declarauit ꝙ impossibile est vt aliquid sit in se principaliter, i. primo & essentialiter, & aliquid esse in loco dicitur, sicut aqua dicitur esse in vase, incœpit declarare, qm̃ contingit ex hoc, vt nõ sit B forma, aut materia, & dixit: Et est manifestum, &c. i. & est manifestũ per se, qm̃, cum dicitur aliquid esse in loco est sicut dicere aquam esse in vase: & vas non est aliquid ex eo, quod est in eo, sed aliud: manifestum est ꝙ locus nõ est aliquid ex illo, quod est in eo, sed aliud: cum sit declaratum ꝙ illud, quod dicitur esse in loco essentialiter, et primo, est aliud ab illo, quod dr̃ esse in eo: ergo loc⁹ nõ est materia, neq; forma. materia. n. & forma vtraq; est pars rei, quae dicitur esse in eis, s. corpus compositum C ex forma, & materia. Et compositio isti⁹ sermonis est in secũda figura sic, Locus nõ est pars locati: & forma, & materia sunt pars locati: ergo locus non est forma, neq; materia.

Narrantur propositiones proportionatae, ex quibus deuenimus in cognitionem ipsius Loci. Cap. 6.

HAec igitur sint dubitata. Quid autẽ tãdem sit Locus hic vtiq; fiet manifestum. Accipiamus autẽ de ipso quaecũq; videñt vere sm̃ se inesse ipsi. D Cẽsemus igitur locũ esse primum quidẽ, quod continet illud, cuius locus est, & nihil ipsius rei esse. Amplius, primũ locum neq; minorẽ esse, neq; maiorem. †{Prętereá, neq; deferi} ab vnoquoq;, & separabilẽ esse. Ad haec autẽ, omnem locũ habere sursum, & deorsum, & ferri natura, & manere in proprijs locis vnũquodq; corporũ. hoc ãt facere, aut sursum, aut deorsum.

† a. l. Praeterea deferri.

Tantum igitur accidit in hoc de quaestione. Locus vero quid sit E *hoc modo apparebit. Et accipiamus de illo ab eis, quae existimantur re vera esse ei essentialiter. Dicamus igitur quòd omnes conueniunt in hoc quòd locus primo continet illud, cuius est locus, & non est aliquid illius. Et post, quod primus locus non est maius, aut minus illo. †{Et etiam est extra} aliquod singularium, et separatur ab eo. Et cum hoc, est omne, de quo dicitur superius, & inferius, &* F *vnumquodq; corporum trãsfertur naturaliter ad illud, & figitur in suo loco proprio. & facit hoc, aut superius, aut inferius.*

† a. l. non est extra.

30 Cum compleuit sermones famosos, ex quibus apparet locum esse, & sermones, qui faciunt dubitare in suo esse, & dissoluit quasdã alias dubitationes, incœpit considerare de natura eius, ex rebus essentialib⁹ ei, quę sunt manifestę per se. ex talib⁹. n. reb⁹ potest aliquis scire substantiã eius,

G eius, & soluere oẽs qõnes accidẽtes in eo, illa vero, quę inueniunt' in loco essentialiter, & primo, sunt, sicut dixit, quinq;. Primũ est, ꝙ locus cõtinet locatũ ita, ꝙ nõ est aliquid de locato. & ĩ hoc differt à forma: forma. n. & si cõtinet, tñ non est aliud à locato. & in hoc differt à vacuo: vacuũ. n. non cõtinet. Secundũ aũt est, qm̃ locus est ęqualis locato. Tertium vero est, qm̃ locus separat' à locato. & in hoc ẽt differt à materia, & forma. & hoc intendebat cũ dixit: Est ẽt extra quodcunq; singularium, & separat' ab eis. Et in libro

Illa, q cõpetunt loco eẽntialiter, sunt quinq;.

H Alex. habet' loco istius, [& ẽt nõ est extra aliqđ singularium, & est separatum.] & hoc est magis veũ, sed non est notum per se de loco. illi. n. qui dicunt locum esse vacuũ, separãt loco à locato, & remanet loc' ĩ actu. & Alex. exponit hunc locum. quia Arist. intendebat ꝙ locus non excedit locatum. & exponit ipsum ẽt ſm suum modũ, & dicit ꝙ nõ accidit ei hoc, qđ diximus, s. ꝙ nõ est notum per se de loco. Quartũ vero est, qm̃ dñię loci sunt superius, & inferius. & in hoc differt à vacuo. in vacuo. n. nõ est superius, neq; inferius naturaliter. Quintum vero est,

I qm̃ locus est illud, ad qđ transfert' locatũ naturaliter, & ꝙ ista translatio est quorundã corporum superius, & quorundam inferius. & hoc etiam demonstrat ꝙ nõ est vacuũ. & hoc intendebat, cum dixit & facit hoc, i. facit translationem ita, quòd est causa finalis ei.

Suppositis aũt his reliqua speculari decet. Oportet aũt tentare consyderationẽ sic facere, vt ipsum qđ ẽ reddat', vt et q̃ dubitant' soluant', et q̃ vĩr' ĩesse loco, insint. & amplius, ipsa difficultatis, & earũ, quę circa ipsum, dubitationũ causa erit manifesta. sic enim pulcherrime demonstrabitur vnumquodque.

Oportet igitur nos ponere consyderationem de cæteris, ita, quòd ista sint posita nobis. Et oportet nos quærere, vt perscrutatio nostra sit talis, vt per illam compleatur locus quid sit, ita, quòd omnes qõnes dissoluantur, & illa, q̃ existimantur esse ei, sint, & appareat cum hoc causa difficultatis eius, & in quæstionibus accidentibus in eo hoc igitur modo declarabitur sua definitio melius.

Cum declarauit ꝙ oportet ponere principium perscrutatiõis de loco à prĩcipijs notis naturaliter, deinde cũ numerauit illa, ĩcœpit declarare cuiusmodi op3 eẽ deñõnẽ, quã nitit' dare loco ex istis rebus. cum hoc. n. ꝙ definitio dat quiditatẽ loco, debet habere tria propria, quorũ vnum est, vt per illã dissoluãtur qõnes accidentes in eo. Secundũ vero, vt per illã appareat causa esse rerũ existentiũ in loco per sensum, cã oĩum accidẽtiũ sensibiliũ in eo. definitiones. n. cõpletę innatæ sunt reddere cãm oĩum accidentiu existentiũ in re, sed non conuertitur. qm̃ nõ oẽ, ex quo reddunt' cãę accidẽtiũ, est vera definitio. & iõ existimat' ꝙ hęc est regula destruẽs definitiões, nõ verificãs. Et hoc intẽdebat, cum dixit: & illa, q̃ existimantur esse in eo sunt, s. de causis apparentiũ. Tertiũ vero proprium est vt defi-

A definitione data appareat difficultas accñs in hoc.& hoc ē ꝓpriũ de finitionibus rerum difficili um definiri. Et ista tria necessaria sunt in definitione quęrenda in hoc loco. qm̃, si vnum eorũ diminuitur, aut oĩno non erit definitio, aut, si erit, non erit perfecta.& iō dixit: hoc ergo modo, &c.i. qm̃ perscrutãdo de tali definitione,& sciẽdo illa, declarabit quid sit locus bene, & pfecte.

Nō qreretur locus, nisi mot⁹ aliquis eēt scd̃m locum.

Primum igitur consyderasse oportet, ꝙ non quæreref vtiqȝ locus, si non motus aliquis fm locum esset. pp hoc.n. & cœlũ B maxime in loco putamus esse, quia semper est in motu. Huius autē aliud quidē est latio, aliud vero augmentũ, & decremẽtũ. etenim in augmento, & decremento mutantur, et quod prius erat hic, iterũ translatum est in maius, aut minus. Est autē qđ mouetur, aliud quidē p se actu, aliud vero per accidēs. Eius autem, qđ fm accidens, aliud quidem potest moueri p se, vt partes corporis; & in nauigio cla- C uus, alia vero nō pñt, sed semp fm accidens, vt albedo, & scia. hæc.n. sic mutantur fm locum, quia id, in quo sunt, mutatur.

Vide cōt. Zim.

Dicamus igitur, quoniã sciendum est primo, quòd locus non eēt perscrutandus de illo, si motus nō esset in loco. propter hoc.n. existimamus cœlum proprie esse ĩ loco, quia est semper ĩ motu. Et iste motus alius est translatio, & alius augmentum, & diminutio. res.n. transmutatur secũdũ augmentũ, D *& diminutionẽ. illud igitur, quod hic erat translatum, attribuitur ad vbi minus, aut maius. Motum aũt aliud mouetur per se, et aliud mouetur per accidens. Et illud, quod mouetur per accidens, aliud est, quod potest moueri per se, v.g. membra hominis, & clauus in naui, & aliud non potest, sed semper mouetur per accidẽs, v.g. albedo, & cognitio. ista enim non mutãt sua loca, nisi quia illa, in quibus* E *sunt, transferuntur.*

Cum incœpit perscrutari de definitione loci, incœpit dicere primo illud, qđ mouit hoĩes ad credendũ locũ esse,& est motus localis, & dixit proprie motum,& non quietẽ, licet vtrunq; significet locum esse. quia motus est notior quiete. quies .n. est priuatio,& motus habitus.& dixit: Dicamus igitur, &c.i. sciendũ est ergo, ꝙ causa in hoc, ꝙ hoĩes credunt ꝙ locus est vnũ entium, de quibus perscrutandum est, est motus rei in loco. si.n. hoc nō esset, nō perciperẽt ipsum esse. D.d. propter hoc.n.&c.i. qm̃ propter hoc, ꝙ cœlum mouetur, existimat ex hoc, vt sit in loco.& dixit hoc, quia cœlum habere locũ latet. existimat.n. ꝙ illud, qđ mouetur in loco, debet mutare locum fm totũ,& cœlum non mutat locũ fm totum. & ideo opinatus est Auic. ꝙ non habet motũ in loco. & ponere ꝙ mouet fm partes, & non mouetur fm totum est inopinabile. & ideo Zeno negauit ipsum moueri, † [vt post dicemus.] 32

Mot⁹ est notior qete. nā mot⁹ ē habi- F tus, & qes ē priuatio ex quo vr habitũ notiorẽ esse priuatiōe. §; vid' in stannã. 8. Ph.c. 27. Vide cōt. Zim.

† Cō. 41.

Et,

Tráslatio fecit cognoscere hoíes locum esse. Idé supra cô. 3. & infra 38. 61.

G Et, cum declarauit ꝙ tráslatio fecit homines percipere locum esse, declarauit modos translationis facientis hoc, & dixit: Et iste modus alius est translatio, &c. deinde dixit: & cum illud, quod erat translatum, &c. i. attribuitur ad vbi magnum, & paruũ. & in quibusdam libris loco † [attribuitur (legitur) transfertur.] Et induxit hoc, quia hoc etiam debet prępo ni cognitioni de loco, s. qm̃ loc⁹ ali⁹ est maior, & alius æqualis, & ꝙ ipsum existere in maiori est propter suã existentiã in minori, s. in ęquali, vt dictũ est. & ſm hoc vocauit ęqualem minorem. locus. n. impossibile

H est vt sit minor locato. Aut intendebat augmentum, & diminutioné in exéplari animalis. augmétabile. n. mouetur ad maiorem locum, & diminutum ad minorem locum.

Et, cum declarauit ꝙ motũ, & motus fecerunt homines percipere locũ esse, declarauit modos mobiliũ, vt distinguat ex eis illum modũ, qui fecit homines percipere locum esse essentialiter, & dixit: Motum autem aliud mouetur per se, &c. & intendebat per hoc innuere, ꝙ motũ, quod de necessitate habet locum, est mo-

I tum essentialiter, & ꝙ hoc fecit homines percipere locũ esse. D. dixit: Et illud, quod mouetur per accidés, &c. i. qm̃ membrum, qñ diuiditur à corpore, potest moueri per se quiescente corpore. qñ autem mouetur per motũ totius corporis, mouetur per accidés. & similiter, qñ clauus in naui mouetur per motũ nauis, mouetur per accidés, & qñ mouetur diuisim à naui, mouet̃ per se. & iste modus moti per accidés est pars, cui attribuitur motus propter hoc, quod attribuitur toti. qm̃ id, quod mouet̃ per accidés, est duobus modis, sicut K dixit. Vnus est, vt motus attribuatur parti propter hoc, ꝙ attribuit̃ toti. & istud motum quidé per accidés potest moueri essentialiter, qñ pars diuiditur a toto, & fit totum per se.

Pars, qñ diuidit̃ a toto. & fit totũ, pôt per se moueri. Idé 5. physi. cô. 1.

Secundus vero est, vt motus attribuatur accidenti rei motæ, vt cũ attribuitur albedini, & nigredini. & tale motũ per accidens impose est vt moueatur in aliqua hora per se, cũ accidentia, & vniuersaliter oĩa, quæ sunt in substantia; non possint separari. & ista dispositio est oĩum formarum; quæ existunt in subiecto. & fuit dictum de hoc modo moueri p̱ accidens, sicut dixit. qm̃ ista non dicuntur mutare locũ, & moueri, nisi quia illud, in quo sunt, mutat locũ per se, & transfertur, sicut pars transfertur p̱ translationem totius, & albedo per translationem corporis.

Accidentia, & vi oĩa, qu sunt I su stantia, cut form in subiecto, imp sibile

L

vt p̱ se ueri sint Id ph. c. 1. 6. ph. 86.

Quoniam autem dicim⁹ esse in cœlo, vt in loco, quia in aere, hic autem in cœlo est, & in aere autem non toto, sed propter vltimum ipsius, & continens, in aere esse dicimus. si. n. totus aer sit locus, non æqualis erit vniuscuiusq; locus, & vnumquodq;. vi- M **detur autẽ æqualis esse. talis autem est primus, in quo est.**

Et dicimus aliquid esse in cælo, intendendo ipsum esse in loco, quia est in aere, & aer est in cælo, & dicimus ipsum esse in aere, nõ quia est in toto aere, sed quia vltimum eius, et illud, quod continet ipsum, est in aere. &, si totus aer esset locus eius, tunc locus cuiuslibet, & quodlibet non essent æqualia. &

hoc

A *hoc existimatur. & haec est dispositio primi loci, in quo est res.*

33 Vult declarare quid sit locus ex illis principijs manifestis per se, & incœpit in hoc etiam a principio manifesto per se, & est, quoniam locus alius est primus, & alius secundus, & res est in secundo, quia est in primo, & dixit: Et dicimus, &c i. & est manifestū per se de loco. quoniam quandoque, dicimus aliquid esse in cœlo, i. in mūdo, quia est in aere mundi, & est in aere, quia est in vltimo fine continente ipsum. Et, cum posuit quod finis aeris, alia est

B propria rei, quæ dicitur esse in aere, & alia est cōis, quæ continet ipsum, & aliud. v. g. finis totius aeris, incœpit declarare quod ex quibusdā alijs propositionibus sequitur, vt locus non sit finis cōis, s. ex propositione, dicente quod loc⁹ debet esse æqualis, & dixit: &, si totus aer, &c. i. &, si totus aer esset primus locus rei, quę dicitur esse in aere, tunc locus rei, & res, quæ est in eo, non essent æquales: sed existimatur hoc esse necesse, s. locum, & locatum esse ęqualia. & hoc intendebat, cum dixit & existimatur, i. & scitur necessario. Et forte vocauit existi-

C mationem hoc, quia est de genere propositionum, quæ declarātur per modicam persuasionem. Et forte fecit hoc, quia istis propositionibus accidit quod sunt famosæ, cum hoc, quod fuerūt necessariæ. & multotiēs fecit hoc Ari. Et cōpositio istius sermonis est sic in secunda figura. Primus locus est æqualis: & aer secundum totū nō est ęqualis: ergo aer nō est prim⁹ loc⁹. D. d. & ista est dispositio primi loci, i. quo ē res, i. & ęqualitas, est dispositio primi loci, qui ē vltimi finis aeris continentis locatū: ex quo sequitur vt ista vltima sint locus, non vltima cōia. Et compositio istius sermonis est ex duabus affirmatiuis in figura secūda. et forte fecit hoc, quia locū esse æqualē locato est propriū loco. & quoniam conuersio in talibus propositionib⁹ est manifesta per se, possibile est vti in demonstrationibus: quoniam tunc potest reuerti ad primā figuram. quoniam, cum tales propositiōes cōponuntur in prima figura, tunc maior propositio erit prædicabilis nō secundum naturam: & ideo componitur in secunda figura. Sed forte conuersio in hoc non est manifesta per se. existimatur. n. quod inane, quod est inter vltimos fines aeris, est et ęquale. & ideo inducit post alia principia, ex quibus declarat quod nō est inane. & secundum hoc, cum dixit & ista est dispositio primi loci, nō intendit declarare quod primos locus, s. vltimus finis aeris est locus in rei veritate, sed intendebat declarare quod qui ponit locum esse vltimum finem, cōceditur ei hæc propositio, s. dicens locum esse æqualē, & non negatur ei, sicut accidit dicentibus locum esse totum aerem. & intendebat per hoc notificare quod illa omnia principia nō concedunt, nisi ponētibus locū esse vltimū finis aeris, & continentē locatū.

Existimatio quot modis sumitur apud Philosophū, vide hic, & 1. de aia. cō. 19. & 2. de aia. 52.

D Quando termini sunt conuertibiles. & conuersio est manifesta per se, licet arguere ex ambabus affirmatiuis in. 2. figura. Idē. 2. phy. cō. 23. Idē hic supra cō. 33. & infra c. 42.

E

F

Cum igitur non diuisum est quod continet, sed continuum, nō vt in loco dicitur esse in illo, sed vt pars in toto. cū vero diuisum est, & tāgens, in primo quodam est, vltimo continentis, quod neque pars est eius, quod in ipso est, neque maius spacio, sed æquale. in eodem. n. sunt vltima se tāgentium. Et, cum continuū sit, non in illo mouetur, sed cū illo:

diui-

G diuisum autẽ in illo. Et, siue moueatur continens, siue non, nihil minus. Amplius autem, cũ non diuisum est, vt pars in toto dicitur, vt in oculo acies, & in corpore man⁹. cum autem diuisum est, vt in cado aqua, aut in fictili vinum. manus enim cum corpore mouetur, aqua autẽ in cado.

Cum igitur continens non fuerit diuisum, sed continuum, non dicemus quòd illud est in eo, sicut aliquid est in loco, sed sicut pars in toto.
H *&, cum fuerit diuisum, sed continens, tunc est in vltimo continentis, sicut aliquid est in primo loco, et hoc non est pars illius, in quo est, quod est in eo, neq; maius, sed aquale. quoniam vltima continentium sunt in eadem dispositione. Et, cum fuerit continuum, tunc motus eius non erit in eo, sed cum eo. Et, cũ fuerit diuisum, mouetur in eo, & non mouetur cum eo, nisi continens moueatur, quòd non dicunt. Et, si non*
I *mouetur, & etiam cum non fuerit diuisum, dicetur ipsum esse quasi pars in toto. v. g. quoniam visus est in oculo, & manus in corpore. &, cum fuerit diuisum, erit sicut aqua in cypho, & vinum in dolio. manus enim mouetur cum corpore, & aqua in cypho.*

34 Cum declarauit φ locus impossibile est vt sit finis cõmunis locato, & alij: quoniam locus est æqualis, & finis cõis nõ est æqualis: incœpit declarare etiam φ iste finis, qui existi- K matur esse locus, s. cõtinens, & æqualis, nõ est forma, neq; aliquod continuum cum illo, quod est in eo, sicut est dispositio in parte cum toto. & intẽdebat distinguere per hoc inter locatũ esse in corpore, quod est vbi ei⁹, & inter partẽ esse in toto, ex hoc, φ prius posuit. q. s. aliquid esse in loco est sicut aquam esse in vase. Et dixit: Cum igitur continens, &c. i. &, cum posuerimus φ locus est continens, & continens est duob⁹ modis, aut continuum cum locato, aut diuisum ab eo, sed continens, cum posuerimus φ locus est continens con- L tinuum. v. g. superficies corporis, tũc illud corpus non erit in loco continenti, sicut aqua in vase, & si sit verum tunc ipsum esse æquale, sed est quasi pars in toto. et iam diximus φ locus non est talis. &, cum continẽs fuerit diuisum, & contangens, tunc dicetur φ locatum est sicut aqua in vase, & φ est æquale. cõtinens igitur dicit̃ de tribus, de fine cõtangenti, & de non contangenti, & de forma. & æqualitas fall. cui in fine nõ contangenti, & est vera de contangenti. & dicere aliquid esse ĩ loco, sicut aqua in vase, est verum de fine contãgen- M ti, & non contangenti, & fallit̃ in forma. & facit differentiã inter locatũ esse in corpore, quod est suũ vbi, & inter partẽ esse in toto: ergo id, de quo vere dicunt̃ ista tria principia, est finis cõtangens. & continẽs fallit̃ de inani, qđ est inter superficies vasis continentis aquam, quod imaginat̃ esse locus apud dicẽtes vacuum esse: ergo hæc tria principia non vere dicũtur nisi de fine continẽti. Et forte illud, quod cõgregat̃ ex eis est proprium fini contangenti, & conuertitur

Continens dicitur de tribus.

A uenit de illo, ita, quod declaratio sit talis. Locus est continens, & equalis, & res est in eo, sicut aqua in cypho: & quod habet istas tres dispositiones est finis contangens: ergo locus est finis contangens. & ideo dixit post.

Traditur definitio Loci, & ex dictis propositionibus notificatur quid sit. Ca. 7.

IAm igitur manifestum ex his quid est locus. Quatuor.n. ferè sunt, quorum necesse est locum vnum aliquid esse. aut.n. forma est, aut materia, aut spacium aliquod medium extremorum, B aut extrema, si nō est vllum spacium præter inexistentis corporis magnitudinem. Horum autem, quod tria non possint esse manifestum est. Sed, propterea quod continet, videtur Forma esse. in eodem.n. sunt extrema continētis, & contenti. Sunt igitur vtraque termini, sed non eiusdem: sed forma quidem rei, locus autem cōtinentis corporis.

In eodem sunt extrema continentis, & contenti.

Apparet igitur ex hoc quid sit locus. sunt enim Quatuor, quorum locus dignius est, vt sit aliquis eorum. C est.n. aut forma, aut materia, aut aliqua dimensio inter fines, aut finis, si nulla est dimensio præter dimensiones corporis, quod est in re. Et manifestum est quòd impoßibile est vt locus sit aliquod istorum trium. Sed propter cōtinentiam videtur esse Forma. fines.n. cōtinentes, et cōtenti sunt insimul. Dicamus igitur, quoniā sunt ambæ fines, sed nō fines eiusdē, sed forma est finis eius, quod cōtinetur, locus vero est finis corporis cōtinētis. D

35 Dicit: Apparet igitur ex prędictis, & ex hoc, quod dicā quid sit locus. locus n. si est necesse vt sit vnū Quatuor, s. aut materia, aut forma, aut inane, aut dimēsio, quę est inter superficies vasis. & hoc intendebat, cū dixit aut dimēsio inter fines, i. inter superficies cōtinentes locatū, aut vt locus sit ipsę superficies cōtinentes. D.d. si nulla fuerit dimēsio, &c. i. si nō fuerint hic dimēsiones tres separatę, i. existētes per se, pręter dimēsiones corporis locati. dicētes.n. locū esse vacuū dicūt tres dimēsiones esse nō in subiecto, E in quib. subijciuntur dimēsiones corporis. D.d. Et manifestū est, &c. & intēdit per tria, formā, & materiā, & dimēsiones, quę dicuntur vacuum. & ipse intendit declarare etiā cum destructione vniuscuiusq; istorū triū similitudinē inter vnūquodq; eorū, & locum, vnde existimatur vnūquodq; locum esse. & incœpit dare causam, ex qua existimatur quod locus est Forma, & dixit. Sed propter continentiā, &c. i. sed propter hoc, quod locus existimatur cōtinere, & forma existimatur cōtinere etiā, s. superficies corporis locati, i. F quia dicitur in definitione corporis, quod est illud, quod continetur ab vna supficie, aut superficiebus. D. incœpit dare differentiā inter hunc finem, & finē, qui est locus, & dixit: Dicamus igitur, &c. i. quoniam superficies corporis cōtinentis, & superficies corporis cōtenti, licet conueniant quod sunt finis, & superficies & continens, tamen non sunt finis eiusdem. quoniā forma est finis corporis, & eius terminus, locus autē est finis corporis continentis corpus habens formam.

Cōtinere loci, & formæ diuersa.

Ex

59 Et alij describunt ipsum, ꝙ est illud, in quo nihil est demonstratū, neq; accidens, neq; substātia corporalis. &, quia ista descriptio cōuenit materiæ, putauerūt quidā ꝙ materia, & vacuum sunt idē, sicut existimauerunt ꝙ locus, & materia sunt idē. & innuit, vt mihi videtur, Platonem. D. d. & nō bene dixerūt, &c. i. & nō bene existimauerūt. qm̄, cum dicimus ꝙ in materia nihil est demonstratū in actu, non intelligim⁹ ꝙ possit denudari à rebus demonstratis in actu, sed intendimus ꝙ in sua essentia nō est aliquid demonstratū, neq; est in se aliquod demōstratum. qm̄, si ita esset, nō reciperet res demōstratas. vacuū vero ē illud, in quo nō est aliquid demōstratū ita, ꝙ vacuum inuenitur separatū à rebus demonstratis, qn̄ dicit vacuū.

H

Plato existimauit ꝙ loc⁹, & mā sit idē consiste supra. cō. 16

I

Quomodo intellr dictū cōe, vz, quod I mā nihil ē demōstratū I actu.

Quoniam autē de loco determinatum est, et uacuum locum necesse est esse, si sit, priuatū corpore, locus autem & qūo est, & quomodo non est, dictum est, manifestum est ꝙ sic quidē vacuum non est, aut separatū, aut inseparabile. vacuum enim nō corpus, sed corporis spatium esse volunt.

Et iam determinauimus de loco, et est necesse in vacuo etiam, si est poßibile, vt sit locus, qui caret corpore, & iam narrauimus locū quomodo est, & quomodo nō, manifestum est quòd vacuum, quod dicitur hoc modo, non est separatum, neq; non separatum. vacuum enim non est apud eos corpus, sed dimensio sine corpore. K

Cum destruxit descriptiones dictas de vacuo, incœpit declarare ēt ꝙ illud, qđ dicit in pscrutatione de loco, destruit descriptionē verā vacui, quę est ipsum esse dimensionē, in qua nō est corpus, & dixit Quia iam determinauimus, &c. i. &, quia iam declarauimus locum quid sit, & qūo est: quia declarauimus ꝙ est primū cōtinens extraneū: & ꝙ non est hoc, dimēsio existēs p se separata à corporibus, neq; non separata, sed mixta cū eis. & vacuum, si sit, nihil aliud est q̄ dimēsio separata: manifestum est ꝙ vacuū non est. Et, cū dixit separata, neq; nō separata, intendit fm opinionem dicentium ꝙ vacuū est separatū à corporibus, & fm opinionē dicentiū ꝙ est mixtum cū corporibus, & non separatū ab eis. &, cum dixit vacuum enim apud eos, etc. innuit etiam modum, ex quo contingit vt nō inueniatur dimensio per se. illud enim, quod inuenitur per se est corpus, dimensiones vero inueniuntur in corporib⁹. &, quia vacuum est dimēsio existēs per se, sequitur vt nō sit: quoniam, si esset, tunc prædicamentum quantitatis esset separatum, & tunc quātitas esset separata à substantia.

60

L

M

Qua-

A Quapropter & vacuum videtur aliquid esse, quia & loc⁹, et per eadem. venit enim mot⁹, qui ſm locum est, et ĳs, qui locũ dicunt esse aliquid præter incidẽtia corpora, & ĳs, qui vacuũ. causam autem motus putãt esse vacuum, sic, vt in quo mouent. hoc autem tale erit, qualem locum dicunt quidam esse.

Et ideo dicũt quòd vacuum est aliquid, quia locus etiã est aliquid, & eisdem causis dicunt hoc quòd
B *vacuum est. motus enim in loco coegit dicentes locũ esse aliquid aliud a corporibus, quæ subyciuntur in eo, ad dicendum hoc, & coegit dicentes vacuũ esse ad dicendũ hoc. qui.n. existimauit vacuũ esse causam motus, existimauit ipsum esse illud, in quo mouetur res mota. & ideo dixerũt quidam quòd hoc est tanquam locus.*

61 Idest, &c, quia existimãt ꝙ locus, & vacuum sunt idem, & locus apud eos est aliquid, existimant etiã hoc
C modo vacuũ esse aliquid, i. ens D.d. per easdem causas, i. & per easdem causas crediderunt locum esse, & vacuum esse, & existimauerunt ea esse vnũ ſm subiectum. & duo ſm modũ. D. dedit causam. ex qua existimauerũt hoc, & dixit mot⁹ enim in loco coegit, &c. i. qm̃ motus est illud, quod induxit hoĩes ad credendum locum esse, & vacuum esse. sed opinari locũ esse propter motũ est vera opinio, opinari vero vacuum esse ꝑpter motũ est falsum, & similiter hoc, quod opinantur ex hoc, ꝙ vacuũ est locus, est falsum. D.d. qui
D enim existimauit, &c. i. qui enĩ existimauit vacuũ esse causam motus, existimauit hoc, quia reputauit ipsum esse illud, in quo res mota mouetur, sicut reputat de loco. & ideo dixerũt ꝙ vacuũ, & loc⁹ sunt idẽ. Et, cũ dixit ꝙ mot⁹ induxit eos ad dicẽdũ vacuũ esse, icepit cõtradicere eis.

[Margin: Crediderunt Antiqui locũ, & vacuũ idẽ esse ſecundũ subiectum. Idẽ 3.c. 50 & infra. 65. Mot⁹ est illud, qđ induxit hominẽ ad credendũ locũ eẽ, & vacuũ eẽ.]

[Margin: Sed opinari locũ eẽ pp motũ ẽ vera opinio: opinari vero vacuu eẽ pp motũ, est falsum. Idẽ supra. cõ. 3. & 38 & ibi.]

Nulla autem necessitas est, si motus est, esse vacuũ. omnino igit omnis motionis, nequaq̃. quocirca & Melissum latuit. alterari nãq; potest plenum. Sed neq; ſm locũ motũ. simul.n. ce-
E dere sibi inuicẽ contingit, nullo existẽte spatio separato, præter corpora mota. atq; hoc manifestũ ẽ & in cõtinuorũ reuolutionib⁹, vt & in ĳs, q̃ sũt hũidorũ.

Et non est hic necessitas cogẽs, si fuerit motus, vt vacuum sit. quoniã vniuersaliter nõ est hoc necessarium de omni motu. & hoc ignorauit Melissus. possibile enim est vt plenũ alteretur. Et postea, quoniã neq; est necessariũ in motu loca li. possibile enĩ est ut ambo cõgregẽ-
F *tur. et sic corpora mobilia cedãt sibi in locis adinuicẽ, absq; eo, quòd hic sit dimẽsio separata, præter dimensionẽ eorũ. et hoc est manifestũ in cursu corporũ cõtinuorũ, et similiter ẽt in cursu corporũ hũidorũ.*

Dixit Et nõ est hic necessitas cogens, si motus fuerit, vt sit vacuum. 62
Primo vero, qm̃, si vtamur motu vlr, & cõmuni, hoc manifestum est. s. ꝙ vacuum nõ est necessarium in omni motu. motus enĩ alteratiuus,

aut

G au. Idiget pleno de necessitate, aut nullus existimat ipsum indigere vacuo. & hoc est manifestum per se. & hoc ignorauit Melissus, cum dixit ꝙ totũ est immobile quolibet genere motus, quia nõ est vacuum. Et, cum declarauit ꝙ manifestum est per se, ꝙ non omnis motus facit existimari vacuũ esse, incœpit declarare etiam ꝙ neq; ex motu in loco sequitur vacuum esse, & dixit Et postea, &c. i. & postea, si concesserim⁹ ꝙ ipsi non probant vacuũ ex omni motu, sed ex motu locali, apparebit etiam ꝙ hoc non sequitur etiam in

H motu locali. qm̃ possibile est motu localẽ esse sine vacuo. & hoc intendit, cum dixit possibile enim est vt duo congregentur, s. motum esse, & vacuũ nõ esse. D. d. quomodo, & dixit & sic corpa mobilia cedant sibi, &c. i. & hoc erit ita, ꝙ omnia corpora mobilia, quando aliquod corpus eorũ mouetur, cedat ei ĩ loco aliud corpus, ad quẽ trãsfert̃, & illi aliud, absq; eo, ꝙ ibi sit dimẽsio separata, in qua motum moueatur præter di-

Prĩa expõ. mensionem corporũ mobiliũ. Deinde narrauit ꝙ iste modus qualitatis trãslationis mobiliũ manifesti⁹

I est de causis sensibilibus, & dixit & hoc manifestũ est in cursu, &c. & intendit per corpora cõtinua contangentia. ista. n. qn̄ mouentur, cedunt sibi adinuicem: &, si non, impediret̃ motus. & intẽdit per corpora humida motum partium aquæ, & aeris. partes enim istorum mouentur, qn̄ cedunt sibi in loco adinuicẽ: & similiter ista corpora cedunt in loco naturaliter rebus, quæ mouent̃ in eis,

Secũda expositio. s. mobilibus in aqua, & aere. Et forte intẽdit per hoc, quod dixit in cursu corporũ continuorum, corpora mobilia sm̃ partes, sicut aqua, & K aer, & per hoc, ꝙ dixit & similiter in cursũ corporum humidorum, intẽdit ꝙ hoc manifestum est etiam in cursũ corporum humidorum, s. qm̃ motus eorum est per motus rerum, in quibus mouentur.

Contingit autem & densari nõ in vacuum, sed propterea ꝙ ea, quæ insunt, elabunt̃: vt, aqua collisa, aerem, qui inest. Et augmentari, non solũ ingrediẽte aliquo, sed & alteratiõne, vt si ex aqua fiat aer. Omnino autẽ de augmẽtatione ratio, & de aqua in cinerẽ infusa, ipsa seipsam impedit. aut enim nõ auget̃ quodlibet, aut non corpore, aut contingit duo corpora in eodẽ esse. Dubitationẽ igitur communẽ volunt soluere, sed nõ vacuum demonstrant ꝙ est, aut totũ corpus vacuum esse necessariũ est, si penitus augetur, & augetur per vacuum. eadẽ autem ratio & in cinere est.

Augmẽtati cõtigit. L nõ solũ in grediente aliquo, sed & alteratione.

Et possibile est etiam corpus cõdensari non ad vacuum, sed quia illud, quod est in eo, dissoluitur, & M *exit ab eo. v. g. quoniam, quando aqua, dissoluitur, et exit ab ea aer, qui est in ea. Et possibile est corpus augeri, quia aliquid intrat ipsum tantum. sed augetur per alterationem etiam. v. g. quando aer generatur ex aqua. Et uniuersaliter sermo de augmẽto, et sermo de aqua, quæ funditur in cinerem, destruũt se adinuicem. quoniam aut nihil augetur,*

A *augetur, aut augmentum eius nõ fiet per corpus, aut duo corpora cõgregantur in loco. Ipsi igitur per hoc, quòd dicunt, non declarant vacuum esse, sed quærunt dissoluere quæstionem communem nobis, & illis. & oportet etiam ut corpus sit vacuum, cum totum augetur, & augmentum fit mediante vacuo. & hoc idem dicimus de cinere.*

63 . Cum declarauit ꝙ non sequitur, si motus sit, vt vacuum sit, vt probantes vacuum esse existimauerunt, incœpit etiam declarare ꝙ neq; etiã sequitur ex dẽsitate, & raritate, neq; ex augmẽto, & dixit. Et possibile est etiam corpus condensari nõ ad vacuum, i. & possibile est existimari ꝙ corpora condensentur sine eo, ꝙ vacuum sit impositum in ipso. & hoc intelligitur vt à corpore cõtradensato dissoluantur quædam partes, & exeunt ab eo: & sic constringuntur partes residuæ ad loca illarum partium: & sic corpus fiet minoris quãtitatis absq; eo, ꝙ imaginetur ꝙ inter partes ei⁹ sunt foramina vacua, ad quæ constringuntur partes eius apud dẽsitatem. v. g. ꝙ, quãdo aqua exprimitur, reuertitur in minorem quãtitatem: quia partes aereæ mixtę cum ea dissoluunt ab ea. & sic in lana, & filtro. & possibile est ꝙ densitas accidat non propter exitũ partium, sed ex alteratione tantum, quando corpus maioris quantitatis transfertur in minorem quantitatem. & similiter possibile etiam est, vt magnitudo eius crescat absq; eo, ꝙ admisceatur ei aliquid extrinsecum: vt aqua, quæ transmutatur in aerem. & hoc intendebat cum dixit Et possibile est corpus augeri. &, quia hoc dicitur augmentũ transumptiue: augmentum enim in rei veritate non est nisi in animato, & per aliquod extrinsecum: & declarare quomodo sit augmentum verum manifestum impertinens est hic, incœpit declarare ꝙ quæstio de augmento non dissoluitur ex positiõe vacui: sed remanet super illos, sicut remanet in hoc loco sup nos, & dixit Et vniuersaliter, &c. i. & vniuersaliter quæstio de augmento, & de aqua, quæ funditur in cinere, remanet, licet ponatur vacuum. continget enim, si corpus augetur per introitũ alterius corporis in ipsum, & augmentum est in omnibus partibus augmentabilis per introitum alicuius extrinseci, quod non possimus dicere ꝙ omnes partes corporis sunt vacuum. qm̃, si ita esset, non esset illic corporeitas omnino. ergo quæstio remanet supra illos, sicut super nos. sumus igitur inter tria. qm̃ augmentũ aut negabimus esse: aut negabimus ipsum fieri per additamentum corporis extrinseci: aut, si concesserimus, habebimus pro possibili corpus penetrare corpus, D. d. Ipsi igitur per hoc, quod dicũt, &c. i. & maximum, quod faciũt, est quęrere à nobis dare causam augmenti non aliud. qm̃, cũ declarauim⁹ ꝙ vacuũ nõ sufficit in dãdo cãm augmẽti, oportet nos dare cãm illi⁹. Deinde notificauit qũo remanet sup eos, & dixit & oportet ẽt vt totum corp⁹, &c. i. & necesse est vt totũ corpus sit vacuũ, si posuerim⁹ ipsum augeri p oẽs partes: & augmentũ fit p introitũ partiũ corporis, qd est ex extrinseco in locis vacuis augmẽtati:

D Augmẽtũ in reb⁹ in aïatis dicitur trãsũptiue: augmẽtũ enim in rei veritate nõ ẽ, nisi in aïato corpe. Vide pro hoc. 1. cœli. cõ. 23.

B C E F

G qm̄ corpus ipsum non augmentat̃ in oībus partibus, sed in quibusdā: qm̄ adduntur in eo partes, quę ante non erāt: & hoc est additio, nō augmentū. D.d. & hoc idē dicimus de cinere, i. per positionem vacui etiā non dissoluit̃ questio de cinere, nisi totum vas esset vacuū. qm̄, cum fuerit positum ꝙ tm̄ capit de aqua cū cinere, sicut sine aqua. & vacuum, qđ est in cinere, est min⁹ necessario q̄ inane totius vasis, remanebit qđ.

Destruitur sermo probantium Vacuum per motum, ex ipso motu. Cap 3.

H QVod igitur ea, ex quib⁹ demonstrāt vacuū esse, soluere facile sit, manifestum est. Quod autem non est vacuum sic separatū, vt quidam dicunt, dicamus rursum. Si enim est vniuscuiusq; simplicium corporum latio aliqua natura, vt ignis quidem sursum, terrae autem deorsum, & ad medium, manifestum est ꝙ vacuū non erit causa lationis. Cui⁹ igitur causa erit vacuum? videtur enim esse causa motus secūdum locum. huius autem non est.

I *Manifestū est igitur quòd sermo eorum de vacuo destrui facilis est ex illis rebus, quibus probant ipsum esse. Et nos narrauimus prius quòd non est hoc vacuum separatum, vt quidam dicunt. Dicamus igitur quoniam, cum vnumquodq; corporum simplicium habeat aliquam translationem. v.g. ignis superius, & terra inferius, et ad medium, manifestum est quòd non est rectum vt vacuum sit causa translationis. Quis igitur motus potest aliquis dicere quòd vacuū est eius causa? cum non existimetur quòd sit causa alicuius, nisi motus in loco, et nō est causa nisi istius motus.* K

Idest manifestū est igitur ꝙ sermo eorum in probando vacuū per motū destruetur ex ipso motu. 64 apparet. n. ꝙ ex motu non sequitur vacuum esse, immo ex illo destruitur vacuū. Et dixit. Dicamus igit̃, &c. i. apparet ex isto sermone ꝙ nō intendit in eo destruere vacuū, vt promisit in principio sermonis, L s. destruere rationē eorum de vacuo. destructio. n. adueniēs super rōnem eorū fuit destructio consecutionis, quam existimabant esse inter motum, & vacuum. iste vero sermo est destructio eius, ꝙ vacuū sit causa mot⁹ sm̄ finem. 42 quasi igitur in primis sermonibus declarauit ꝙ vacuū nō est cā formalis motus: & in hoc sermone declarauit ꝙ non est causa finalis.

Et sermo syllogisticus cōponitur sic. Si vacuū fuerit causa motus, sm̄ ꝙ locus est nobis causa ei⁹, ꝙ trāslatio alia est ad superi⁹, & alia ad inferius: M &, si fuerit causa diuisionis trāslationis, erit diuersę naturę nō cōsimilis: sed est cōsimilis naturę: ergo non est causa translationis: &, cum non fuerit causa trāslationis, nō erit causa motus sm̄ finem. Sed causa, quam ipsi dicunt de vacuo, non est ista. qm̄ causa, quā ipsi fingebāt de vacuo, quasi ē causa naturalis, s. causa, per quā aptatur mot⁹. & ideo incœpit declarare ꝙ īpossibile est motum fieri in vacuo: & etiam fingūt ipsum esse causam leuitatis, & ī le-

uium

Vacuū ē cōsimilis naturæ. Idē supra cō. 36. & 42. Sed vide oppositū sup. cō. 48 vbi habet quòd in vacuo nō est nā vnigenea, neq; diuersa.

A num causam grauitatis. Et apparet ex hoc sermone bene q vacuũ nõ est locus. qm̃, si vacuũ esset loc⁹, in quo non est corpus, & trãsfertur ad ipsum corp⁹, essent in eo supius, & inferius: sed in eo non sunt superius, & inferius: ergo in eo nõ est locus. &, cũ non fuerit locus, non erit ens. qm̃ in definitione eius dr̃ q est locus. & hoc intẽdebat per hũc sermonem. & sermo eius erit talis. manifestum est q vacuũ, cum non fuerit locus, ad quẽ trãsferunt corpora naturalia, non erit ens. & forte, quia sermo cõtinet duas cõclusiones insimul, pmisit in principio sermonis primã conclusionẽ, & propalauit in ipso sermone secundã conclusionẽ, & demõstrauit per hoc, q sermo cõtinet duas conclusiones insimul. & hoc fm suũ morem in abbreuiatione. D. d. Quis igitur motus, &c. i. &, cum sit declaratum q nõ est causa motus, qui existimat q est dignius vt vacuũ sit causa eius, s. motus translationis, sequit vt non sit causa alicuius motus oĩno: &, cum non fuerit causa illius, non sequitur ex positione motus vacuũ esse, sed ecõtrario, s. vacuũ non esse. Et Alexã. exponit hunc locũ ita. q, si natura sit causa translationis corporũ naturaliũ, vacuũ nõ est cã trãslationis: &, cũ non fuerit causa trãslationis, nõ erit causa alicuius. &, cũ non fuerit causa alicuius non erit ens oĩno. & ista cõtradictio est propria ponentibus vacuũ, quia est causa agẽs translationis ad superius nõ ponẽtib⁹ ipsum causam materialẽ trãslationis.

Vide contradictio. Zim. Documẽtũ.

B

Expõ. Ale. C

Amplius, si est aliquid, vt locus priuatus corpore, cum est vacuum, quo mouebitur impositum in ipso corpus? non enim in omnem partem. Eadem autẽ ratio & ad eos, qui locũ esse qd separatum putant, in quẽ id fertur, † { quod fert. } quomodo nanq fertur positum, aut manebit? Et de ipso sursum, & deorsum, & de vacuo conueniet eadem ratio merito. vacuũ enim locum faciunt, qui esse dicũt. Et quoniam modo inerit, aut in loco, aut in vacuo? non enim contingit, cum totum positum fuerit, vt in separato loco, ac permanente, corpus aliquod. pars enĩ, nisi seorsum ponatur, nõ erit in loco, sed in toto. Ampli⁹, si neq locus est, neq vacuum erit.

D

† a. l. non hẽt (quod fertur)

E

Et etiam, si vacuum sit, sicut locus commune corpori, cum fuerit positum in vacuo aliquod corpus, quò igitur attrahitur? impossibile enim est vt attrahatur ad ipsum totum. Et per hunc eundem sermonẽ cõtradicetur illis, qui existimãt locũ esse aliquid separatũ, ad quod fiet & translatio. quæretur igitur ab eis quomodo sit attractio corporis positi ĩ eo, aut quies eius. Et quæritur de superiori, et inferiori, sicut fuit quæsitum in vacuo. necesse est enim vt sermo de illo sit sicut sermo de vacuo. dicentes enim vacuum esse ponunt ipsum locum. Et quæritur etiam quomodo erit aliquid in loco, aut in uacuo. hoc enim non adaptatur, quãdo totum illius rei fuerit positum in loco separato.

F

G *& illud corpus totale fuerit permanens. pars enim si non ponatur per se, non erit in loco, sed in suo toto. Et etiam, si locus non fuerit, non erit vacuum.*

65 Expositio Auer. Hæc est Secūda declaratio, ꝙ vacuum separatum non est. & differt à prima, qm̄ in prima posuit vacuū esse non cōsimilium partium, & ꝙ in eo non est potentia similis moto. ita, ꝙ motū attrahatur ad ipsum ex illa potētia, sicut attrahit᷑ ad cōtinens sibi propriū, in hac vero quasi H cōcedit ꝙ in vacuo est potētia similis moto, & ꝙ motū attrahitur ad illam. sed, cum hoc fuerit positum: & fuerit manifestū ꝙ, si ī vacuo sit potentia cōsimilis, necesse est, cū idem corpus fuerit positū in vacuo, aut vt nō moueatur oīno pp ęqualitatē attractionis ex qualibet parte ęqualiter. aut vt moueat᷑ ſm totū ad loca cōtraria, aut diuidat᷑: sed ipsum ſm totū moueri ad loca cōtraria est impossibile: & ipsum ēt quiescere in oī loco est impossibile; & diuisio ei⁹ ēt nō sentit᷑. Et ipse expressit in hoc I sermone primā istarū diuisionū, & tacuit duas, quia intelligunt᷑ ex dictis. Et forte cōtentus est in hac diuisione. & erit argumentū per se, s. qn̄ motus naturalis fuerit cōsyderatus in eo tm̄. quasi. d. & etiam argumentū ſm est. qm̄, cū posuerim⁹ ꝙ hoc nomē vacuū significat locum corporis, & posuerim⁹ ipsum, ſm ꝙ est loc⁹, habere potentiā, per quā attrahūtur ad ipsum corpa, quę quiescūt in eo naturaliter, cū fuerint in eo, & mouent᷑ ad illud, cum fuerint extra, ad modū eius, quod sentit᷑ de loco, & posuerim⁹ in hoc vacuo aliquod corpus, non poterimus dicere K ipsum moueri naturalr̄ p attractionem eius à continente, sicut dicim⁹ hoc de loco. sequit᷑ enim ex hoc vt idem corpus ſm totum moueat᷑ ad loca cōtraria. Et Alex. exponit hūc Exp͡s Ale. locum ita, ꝙ illud, quod sequitur in eo, non sequitur, nisi quia vacuū ponitur infinitū, sicut sequitur in Tertio, vt motus non sit in corpore infinito. & coegit ipsum ad hoc, ꝙ expositio nostra, existimatur ꝙ Arist. diceret eam post pro ratiōe alia ab ista. D. d. Et per hunc eundē sermonem, &c. i. & illud, quod cōtingit dicentibus vacuum esse ex hoc, s. qm̄ L in eo non erit superius, & inferius naturaliter, neq;, aliquid, propter qd̄ eadem res quiescit in alio loco, & moueatur in alio, contigit idem ponentibus locum esse dimēsiones separatas à materia. D. d. Quærit᷑ igitur ab eis, i. qm̄, cum interrogantur de causa, quare quædā corpora mouentur in aliquo loco, & quiescunt in alio loco, non possunt dare causam. dimensiones. n. qn̄ abstrahuntur à materia, non habebunt potentiam, ne dum vt habeant potentiā Dimēsiones, qn̄ abstrahunt᷑, nō hn̄t potentiā, ne dū vt habeāt potētiā nō cōsimilē. Vide consil᷑ s. cō. 48. non consimilem, ita, ꝙ faciāt quietem in vno loco, & motum in alio. M & similiter etiam, quando interrogantur de differentijs, quibus locus diuiditur in superius, & inferius, nō possunt dare aliquid ex dimensionibus. & totum hoc est cōtrarium ei, quod accidit dicentibus locum esse vltimum continens. Et, cum declarauit ꝙ idem impossibile contingit dicentibus locum esse dimensiones, & dicentibus vacuum esse, dedit causam in hoc, & dixit necesse est enim. &c. i. & hoc impossibile contingit vtrisq;, qm̄ ambo ponūt

vacuum,

A vacuum, & locum esse dimẽsiones, qm̃ non differunt apud eos, nisi ſm modum, ſ. quia, cũ accipitur, ſm ꝙ in eo existit corpus, dr̃ locus, &, cum accipitur, ſm ꝙ in eo non est corp⁹, dr̃ vacuum. D. induxit aliud inopinabi e cõe eis, & dixit Et quęrit̃ quo modo, &c. i. & dicentes ꝙ dimensiones sunt locus, & vacuũ nõ possunt dare causam, ex qua corpus ſm totum est in loco per se, & ſm partes in loco per accidens. manifestũ est enim ꝙ, cum pars non fuerit separata à toto, ꝙ non erit in loco p se, sed in toto. & hoc intẽdebat cum dixit.

Vacuũ, & loc⁹ apud Antiquos non drũt, nisi secundũ modũ Idẽ supra. 50. & 51.

B hoc enim nõ aptatur, &c. i. & interrogantur etiã quõ aliquid ſm totũ est in loco per se, & ſm partes in loco per accidens, cũ posuerint dimensiones separatas esse locũ, & vacuũ. hoc enim non adaptatur, cũ res ſm totum fuerit posita in loco, qui est dimensiones separatæ, & illud corpus totale fuerit permanens in sua dispositione, non corruptũ, diuidendo se in suas partes. pars enim, cum non ponitur separata à toto, nõ est in loco per se, sed in toto. & ſm hoc sequitur vt dispositio de toto, & parte sit eadem, ſ. ꝙ vtraq; sit in loco p

Pars cũ ſi ponit̃ separata a toto nõ ẽ in loco p se, sed in toto.

C se. & hoc prædictum est in caplõ de loco. D. d. Neq; etiam, si locus non fuerit, nõ erit vacuum, i. neq; etiã si locus non fuerit, qui est dimẽsio separata, erit vacuum. vacuum enim, aut est priuatio omnium rerũ demonstratarum, ſ. decem prædicamẽtorum, aut est dimensio separata.

Dixit Alex. & in quibusdam libris nõ inuenit̃ ex hoc capitulo. ſ. ex postremo, nisi hoc, quod dixit interrogatur quõ aliquid erit in vacuo. & secũdũ hoc iste sermo nõ erit ratio p se, sed cõiunctus sermoni ꝑdicto.

Accidit autẽ dicentibus vacuum esse vt necessarium, si erit motus, contrariũ magis, si quis consyderet, nõ posse moueri qcquam, si sit vacuũ. vt enim qui propter simile dicũt terrã quiescere, sic & in vacuo necesse quiescere. non enim est, quo magis, aut minus mouebitur. quatenus enim vacuum est, nõ habet differentiam. D

Et contingit dicentibus vacuũ esse necessario, si fuerit motus contrarium ei, quod dicunt, si aliquis perscrutatus fuerit perfecte de hoc, ſ. quoniam impoßibile est aliquid moueri, si vacuum fuerit. quẽadmodum igitur dixerunt illi, qui fecerunt terram quiescere propter similitudinem, ita necesse est etiã quiescere in vacuo, quoniam non erit ubi, ad quod motus sit dignior, & remotior. quoniã secundũ quòd est vacuum, nõ est in eo differẽtia. E

Cum narrauit ꝙ ex ipsa ratione eorum improbatur sua ratio, incœpit narrare etiam ꝙ ex illo eodem improbatur conclusio eorũ, ſ. illud, ex quo nixi sunt probare ipsum, ſ. motum, & dixit. Et contingit dicentibus, &c. i. & illis, qui existimant vacuum esse ex motu necessario, contingit contrarium ei, quod dicunt, ſ. ꝙ si fuerit vacuum, non erit mot⁹. D. incœpit numerare argumẽta, ex quibus apparet ꝙ, si fuerit vacuum, non erit motus, & dixit, quemadmodum igitur, &c. i. primum igitur eorum, quæ cõtingunt istis est, ꝙ, quia vacuum est consimile, necesse est 66 Pría expõ. F

G vt in eo sit quies, non motus. qm̄, si posuerimus ipsum habere potentiā attractiuā, sequitur vt sit ſm ęqualitatem, ex quo sequitur vt motū qe scat vbicunq; ponat, sicut dixerunt fingētes ꝙ causa in quiete terræ est, quia circunferentia orbis attrahit eam ex oībus partibus æqualiter. & non intendebat verificare sermonē istorum de terra, sed intendebat ꝙ, cū fuerit positū in cōtinente potentia attractiua, cōtinget vt res posita quiescat in medio. Et forte intēdit ꝙ contingit istis de inopinabili simile ei, quod cōtingit illis. qm̄ quēadmodū cōtingit illis ꝙ omne corpus positū in medio debet quiescere in eo, adeo, ꝙ ignis etiam, ita contingit istis, vt corpora, vbicunq; ponantur in vacuo, quiescāt. D. d. qm̄ non est vbi, &c. i. qm̄, quia est consimilis, non erit vbi, ad quod est motus, dignius attractione, & remotius simplr̄, q̄ illud, ex quo est motus, cū † in vacuo nō sint dr̄iæ, quibus diuidat̄ in superius, & inferius, & duo extrema distantia simplr̄ non inueniūtur, nisi in superiori & inferiori. ex quo sequit̄ vt omnem motū positū in eo quiescat, vbicunq; ponatur.

Secunda.

H

† In vacuo n̄ sūt dr̄ię, qbus diuidat̄ in superi⁹, & inferius: Idē sup. c. 42. & ibi. Idē īfra cō. & sex. seq.

I Primum igitur, quoniā omnis motus, aut violentia, aut ſm naturā fit, necesse aūt est, si quidem sit violentus, esse & eū, qui ſm naturam. violētus enim prę ter naturam est: qui vero prę ter naturam est, posterior est eo, q est ſm naturam. quare, si nō est secundum naturam vnicuique naturalium corporum motus, neq; aliorum erit motuū vllus. At vero natura quidē quomodo erit, cum nulla sit differentia ſm vacuum, & infinitum? quatenus enim infinitum est, nihil erit sursum, aut deorsū, aut medium: quatenus vero vacuū, nihil differens erit deorsum, ā sursum. vt enim nihili nulla est differentia, sic & illi⁹, quod nō est. vacuum autē non ens quippiā, & priuatio videtur esse. natura autem latio differens est. quare erūt quæ sunt natura differētia. Aut igit̄ nō est natura vsquā vlli latio, aut, si hoc ē, nō ē vacuū. K

Oīs mot⁹ aut violētus, aut nālis.

Si motus violēt⁹ ē, nālis est.

Mot⁹ p̄ter nām ē posterior naturali.

Et postea omnis motus, aut est violentus, aut naturalis, & sequitur necessario, si motus violentus sit, ut etiam naturalis sit. motus. n. violentus est extra naturalem, et motus, qui est extra naturalem, est post naturalem motum. ergo sequitur, si vnumquodq; corporum naturalium non habuerit naturalem motum, vt non habeat aliquē aliorum motuum. Quomodo igitur est possibile, vt motus sit naturalis, & in vacuo non est superius, neq; inferius, differentia, et est infinitum. secundū. n. quod est infinitum, non est in eo superius, neq; inferius, neq; medium omnino: & secundum quod est vacuum, non differt in eo superius ab inferiori. quēadmodū igitur in nihilo nō est omnino diuersitas, similiter etiā in illo, quod nō est ens. et vacuū est aliquod nō ens, & priuatio. hoc. n. existimatur de illo. sed trāslatio natu-

L

M

ralis

A *ralis est diuersa. ergo hac est diuersitas naturalis Est igitur alterum duorum, aut nulla translatio naturaliter est omnino alicuius rei ad aliquam partem, aut, si est hic trãslatio naturalis, nõ ẽ uacuũ.*

67 Hæc est alia declaratio. & prima suarũ propõnũ est, ꝙ oĩs mot᷒, aut est naturalis, aut violẽtus. i. extra naturã, & ẽ manifesta p se. secũda aũt est, ꝙ oẽ hñs motum extra naturã habet motũ naturalẽ. & ista est etiã manifesta per se. qđ enim est extra naturã, intelligit᷑ in respectu ei᷒, qđ nõ est extra naturã. & existimat᷑ ꝙ Arist. declarauit hãc propõnem per hoc, ꝙ dixit motus. n. violẽtus, &c. s. qm̃ dispõ in hoc est sicut dispositio in habitu, & priuatiõe: qm̃ habitus est prior priuatione in re, quæ caret habitu. & hæc ꝓpõ, vt mihi vr̃, non cõcedit᷑ ab Aui. & est fatuitas ĩ illo.

Oĩs mot᷒ aut ẽ nãlis, aut violẽt᷒. & illa ꝓpõ est manifesta

B *p se. Sed vide illãtiã de motu ignis ĩ ꝓpria sphęra 3. cœ. cõ. 20. & in. 2. Meteororũ c. 2. Habit᷒ est prior priuatõe in re, q̃ caret habitu.*

Et, cũ posuit has duas ꝓpões, cõclusit ꝙ illud, qđ mouet᷑ in vacuo, necessario mouet᷑ motu naturali. &, si non, nõ mouetur. qm̃, cum cõiungit propositioni, dicenti ꝙ corp᷒ mouet᷑, aut naturalr̃, aut violẽte, ꝙ motum in vacuo est corpus, cõclusit in

C prima figura ꝙ motũ in vacuo, aut mouet᷑ naturaliter, aut violente. &, cũ cõiungit huic, ꝙ illud, qđ mouet᷑ violẽte, mouetur naturaliter, cõclusit ẽt ꝙ corpus, qđ mouet᷑ in vacuo, mouet᷑ naturalr̃. & ẽt, cũ fuerit verũ ꝙ oẽ, quod mouet᷑ violente, mouet᷑ naturali, sequit᷑ vt illud, qđ nõ mouet᷑ naturalr̃, nõ moueatur oĩno. Et hic ẽt est quasi syllogismus inducẽs ad incõueniens. & in forma illi᷒ induxit suũ sermonẽ, cũ dixit: ergo, cũ vnũ quodq; corporũ, &c. & cũ verificauit ꝙ corp᷒. qđ mouet᷑ in vacuo, debet moueri motu naturali, incœpit destruere vt aliquod corp᷒ in vacuo moueat᷑ motu naturali: & in vacuo nõ est superius oĩno. & iste sermo est in secũda figura sic: Omne, quod mouetur naturali motu, mouet᷑ in aliquo, in quo est superius, & inferius sed in vacuo nõ est superi᷒ oĩno: ergo illud, qđ mouet᷑ motu naturali, non mouet᷑ in vacuo. D. incœpit declarare ꝙ in vacuo nõ est superius, neq; inferi᷒, & dixit: & est infinitum, i. qm̃ vacuum est infinitũ, & infinitũ non habet superius, & inferi᷒: ergo vacuũ nõ habet superi᷒, & inferius, qđ est mediũ totius. Et, cũ declarauit ꝙ in vacuo nõ est superi᷒, & inferius, q̃a est infinitũ, incępit declarare etiã hoc alio modo, & dixit: & fm̃ qđ est vacuũ, &c. i. qm̃ in vacuo nõ est diuersitas naturaliter: sed superius, & inferius differũt naturaliter: ergo in secunda figura in vacuo nõ est superius, & inferi᷒. D. verificauit propositionẽ dicentẽ ꝙ in vacuo non est diuersitas, & dixit: quemadmodũ igit᷑, &c. Et iste sermo cõponitur sic. Vacuũ est non ens: & quod est non ens est priuatio, ergo vacuum est priuatio: & in priuatione non est diuersitas: ergo in vacuo nõ est diuersitas. &, cũ dixit ita illud, quod nõ est ens. intẽdit ita illud, quod non est ens, cuius potentia est potẽtia nihil, qđ est priuatio, nõ negatio simplr̃. vacuũ enim nõ est negatio simplr̃, i. priuatio ꝑfecta, sed priuatio corporum naturalium, & illa, quorum potentiæ diuersantur, sunt corpora naturalia. D. d. & vacuũ est aliquod nõ ens, i. non simpliciter, sed priuatio corporis naturalis. Et, cũ verificauit, ꝙ in vacuo

D

E

In priuatiõe nõ est

F

diuersitas consisse supra. c. 48.

V iiij

G vacuo non est diuersitas.&, cũ in eo nõ fuerit diuersitas, nõ est in eo motus naturalis, declarata est cõtinuatio inter pręcedẽs, & cõsequens, scilicet ꝙ, si vacuũ est, motus non est naturalis. D. destruxit cõsequens, & cõclusit vacuũ non esse. & quia oppositum cõsequentis est manifestum per se, induxit hoc in forma redargutionis, & dixit: Est igitur alterum duorum, i. aduersarius igitur nõ potest fugere alterum istorũ, aut concedere vacuũ esse, ex quo sequitur motum naturalem non esse, aut cõcedere motũ naturalẽ esse, ex quo

H sequitur necessario vacuũ non esse. D. d. sed translatio naturalis, &c. per hoc verificat propositionẽ dicẽtem ꝙ superius, & inferius sunt diuersa naturaliter. & quasi dicat, & signũ eius, ꝙ hæc sunt vbi diuersa naturaliter, est, quoniam hic sunt mot⁹ diuersi naturaľ. causa enim in diuersitate motuũ ẽ diuersitas naturarũ locorũ, & naturarũ rerũ motarum.

Causa in diuersitate motuũ est diuersitas naturarũ locorũ. & nãrũ rerũ motarũ. consiste est supra. com. 36.

Amplius, nunc quidẽ mouẽtur proiecta, eo, qui impulit, nõ tangente, aut ꝑꝑ contrariĵ circũ obsistẽtiã, sicut quidam dicũt,

ἀντιπερίστασιν.

I aut ex eo, ꝙ pellit pulsus aer motu velociori, ꝗ̃ sit pulsi latio, ꝗ fertur in propriũ locũ. in vacuo aũt nihil horũ potest esse. neꝗ enim ferri erit, nisi vt qđ vehit.

Et etiam videmus quòd illud, quod mouetur per expulsionẽ, mouetur expellente separato. & hoc est aut secundum successionem, & motionẽ, vt quidam dicunt, aut, quia motus aeris expulsi est velocior trãslatione rei expulsæ in motu eius ad suum locum, quẽ habet. & nihil est ex hoc in vacuo, et trãslatio non potest esse in eo alio modo, v. g. secundum modum equitãtis, aut natantis. K

Cum declarauit prius ꝙ, si mot⁹ naturalis est, vacuũ non est, incœpit ẽt declarare hoc ex motu violẽto, & dixit Et videm⁹, &c. i. & videmus ꝙ illud, qđ mouet᷑ per expulsionẽ, violẽte moueri, postq̃ motor separat᷑. vt videmus in lapide proiecto, qui mouet᷑, postq̃ man⁹ separatur ab eo: & similit᷑ in sagitta directa, postq̃ separat᷑ à chorda. & hoc non põt esse in vacuo, nisi esset possibile aliqd moueri sine motore. & ideo [a] oẽs conueniunt in hoc, ꝙ causa istius mot⁹ est aer, aut ſm successionẽ, vt Plato [b] dicit, s. ꝙ, qñ res expulsa vacuat locũ, in quo est, per expellẽs succedit ei in loco alius aer, qui mouet illud expulsum post separationẽ expellẽtis, & ille aer, ſm ꝙ vacuat locũ suũ, & succedit ei in eo alius aer, mouet᷑ etiã ab aere succedente, & sic donec motus quiescat: aut ſm hoc ꝙ aer, qui defert rẽ expulsam mouetur ab expellente, postq̃ expellens separat᷑ ab eo, propter hoc, quia in natura aeris est recipere moueri ab alio, & retinere ipsum diu, postq̃ separat᷑ à motore, & hoc ſm [c] suam formã, s. qñ postq̃ separat᷑ ab expellẽte mouetur à sua forma naturali, & ante separationẽ mouetur ab vtroq;, s. ab expellente, & à sua forma. qua ꝓpter mot⁹ eius est velocior necessario q̃ mot⁹ expulsi. [d] expulsum enĩ nõ hẽt ĩ se principiũ mot⁹, cũ mot⁹ ei⁹ sit violẽt⁹ pur⁹, aer vero hẽt in se principiũ mot⁹, vt alibi declaratũ ẽ. 68

a Ex hoc vĩ Auerr. velle aerẽ mouere ꝓiecta. de L quo & vide. 7. phy. cõ. 10.
b Pl'to dixit motũ ꝓiectorũ eẽ ab aere secũdum successionẽ. Idẽ. 8. phy. c. 82.
c Aer in motu ꝓiectorum, postq̃ separat᷑ ab expellente, mouetur M a sua forma naturali, & añ separationem mouet᷑ ab vtroque, s. ab expellẽte, & sua forma.
d Quare mot⁹ aeris ĩ motu ꝓiectorũ est velocior q̃ motus expulsi.

Et

A Et hoc intēdebat, cum dixit, aut quia motus aeris expulsi, &c. i. per potentiā leuitatis, q̄ est in aere, per quē innatus est cū aliquo motu ad ueniēte moueri ad supius. Cā e causa in motu lapidis post separationē proijciētis, nō est successio aeris, sed translatio ipsius aeris. & hęc est sententia Arist. vt declaratū est in lib. Cœli, & Mūdi, & vltimo istius libri. D. d. & nihil est ex hoc ī vacuo, i. & non est in vacuo aliquid, de quo dicatur succedere, aut illud, qđ defert rē expulsam, est velocioris motus, q̄ ipsa res, ita, q̄ motus violentus re-

° Cā ī motu lapidis post separationē pijciētis nō ē successio ipsi° aeris, sed trāslatio ipsius aeris, & hæc ē sñia Ari. Idē. 3 phy. c. 82.

B maneat post separationē expellentis. Et iste sermo cōponit̄ sic. Motus violentus pōst separationē expellētis fit, aut ex successione aeris, aut ex velocitate motus eius: sed in vacuo non est aliquid, ex quo sit possibile aliqđ istorum: ergo in secunda figura motus nō pōt esse in vacuo. D. d. & translatio nō potest esse alio modo, &c. i. & imposfibile est ēt, vt translatio sit in vacuo, ſm q̄ equitans transfertur super aliqđ, i. delatum super deferens, aut ſm q̄ animal natat. volatile. n. transfertur in aere ſm alterum istorū duo-

C rum modorum, aut ſm vtrunque.

Amplius nullus vtiq; poterit dicere propter quid. quod mouetur stabit alicubi. cur. n. magis hic, q̄ ibi? quare aut qescet. aut in īfinitū necesse est ferri, nisi aliquid potētius impedierit.

Et etiam non posset aliquis dare causam, ex qua, cū aliquid mouetur in eo, quiescit ex eo ī aliquo vbi. quare igitur dignius quiescit hic, quā hic? ex quo sequitur aut quiescere, aut moueri in infinitū, D *cum non impeditur ab alio impediente fortiori.*

Cum destruxit vacuū esse ex motu, incœpit etiā destruere ipsum ex quiete naturali. cā. n. in motu naturali est causa in quiete naturali: & hæc est similitudo cōtinentis ad cōtentum. Et dixit: Et ēt non posset aliquis dare cām, &c. i. nō posset aliquis eorum. qui dicunt vacuum eē, dare causam, propter quam, q̄ñ aliquid mouetur in vacuo quiescit in aliquo loco magis q̄ in alio: quemadmodum non pōt dare causam,

69 Cā ī motu nāli est cā in qete nāli. & hęc ē sīlitudo cōtinentis ad cōtētū. Idē. sup. c. 36. & 43. & 48.

E pp quam corpus mouet̄ motu naturali de vbi in vbi. D. d. quare igitur, &c. i. q̄m non possunt dare in hoc cām ex vacuo, quę conueniat huic, quod sentitur, s. de corporibus ipsa quiescere in aliquo loco, & non in alio. & intendit hic per quietē, quietem naturalē. D. d. ex quo sequitur, &c. i. &, si concesserimus q̄ naturaliter īter vacuum, & rem motam est aliqua consimilitudo, necesse est vt illa comparatio sit vna, & simplex, propter hoc, q̄ vacuum est vnum, & simplex. ex quo sequitur q̄ na-

F turaliter in vacuo sit alterum duorum tm̄, s. aut quies, aut motus. ex quo sequitur vt corpora naturalia, aut semper quiescant in eo, vbicūque ponatur, aut semper moueant̄. q̄m, si inter illud, & corpus naturale fuerit cōparatio similis, quæ est inter corpus, & suū vbi proprium, tūc corpora quiescunt, vbicunq; ponātur. &, si inter illud, & corpora naturalia fuerit comparatio, quæ est inter corpus, & vbi non naturale, erit necesse vt corpora semper moueantur in eo.

Amplius

G Amplius autem nunc quidẽ ĩ vacuo, qm̃ cedit, ferri. vr̃ in vacuo autem prorsus silr̃ tale est: quare in oẽm feretur partem.

Et ẽt motus existimatur fieri nunc in locis vacuis ex aptatione: in ipso vero vacuo hoc est eodem modo in omnibus suis partibus: ergo sequitur vt illud, quod mouetur in eo, expellatur ad oẽs partes.

70 Ista est alia ratiocinatio, qua nititur destruere vacuum esse per motum violẽtũ, plures.n.motus apud H expulsionẽ expellentis erunt in aliqua parte, & non in alia, pp diuersitatem partium in aptatione, s.quia mouetur ad partem, quę est magis apta, adeo, ꝙ motum naturale mouetur pp aptationem contra suum motum naturalem, vt accidit in à sub, vt moueatur ad inferius, qñ nõ inuenit exitũ ad supius. Et dicit ꝙ ponẽtes vacuũ, ponunt ipsum, quia existimant ipsum adaptari motui, &, si ita esset, non esset hic aliqua pars magis adaptata, q̃ alia. Et totũ hoc contingit dicentibus vacuum esse separatum, quibus intendit in I hoc sermone contradicere. dicentibus vero ipsum esse non separatũ non contingit hoc, sed impositum in corporibus. isti.n. possunt ponere superius, & inferius, & vr̃ mediũ per quod fiant motus corporũ simplicium. D.d. ergo necesse est, &c.i. ergo necesse est vt illud, quod mouetur in eo, expellatur ad oẽs partes ęqualiter: & sic nullum motum mouebitur pp aptationẽ ad aliqua partẽ aliã ab ea, ad quam expellens expellit. qđ nõ sentitur in pluribus mobilibus. Et in lib. Alexã. hoc capitulum inuenitur sic. & etiã existimatur ꝙ translatio est nunc in vacuo propter aptationem: & hoc in vacuo est eodẽ modo ex omnibus partibus: ergo illud, qđ mouetur in eo, expellitur ad omnes partes, i.ꝙ, si vacuum est causa translationis ꝓpter aptationem, sicut fingunt dicẽtes ipsum eẽ, necesse est vt illud, qđ mouetur in eo, moueat̃ ad oẽs partes. qm̃ aptatio est in oibus ęqualiter, & hoc in infinitum: quia vacuũ est infinitum apud eos. Et maxima est differentia interponere ꝙ aptatio est necessaria in eẽ motus, & ponere ipsam esse cãm agentem motũ. si igitur posuerimus ꝙ aptatio est de necessitate motus, expositio erit illa, quam diximus: &, si posuerimus ꝙ aptatio est causa agẽs motus, expositio erit Alexã. sed erit destructio non ſm rem in se, sed secũdum sermonem eorum. aptatio.n. est de necessitate mot⁹, nõ cã agẽs. K L

Aptatio ẽ de necessitate mot⁹ & ñ cã agẽs motu.

Amplius autem & ex his manifestum est quod dr̃. videmus .n. idem pondus, atq; corpus velocius ferri pp duas causas, aut, quia id differt, per quod, vt per aquam, aut terram, aut aerem, aut, quia id differt, quod fertur, si alia sint eadem, pp excessum grauitatis, aut leuitatis. hoc igitur, per qđ fertur, cã est, qm̃ impedit maxime quidem qđ contra fertur, deinde aũt & manẽs: magis aũt id, qđ non facile diuidit: tale aũt est qđ crassius est: Id autem, in quo est. A. mouebitur per. B. eo, in quo. C. tẽpore: per ipsum aũt D. cum sit subtilius, eo, in quo, E, si aequalis est lon- M

Nota duplicẽ cãm velocitatis, & tarditatis in motu.

A lõgitudo ipsius B. cum ipso. D. ſm proportionem impedientis corporis. Sit.n. B. quidẽ aqua. D. vero aer. quanto ergo ſubtilior eſt aer aqua, & minus corporeus, tanto citius A. per. D. mouebitur, q̃ per. B. habeat ergo eãdem rõnem, ſm quam diſtat aer ab aqua, velocitas ad velocitatẽ. quare, ſi in duplo ſubtilius eſt, in duplo tẽpore lineam, quæ eſt ipſum. B. tranſibit, q̃ q̃ ẽ ipſum. D. & erit tẽpus, in quo eſt. C. duplũ eius, in quo eſt E.

B atq; ſemper quãto fuerit minus corporeum, minusq; impeditiuũ, ac melius diuiſibile id, p quod fertur, citius mouebitur. Vacuum autem nullam habet rationem, qua exceditur à corpore, ſicut neq; ipſum nihil ad numerum. Si.n. quatuor excedunt tria vno, pluribus autem duo, & adhuc vnũ pluribus q̃ duo, ipſum ſanè nihil non amplius habent rõnem, qua excedant.

C neceſſe.n. eſt diuidi id, q̃d excedit, & in exceſſum, et in id, quod exceditur. quare erunt ipſa quatuor, quot excedunt, et nihil. Quapropter neq; Linea pũctum excedit, niſi componatur ex punctis. Similiter autem & Vacuum ad plenum nullã poſſibile eſt habere rationem: quare neque motum.

Excedens neceſſe eſt diuidi in exceſſum, & id, q̃d exceditur.


Et apparet etiam hoc, quod diximus hoc modo. videmus.n. idem corpus velocitari in motu propter alterum duorum, aut propter hoc, quòd illud, mediãte quo mouetur, diuerſatur. v.g. vt motus eius ſit in aqua, aut in terra, aut in aere, aut in igne, aut, quia motum diuerſatur. ſi igitur alia fuerit eadem ex differentia grauitatis, et leuitatis, illud, mediante quo erit motus, erit cauſa. ĩpedit.n. motus, aut multum, quando motus illius fuerit contrarius motui eius, quod mouetur in eo: aut minus, quando etiam fuerit quieſcens: & magis, quando non fuerit facilis diuiſionis: & quod eſt tale, eſt illud, in quo eſt ſpiſsitudo. D E

Expellatur igitur corpus A, mediante B in tempore C: mediãte vero D, quod eſt ſubtilius, in tempore H, in longitudine ex B, æquali lõgitudini ex D ſecundum corpus impediens. Et intentio illius eſt, quoniam B ſit aqua, & D ſit aer. & quanto aer eſt ſubtilior aqua, & leuioris corporeitatis, tanto A expellitur mediante D velocius, quam mediante B. & ſit proportio velocitatis ad velocitatẽ, ſicut proportio exceſſus aeris ſuper aquã, ita, quòd, ſi fuerit duplũ in ſubtilitate, pertranſibit ſpatium B, in duplo temporis, in quo pertranſit ſpatium D: & erit tempus C, duplum temporis H: & quanto magis fuerit illud, mediante quo erit motus leuioris corporeitatis, & minoris reſiſtentiæ, ſed facilioris diuiſionis, F


tanto

G *tanto magis expulsio erit semper velocior. Vacuum vero nullã habet comparationem ad corpus, per quam corpus excedat ipsum, quẽadmodum nullam habet comparationem illud, quod non dicitur vnũ omnino ad illud, quod dicitur numerus. Quatuor enim, si excedũt tria per vnum, excedunt duo per magis, et excedunt vnum per magis ad non vnum, non vnum vero nullam habet proportionem, quã excedat ipsum. excedens enim diuiditur necessario in id, quod exceditur, & augmentum. ergo quatuor diuiduntur in hæc duo, in excessum, & ĩt in nõ vnum. Et ideo Linea etiam non excedit punctũ, cum nõ componitur ex punctis. Et similiter Vacuum non habet ad plenum proportionem: ergo neque etiam motus erit in eo.* K

N *Demonstratio exemplaris, ostendens quòd talis est proportio motus ad motum in velocitate, qualis est proportio medij ad medium in tenuitate.* L



I M



Hęc est alia demõstratio, in qua declarat ꝙ impossibile est m tum fieri mediante vacuo separato. Et dixit: Et apparet, &c. i. & hoc, ꝙ diximus, s. ꝙ impossibile est vt motus fiat in vacuo, apparet ex hoc, qm̃ videmus corpora grauia diuersari in motu secundum velocitatem, & tarditatem

A ditatem per duo. quoniã, si corpus fuerit idem, aut fuerint duo ęqualia in declinatiõe, diuersitas erit fm illud, in quo mouentur, v.g qm̃ idẽ corpus velocius mouetur in aere, q̃ in aqua, & sicr duo corpora ęqualia in grauitate, & figura, & magnitudine. si autẽ corpora fuerint diuersa. & moueant in vno medio, tũc diuersitas in motu erit propter diuersitatem in grauitate, & leuitate, s. ꝙ grauius illorũ erit velocius. Et, cum declarauit hãc propositionem, s. ꝙ cã velocitatis, & tarditatis in corporibus mobilib⁹ ẽ, aut diuersitas medij in spissitudine, & tenuitate; aut

B diuersitas corporũ in grauitate, & leuitate, dixit: si igitur alia fuerint eadẽ, i. qm̃, si alia existentia in corporibus facientia velocitatẽ, & tarditatẽ, vt diuersitas corporũ in grauitate, & figura, & magnitudĩe, fuerint eadẽ in duobus corporibus nõ diuersis, & videmus ꝙ illud, qđ mouetur ĩ aere, mouet velocius illo, qđ est in aqua, manifestum est ꝙ causa diuersitatis motus est illud, mediãte quo est motus. & similiter est in eodẽ corpore, s. cum videmus ꝙ motus eius in corpore subtiliori est

C velocior, q̃ motus eius in corpore spissiori. D. dedit cãm, propter quã accidit hoc medio, & dixit: quia impedit multum, &c. i. & cã tarditatis est, qm̃ illud, mediante quo erit motus, resistet rei motę. & hoc resistens diuersatur fm magis, & minus. resistet. n. multum, qñ mediũ mouetur motu contrario ei, qđ mouet in eo, & resistet minus, qñ fuerit quiescẽs. D. d. & magis, &c. i. & medium, qđ resistit per suum motũ ad contrariam partẽ, resistit magis, qñ fuerit difficilis diuisionis, & passionis. diuersitas igitur mediorũ in istis duabus causis, s. in difficultate, & facilitate resistentię, aut motus, aut quietis eorũ. est causa in diuersitate motus eiusdem moti, aut mobiliũ consimilium. D. narrauit quid est difficilis diuisionis, & dixit: & est illud, in quo est multa spissitudo. Et, cũ posuit hanc propositionẽ, incœpit vti in hac doctrina per literas, & dixit: Expellatur ergo, &c. i. ponatur igit A, corpus, qđ mouet in medio, & medium, in quo mouetur, ponatur B, & tempus, in quo mouetur, sit C. ponat ẽt moueri A in alio medio subtiliori primo, & sit D: & tempus, in quo mouet A, in hoc medio, sit H: & ponat A moueri ex duob⁹ medijs per duo spatia æqualia, s. ex B crassiori. & ex D subtiliori: sequitur igit vt tẽpus, ĩ quo pertrãsit hæc duo spatia ęqualia diuersẽt. nótum est. n. ꝙ velocius pertransit idẽ spatiũ in minori tpe. &, quia cã velocitatis, & tarditatis his duobus motibus est diuersitas mediorum in tenuitate, & spissitudine; sequitur vt proportio tẽporis ad tẽpus, sit sicut proportio spissitudinis, q̃ est in altero medio, ad illã, quę est in alio: & similiter proportio mot⁹ ad motũ. Et, cum dedit exemplũ ẽt de literis, dedit exẽplũ de materijs, vt demõstratio sit manifestior: & qđ videtur diminutum in vno exẽplo apparebit in alio. & dixit: Et intentio illius est, &c. v. g. ponatur ĩ loco B, qđ est medium crassius, aqua, & in loco C, qđ est medium subtilius, aer: quanto igit magis aer est subtilius aqua, & minoris resistentię contra rẽ motã, tãto magis erit velocitas motus A, in eo q̃ in aqua: proportio igit velocitatis ad velocitatẽ erit sicut proportio

Diuersitas mediorũ ẽ cã in di-

D uersitate mot⁹, &c.

E

F

Si post exẽplũ ĩ lĩis adducat exẽplũ de materijs, demõstratio erit manifestior.

G portio excessus subtilitatis aeris sup subtilitaté aquę.& iõ dixit: erit igit͛ proportio velocitatis ad velocitaté, &c.i. sequit͛ igitur ex istis propõnibus, vt proportio velocitatis motus A in B, ad motũ eius in D, sit sicut proportio excessus subtilitatis aeris super subtilitaté aquæ. D.d.ita q,si fuerit duplum, &c.i.ita,φ sequitur, si posuerimus φ aer est duplum ad aquam in subtilitate, vt res mota ĩ aqua pertranseat spatium æquale spatio, qđ pertransit in aere in tẽpore duplo ad tempus,in quo pertransit ipsum in aere. tẽpus igitur, qđ ẽ

H C,& est illud,in quo pertransit spatium res mota in corpore spissiori, est duplum ad tẽpus H, in quo mouet͛ per spatium ęquale illi ĩ corpore subtiliori,qđ ẽ D.tardius.n.semper pertransit idẽ spatiũ in longiori tẽpore.& licet nõ expressit hanc ꝓportionẽ,ĩtellecta tñ est ex ipso sermone.D.d.& quanto magis fuerit illud,mediante quo,&c.& hoc etiá manifestum est ꝑ se.Et,cum posuit has propositiones,coniunxit ẽt aliá propositionẽ,& dixit: Vacuum vero &c.i. vacuum vero nullá habet comparationẽ in subtilitate ad sub

I tilitaté corporis, mediante quo fit motus.&,cũ dixit,nullam habet cõparationẽ ad corpus,intendit qđ vacuũ nullá habet cõparationẽ, quę corpus mediũ excedit vacuum.v.g. in subtilitate.in vacuo.n.nõ est subtilitas,qua dicat͛ esse subtilius igne, v.g.aut aere.D.d. quẽadmodũ non habet comparationẽ, &c.i.& inter vacuum, & corpus mediũ nõ est ꝓportio, cũ ĩ vacuo nõ est subtilitas, q. est illud, ſm qđ comparant͛ media adinuicem ĩ subtilitate, & spissitudine: quẽadmodũ non est cõparatio,neq; proportio in eo, qđ non

K est vnũ, ad illud,qđ est numer᷒.numeri.n.cõparantur adinuicẽ, quia cõicant in vno. & v͛r oĩa duo, quæ nõ cõicant in eadẽ natura, nõ hñt cõparationẽ adinuicẽ.& hoc intendebat,cum dixit: Si igitur quatuor excedunt tria, &c.i.& numeri excedũt se adinuicẽ per vnitates,in quibus cõicant,illud aũt,in quo nõ est vnum, nullá habet cõparationẽ ad numerum.& similiter illud,in quo non est subtilitas,nullá habet cõparationẽ ad corpora habentia subtilitatem.diuersa.n.ſm magis, & minus necessario cõicant in eadẽ na-

L tura.D.d.non vnũ vero,&c.i.qđ autem fuerit ex entibus, in quo nõ inuenitur vnũ,non habet proportionẽ ad illud,in quo est vnũ, qua cadat inter illa excessus. D.d. excedẽs .n.&c.i.illud.n. qđ dicitur excedere aliquid,necessario diuiditur illud ꝑ qđ excedit, & ĩ id, per qđ excedit. v.g.Quia quatuor excedunt duo, necesse est vt diuidant͛ in duo, quibus excedunt͛, & in duo, quę excedunt. cũ igitur fuerit aliqđ, quod non diuiditur in aliqđ, & fuerit aliud, qđ diuiditur in ipsum,non dicet͛ quod illud, qđ diuiditur in illud, excedit

M illud,qđ nõ diuiditur.v.g.qm̃ quatuor nõ dr͛ excedere aliquid,in quo non est vnum.qm̃, si excederet,tũc quatuor diuiderent͛ in excessum, & in illud,in quo nõ est vnũ.quod est impossibile.& hoc intendebat cum dixit, ergo necesse est vt quatuor diuidant͛,&c.i.qm̃ necesse est vt quatuor diuidant͛ in illud, per qđ excedũt illud,in quo est vnũ,& in illud, in quo non est vnũ.Et,quia proportio,quá intendit declarare,est communis numeris,& alijs,& dedit exẽplum

V͛r oĩa duo, q nõ cõicãt ĩ eadẽ nã,non hñt cõparationem adinuicẽ.diuersa.n.ſecũdũ magis & minꝰ necessario cõicãt ĩ eadẽ nã.

A plum de numeris, vult ẽt dare exẽplum de magnitudinibus, & dixit: Linea.n.non excedit punctũ.i.& ꝓpter hoc nõ inuenit̃ ꝓportio inter lineã, & punctũ, qua proueniat̃ excessus.qñ,si ita esset, tunc excedẽs, & res excessa essent partes lineæ: & sic linea componeretur ex punctis. qđ post declarabitur esse impossibile. Et, cum declarauit hanc propõnẽ, dicentem ꝙ oẽ excedens aliquid debet diuidi in excessum,& in rẽ excessam, & vacuũ nõ diuiditur in illud,per qđ excedit corpus, cum in eo non est subtilitas, dedit con-
B clusionẽ, quę sequitur ex hoc,& est ꝙ vacuum non habet proportionẽ ad plenum, qua dicat̃ excedere plenum in subtilitate, & dixit: Et sic̃ ẽt vacuum. Et iste syllus est etiã in secunda figura. & qđ subiecit, est minor propositio.Et, cũ declarauit hanc conclonẽ, dedit impossibile, quod sequit̃ ex ea,si aliquid moueatur in vacuo,& dixit: ergo neq; motus erit in eo.id est,&,cum vacuum non habet proportionẽ ad plenum ĩ subtilitate, & ponitur aliquid moueri in eo, sequit̃ ex hoc, ꝙ motus in vacuo nõ habet proportionẽ ad
C motũ in pleno, & sic erit motus indiuisibilis ĩ tempore indiuisibili, s. instanti. qđ est impossibile, vt post declarabit̃. & quasi hic accipit pro constanti, qđ declaratur in Sexto, s. ꝙ omnis motus est in tẽpore, & ꝙ motus ẽ diuisibilis. a Auempace autẽ bene mouit hic qõnẽ. dicit.n. ꝙ non sequit̃ vt proportio mot⁹ eiusdẽ lapidis in aqua ad motũ eius in aere sit,sicut proportio spissitudinis aquę ad spissitudinẽ aeris, nisi motus lapidis esset in tẽpore, pp hoc,ꝙ mouetur in medio. &, si hoc esset,

6.ph.te.c. 50. & sſr.
a Digressio mota ab Auẽpace, núqd graue simplex moueret̃ ĩ nõ tpe, dato vacuo, & eius opĩc.

contingeret vt nullus motus eẽt in D tempore,nisi pp impediens: mediũ .n. videt̃ impedire rem motam. &, si ita esset, tũc corpora cœlestia mouerentur in instanti,cum nullũ medium impediens sit illic. & dicit ꝙ proportio subtilitatis aquæ ad subtilitatẽ aeris,est sicut proportio tarditatis accidentis motui in aqua ad tarditatem accidentem ei in aere. Et hęc sunt verba eius in Septio sui libri,& dicit: Ista resistentia,quę est inter plenum, & corpus, qđ mouet̃ in eo est illa, inter quã, & potẽtiam vacui fecit Aristo.proportionem in Quarto. & nõ est sicut existimatur E de eius opinione.proportio.n.aquę ad aerem in spissitudine non est sicut proportio motus lapidis ĩ aqua ad motũ eius in aere: sed proportio potentiæ continuitatis aquę ad potẽtiam continuitatis aeris, est sicut proportio tarditatis accidentis rei motę ex illo,in quo mouetur,v.g.aqua, ad tarditatem accidentem ei,qñ mouetur in aere. qñ,si esset, sicut ęstimauerunt aliqui,tunc motus naturalis esset violentus.ergo, si illic non esset resistentia, qũo esset motus? necesse est.n.vt esset in instanti. quid ergo dicetur de motu F circulari? & illic non est resistẽtia: qñ illic non est diuisio oĩno: nam locus circuli idem est semper. non itaq; euacuatur vnus locus, & alius impletur. necesse est igitur vt motus circularis sit in instanti. sed nos videmus in eo maximam tarditatẽ, vt in motu stellarum fixarũ, & maximã velocitatẽ,vt ĩ motu diurno: & hoc non est,nisi pp distantiã motoris in nobilitate à moto. cum igitur fuerit nobilior,tunc illud, qđ mouetur ab eo,erit velocius: &, cũ motor

G motor fuerit m̃ioris nobilitatis, erit propinquior moto: & tũc mot⁹ erit tardior & hęc sunt verba eius. Et, si hoc, q̃d dixit, concedatur, tunc demſo Arist. erit falsa. q̃m, si ꝑportio subtilitatis medij ad subtilitatẽ alterius medij est sicut proportio tarditatis accidentis moto in altero eorum ad tarditatem accidentem ei in alio, nõ sicut ꝑportio ipsius motus, non sequit̃ vt illud, q̃d mouet̃ in vacuo, moueatur in instanti. q̃m tunc non aufertur ab eo nisi tarditas, quę accidit ei pp medium, & remanet ei motus naturalis: & omnis motus est in tempore: ergo illud, q̃d mouetur in vacuo, mouet̃ in tẽpore necessario, & motu diuisibili: & nullum sequitur impoſſe. hęc igit̃ ẽ q̃ŏ Auẽpace.

Improbatio opi̇ōnis Auẽpaces.

H

Opīo Aue.

Nos aũt dicamus, ꝙ manifestũ est per se, ꝙ, si cã ęqualitatis rerũ motarũ cõuenientiũ in declinatione, & figura, & magnitudine, q̃n mouent̃ in vno medio, aut in duobus medijs ęqualibus in tenuitate, & crassitudine, est ęqualitas medij, manifestũ est ꝙ diuersitas eius in tenuitate fm magis, & minus est cã diuersitatis motus in velocitate, & tarditate, &, ꝙ ista diuersitas, cui⁹ cã est diuersitas medij, sequitur essentialiter subtilitatem, s. ꝙ augmẽtũ

I

illius diuersitatis sequit̃ augmentũ subtilitatis, & diminutio illi⁹, diminutionẽ illius. ergo manifestũ est ꝙ proportio motuum est fm proportionẽ mediorum in spissitudine, & tenuitate. & istę propōnes sunt manifestæ p se, s. ꝙ cũ fuerint duo mota æqualia in grauitate, & leuitate, & figura, & magnitudine. & moueantur in vno medio, ꝙ motus eorũ erit ęqualis in velocitate, & ꝙ vtrũque pertransit æquale spatium in tẽpore ęquali, &, cũ duo media fuerint diuersa in tenuitate, ꝙ motus eorum diuersabitur diuersitate ꝑportionali: & vl̃r manifestum est, ꝙ causa diuersitatis, & ęqualitatis motuum est diuersitas, & æqualitas ꝑportionis motoris ad rem motam. cum igitur fuerint duo motores, & duo mota, & proportio alterius motoris ad alterum motum fuerit, sicut proportio reliqui motoris ad reliquum motum, tunc duo motus erunt æquales in velocitate: &, cũ ꝑportio diuersabitur, diuersabitur motus fm illam proportionem. Et hoc idem est in motibus violentis, & naturalibus. sed in violentis, cũ duo motores fuerint æquales in potentia, diuersitas erit pp impediens, in naturalibus vero diuersitas, aut ęqualitas ẽ pp diuersitatẽ, aut ęqualitatem proportionis motoris ad rẽ motam: & non sequitur vt in eis sit æqualitas apud ęqualitatẽ mouentium in potentia, q̃n proportio diuersatur, sicut non sequitur hoc in violentis, q̃n impediens diuersatur: q̃m per diuersitatẽ impedientis diuersabitur proportio. istæ igit̃ sunt propositiones manifestæ per se. Et, si hoc esset, sicut dicit Auempace, s. ꝙ in talibus motibus non erit proportio motus ad motum, sicut proportio spissitudinis ad spissitudinẽ, sed sicut proportio tarditatis ad tarditatem, contingeret hoc in omnibus motibus violẽtis, ita, ꝙ illud dictum in vltimo Septimi, s. ꝙ, cũ aliquod corpus mouerit aliud corpus per aliquod spatium in aliquo tempore, quod mouebit medietatem illius corporis per illud spatiũ in medietate illius temporis, eẽt falsum contingeret. n. fm Auẽpace, vt proportio

K

Vl̃r manifestũ est quòd cã diuersitatis, & æq̃litatis motuũ est diuersitas, et æqualitas ꝑportiõis motoris ad rẽ motam.

Nota dr̃ã inter mot⁹ nãles, & violentos.

L

M

Tex. c. 35.

A portio tēporis ad tēpus non esset,ni si sicut proportio tarditatis ad tarditatē. Et cā istius erroris fuit existimare, ꝙ tarditas, & velocitas sunt mot⁹ additi motui, & diminuti ab eo: sicut linea, q̄ additur lineæ,aut diminuitur ab ea.cū igit̃ existimatur,ꝙ velocitas est additio sup motū naturalē, & tarditas diminutio: & causa istius additionis,& diminutionis fuerit resistentia: sequitur ex hoc vt proportio resistentis ad resistēs sit sicut proportio tarditatis ad tarditatē, non sicut proportio motus ad motū. qm̄.qn̄ quantitatibus

Cā erroris Auēpace.

B proportionalibus additur eadē quātitas,aut diminuitur, non remanēt proportionales.& Auempace existimauit ꝙ motus sensibilis est illud, qđ remanet ex motu naturali.& existimauit,ꝙ mot⁹ naturalis est quasi vna mensura, ex qua diminuunt̃ duę mensurę ſm proportionē aliarū duarū quātitatum.& vidit ꝙ, cū hoc accidit in quantitatibus,nō sequitur vt proportio diminuti ad diminutum sit sicut proportio remanentis ad remanens.& existimauit, ꝙ accidit motui naturali pp impediens aliqua diminutio ſm propor

C tionē impedientis ad impediens. & existimauit, sicut diximus, ꝙ mot⁹ sensibilis est illud, qd remanet ex motu naturali post diminutionē, sicut remanet ex magnitudine post diminutionē.& iō iudicauit ꝙ non sequit̃ vt proportio motus sensibilis ad motū sensibilem sit sicut proportio īpedientis ad impediens, sed sicut proportio tarditatis ad tarditatē; sicut nō sequit̃ in quātitatibus, quę diminuunt̃ ſm aliquam proportionem,vt residuū sit in illa proportione: sed differunt, quia,qn̄ ex

D quantitate mathematica diminuitur aliqua quantitas in actu,remanet residuum quantitatis in actu: & qn̄ motui naturali accidit diminutio,tunc motus naturalis nō habebit esse nisi in potentia. ergo tūc motus sensibilis nō erit nisi motus non naturalis,qui est diminutio ex motu naturali, non motus naturalis,cui accidit diminutio. & silr̃, cū aliqđ motum mouet̃ velocius motu naturali, tunc non erit illic motus naturalis & additio, sed additio tm̄. verumtn̄ dicimus, ꝙ proportio tarditatis ad tarditatem est sicut ꝓ

E portio impedientis ad impediens, vt dicit Auempace: sed non est illic aliquid,nisi tarditas. & ista quęstio est sophistica: sed est difficilis, quia est ſm * cōmunicationē. qm̄, quia motus assimilatur lineę, existimatur ꝙ illud,qđ cōtingit in linea, contingit in motu. Declaratum est igitur ex hoc sermone,ꝙ proportio impedientis ad impediens est sicut proportio motus ad motum:& hoc est in motibus violentis, qn̄ motor fuerit idem, & suum impedimentū fuerit ex medio, aut ex ipso moto: & ꝙ hoc diuersatur in motibus

*a.l. commutationem.

Epilogus.

F naturalibus ſm diuersitatem proportionū, q̄ sunt inter motores, & res motas, cū nullum sit hic impediens,sed ſm diuersitatē proportionis excessus potētię motoris primi sup rē motā ad excessum potentiæ secūdi motoris sup rē motā. Sed q̄ret aliquis,cū posuerim⁹, ꝙ iste motus erit in medio, impeditus à medio,nō sequit̃, & si cōcesserimus ꝙ ꝓportio motuū, q̄ fuerit in medio, adinuicē est sicut ꝓportio impediētis ad impediē,vt qn̄ idē motū mouet̃ in vacuo,moueat̃ motu indiuisibili,

Obiectio.

G sibili, & in instanti, sed sequit necessario vt moueatur in tpe, cuius pportio ad tēpus, in quo mouetur in medio, sit sicut proportio excessus potētię motoris super rē motā, fm q est mota tm, s. absq; eo, q illic sit impediens extrinsecū ad excessum potētio motoris super rem motam, fm q est ipedita. vnde existimatur ēt, q licet concedant illæ propōnes, quibus vsus est, tn nō inducet ad impossibile, ad qd nititur inducere. Et ad hoc est dicēdum, q isti motus, qui sunt corporū simplicium mediantibus a qua, & aere, nō sunt motus impediti à medio, vt apparet ī primo aspectu. qm, si ita esset, tūc essent hic motus naturales, qui nondum inuenti sunt, neq; inuenient: nisi eēt possibile hęc corpora moueri sine medio. qd ē impossibile, nisi vacuum esset. Et cā in hoc est, quia ista mota indigent medio: qm a res mota necessario dēt habere cū motore aliquā resistētiā, qua potentia motoris excedat potentiā illius: & hoc est in motibus naturalibus. &, si non, tunc quilibet motor moueret quodlibet corp⁹. & pp diuersitatem istius proportionis, q est ex resistentia inter motorem, & rē motam simplr diuersantur motus corporum cœlestium, vt quędā sint velociora quibusdā: & per hāc resistentiā motor non mouet rem motā, nisi qn potentia eius excedit potentiam rei motæ. b res. n. mota vlr est similis quodammodo motori, & cōtraria alio modo. Et hoc intelligendū est de nobilitate, quā dicit Auempace in corporibus cœlestibus. motor. n. cuius potentia est excedēs, est nobilior motore, cuius potentia est minor in excessu. & manifestum est q c ista resistentia inuenitur inter motorē, & rem motā, qn res mota fuerit distincta per se: sicut ē dispositio in corporibus cœlestibus. d in elementis vero res mota est in potentia, & motor in actu, cum sint cōposita ex prima materia, & formis simplicibus, & motor est forma, & res mota est materia. &, quia hęc corpora non distinguūtur in rē motam, & motorē ī actu, impossibile est ea moueri sine medio. & Aristo. declarauit q propter hoc fuit necesse illa non moueri ex se in e Octauo istius libri. Si igitur hæc corpora simplicia mouerentur sine medio, non esset hic resistētia inter motorē, & rem motam: immo non esset hæc res mota omnino essentialiter. &, si hoc, contingeret f vt mouerentur in non tēpore, & in quolibet moto. ex hoc igit dixit Aristo. q, si hæc corpora mouerentur in vacuo, sequeretur vt mouerentur motu indiuisibili & in tēpore indiuisibili: ponendo q hæc corpora moueri in medio est naturale eis. & est cā in hoc, q moueantur, non sicut existimatur, q sunt mota ex se nō motu naturali, sicut existimauit Auēpace. Auēpace igitur fecit dubitare in hoc sermone in duobus locis. Vnus eorum est, in quo dicit, q proportio mot⁹ ad motū nō est sicut proportio spissitudinis medij ad spissitudinē medij. Secundus aūt est, q isti motus sunt ipediti ex medio, & nō naturales. & nullus peruenit ante ipsum ad istas qōnes: & ideo pfundus erat iste super alios. & in exemplari, à quo scripsimus, inuenimus quoddā foliū p se, & inscriptum erat hoc. Nos autem dicamus q necesse est q inter motorem,

Solutio. a Res mota necessario dēt habere cum motore aliq resistētiā, q potētia motoris excedat potentiā illius. b Res mota vlr ē similis quodāmō motori, & cōtraria alio mō. c Nota à quo elemēta hēāt resistētiā in motu locali. d In elemētis res mota ē ī potētiā, & motor ē ī actu, cū sint cōposita ex. 1. mā & formis simplicib⁹, & motor ē forā,

H

I

K & res mota ē mā. S; vid' oppositū. 8. phy. 3 c. & 4. cœ. cō. 22. vbi h; q forā est mouēs, & motū. Vide cōt. Zim. e Te. c. 28. 29. 30. 31. & 32. f Si elemēta mouerent ī vacuo, mouerent in istāti. Idē infra. c. 74. & 8. phy. 82.

L

M

Laus magna de Auempace Hispano.

A motorem, & rem motam sit resistẽtia. motor.n. mouet rem motã, fm qđ est contrarium, & res mota mouetur ab illo, fm ꝙ ẽ similis. & oĩs motus erit fm excessum potentiæ motoris super rem motam, & diuersitas motuũ in velocitate, & tarditate est fm hanc proportionẽ, quæ est inter duas potentias. & ista resistentia, aut erit ex ipso moto, qñ illud, qđ mouetur ex se voluntate, diuiditur in motorẽ in actu, & rẽ motam in actu, sicut est dispositio in animalibus, & in corporibus cœlestibus, aut erit ex ipso medio ĩ quo mouet͛: & hoc erit, qñ res mota non diuidit͛ ĩ motorẽ, & rẽ motã ĩ actu, sicut est dispõ ẽt in corporibus simplicibus: aut resistẽtia erit ex vtroque, s. ex re mota, & ex medio, sicut est dispõ in animalibus, q́ mouent͛ in aqua. illa aũt, in quibus res mota ex se diuiditur in motorẽ ĩ actu. & rẽ motam in actu, nõ necessario indigẽt medio, sed, si fuerit, erit per accñs. illa aũt, q́ mouent͛ ex se, q́ nõ diuidunt͛ in motorem, & rẽ motam in actu, necessario indigent medio: & hęc sunt corpora grauia, & leuia. &, si non, mouerentur in nõ tempo-

Resistẽtia ĩ motu nã li qñq; est ex ipso moto, & qñq; est ex ipso medio, & qñq. ex re vtriusq; B respectu diuersorũ &c.

C re: cũ nihil sit actu illic, qđ resistat potẽtię motiuæ, & est impõe ẽt vt habeãt motus naturales, & sint semper impedita. & iõ contingit, ꝙ, cũ posuerimus ista moueri in vacuo, vt moueant͛ in non tpe, & vt motus grauis, & grauioris sit ęqualis ĩ velocitate. qđ est impossibile. ꝙ igitur existimauit Auem. ẽ, qđ ista simplicia hñt mot⁹ naturales sine medio.

Sed, si per subtilissimũ in tãto tẽpore tãto motu fertur per vacuũ, omnem exuperat rõnẽ. Sit.n.F.vacuum, æquale autem magnitudine ipsis.B.&.D. Ipsum ergo.A. si transibit, & mouebit quidẽ in quodam tẽpore, eo.s.in quo est.G.in minori aũt ꝙ̃ in quo est.E.& hanc habebit rõnem vacuum ad plenũ.sed in tanto tpe, quantũ est, ĩ quo est. G. ipsius. D.A.trãsibit lineã.K. transibit aũt, si ẽt sit quippiam subtilitate differens ab aere id, in quo est. F. fm hanc proportionẽ, quã habet tps, in quo est. E. ad tempus, ĩ quo est. G. Si.n. sit tanto subtilius corpus, ĩ quo est.F. ipso. D. quanto exuperat E. ipsum. G. econuerso trãsibit velocitate in tanto, quantũ. G. Ipsum.F. ipsum, in quo est A. si feratur. si ergo nullũ sit corpus in ipso. E. adhuc velocius. sed erat in ipso. G. quare in æquali tẽpore transibit & qđ plenum est, & vacuũ. sed impossibile ẽ. B E


Sed, si res mota mouetur mediante subtilissimo corporum in tanto tempore per tantum spatiũ, tunc mediante vacuo exit ab omni cõparatione. Sit igitur Z vacuũ, et sit æquale B: Si igitur A pertrãsit vacuum, & mouetur in aliquo tempore, s. in tempore K si est breuius tempore H, tunc ista proportio non erit proportio vacui ad plenum. pertranseat igitur A in tempore æquali K. per spatium B, & pertranseat ẽt secundũ proportionalitatem, quæ est inter tẽ- F

 pus

G *pus H; & tempus K, aliquid addens in subtilitate super aerē, qui est B: Quoniam si Z fuerit corpus subtilius quàm B, secundum excessum H super K, tunc pertransitus Z in velocitate erit in tempore aequali K, si A mouetur. si igitur in Z non fuerit corpus, tūc motus A in eo erit velocior. sed erat in K. ergo sequitur, vt pertrāsitus eius per ipsum sit in tēpore aequali, siue fuerit plenum, siue vacuum: quod est impoßibile.* K

Demonstratio ducens ad impoßibile, probans non esse poßibile proportionem esse inter motum, qui fit per vacuum, & qui fit per plenum.

Prima literae deseruiunt textui vero, secūda aūt textui Auerrois.



72 Ista ēt est alia declaratio ad confirmandū, qm̄, si aduersarius nō cōcesserit nobis impoēe, qd̄ sequit̄ ex sermone p̄dicto, qd̄ est motū eē indiuisibile, & in tpe indiuisibili, & dixerit Imo motus, qui ē in vacuo, est in tpe, demr̄abimus ei, qd̄ ex hoc sequit̄ ĩpoēe, qd̄ nō pōt cōcedi. & hoc erit ponēdo, q̄ idē motū mouet̄ per spatiū ęquale I vacuo, et pleno: v.g. in

Abbreuiatio rōnis p̄itis textus.

A in aere. cũ igit posuerim' ipsũ moueri p hęc duo spatia ęqualia, quorũ alterũ est in vacuo, & reliquũ in aere in duobus tẽporibus, manifestũ est φ tps, in quo ptransit spatiũ, qđ est in vacuo, erit breuius: qm̃ in vacuo nõ est resistẽtia. hoc igit tẽpus minus habebit aliã proportionẽ terminatã ad hoc tẽpus maius. & manifestũ est, φ, si nos imaginati fuerimus corpus subtili' aere fm additionẽ tpis maioris sup tempus minus, manifestũ est φ illud motũ ptrãsibit in corpore subtiliori spatiũ ęquale tẽpori, in quo ptransiuit B ipsum in vacuo: cũ posuerimus φ proportio tẽporis ad tẽpus est sicut proportio subtilitatis alterius medij ad subtilitatẽ reliq medij: & sic idẽ motũ pertrãsibit spatiũ æquale in tẽpore ęquali, mediãte vacuo, & mediãte pleno. & hęc ẽ demõ eius in hoc loco. Et dixit: Sed, si res mota, &c. i. qm̃, si posuerim'. φ res mota mouet in aliquo corpore subtilissimo, & mouet ẽt ĩ vacuo, necessario mouebit in vacuo veloci'. Et, cũ posuit hãc propõnẽ, incœpit inducere propositiones inducẽtes ad incõueniẽs, & d. Sit igit Z vacuum. C &c. i. sit igitur spatiũ in vacuo Z: & sit ęquale spatio B, qđ ẽ ĩ aere. D. d. si igit A ptrãsit vacuũ, &c. i, A igit, qđ ẽ res mota, si ptrãsit hoc spatiũ, qđ ẽ in vacuo, s. Z. i. &, cũ cõcesserimus ipsum moueri in eo in aliquo tpe, sit igit illud tps K: & ẽ manifestũ φ hoc tps est breuius tpe H, in quo A mouet in spatio B, qđ est in aere. motũ. n. ĩ vacuo ẽ veloci' moto in aere. &, cũ ita sit, tũc pportio tẽporis K ad tps H, ẽ sicut pportio mot' A ĩ vacuo ad motũ ei' ĩ aere. & hoc intẽdebat, cũ d. tũc ista proportio erit sicut proportio vacui ad D plenũ. D. d. ptrãseat igit A. &c. i. &, cũ proportio tẽporis H ad tẽpus K, est sicut proportio motus, qui est in vacuo, ad motũ, qui est ĩ aere, ponatur igit φ A, qđ est motũ, moueat ĩ tpe ęquali K, & est illud, in quo mouet in vacuo p spatiũ ęquale spatio vacui, & aeris in corpore subtiliori aere, & sit, illud spatiũ Z: est manifestũ φ ptrãsibit istud spatiũ fm pportionẽ tpis K ad tẽpus H, cũ posuerimus φ corpus, in quo ẽ spatiũ Z, est subtili' aere fm pportionẽ tẽporis H, ad tps K i. qm̃ pertransiuit spatiũ Z, ad tps K, qđ pertransiuit ĩ E eo in vacuo. & hoc intẽdebat, cũ dixit: & ptrãsibit ẽt fm pportionalitatẽ, &c. i. & est posse ipsum ptrãsire hoc spatiũ, s. Z, fm pportionẽ tẽporis motus in vacuo ad tps motus in aerẽ, cũ posuerimus hoc corpus, in quo est spatiũ Z, maius in subtilitate aere, s.* tps H, est maius tpe K, s. sicut pportio tpis mot' ĩ vacuo ad tps motus in aere. & hoc ĩtẽdebat, cũ d. Qm̃ si Z, &c. i. si igit corp' imaginatũ, s. Z, sit subtilius B, s. aere fm excessum tẽporis H: & est illud, in quo A mouet in vacuo p illud spatiũ terminatũ sup tps K: & ẽ illud ĩ F quo A mouet in vacuo p illud spatiũ, tunc à ptrãsibit spatiũ Z, ĩ velocitate in tpe ęquali ei, in quo ptrãsibit illud spatiũ in vacuo, qđ est tps K, si posuerimus A moueri ĩ vacuo. D. incœpit declarare impossẽ, qđ sequit ex hoc, & dixit: si igit in Z non fuerit corp', i. si posuerimus, φ ĩ vacuo nõ est corpus oĩno, manifestũ est, φ motus A, erit in eo velocior, q̃ motus eius ĩ corpore, qđ posuimus subtilius aere fm pportionẽ tẽporis motus A, in aere ad tẽpus motus

Expõ lite.

* a. i. quanto.

G eius ĩ vacuo. sed iam declarauimus ꝙ motus eius mediante vacuo, & corpore subtiliori est æqualis, quia est in eodem tẽpore. quod est incõueniens. motus.n. in vacuo debet esse velocior. Et Arist. induxit hanc demr̃onem secundam pp hoc, qđ sciuit de q̃one accidente primę demonstrationi. qm̃ in propositionibus huius demonstrationis non est dubitandum, nisi in propõne dicente, ꝙ possibile est imaginari corpus, cuius proportio ĩ subtilitate ad aerem sit sicut proportio temporis, in quo est motus. v.g. in aere, aut in

Dubium.

H igne, ad tp̃s motus in vacuo. dr̃.n. ꝙ ista propositio est falsa impossibilis, non falsa possibilis. impossibile .n. est inueniri extra animã corpus subtilius igne. ergo impossibile, qđ existimabatur sequi, non sequitur. qm̃ tunc potest dici ꝙ illud impossibile sequitur expositione falsa, nõ exposito. Et vr̃ ꝙ ita est de subtilitate et spissitudine, sicut ẽ de diuisione lineæ, & superficiei. qm̃, quemadmodum linea, fm ꝙ est linea, potest diuidi in infinitum, qđ est impossibile, fm ꝙ est linea terrestris, aut ignea, ita de subtilitate potest intelligi processus in infinitum ex

Solutio.

I sua natura, s. fm ꝙ ẽ subtilitas simpliciter, non fm ꝙ est subtilitas corporis mobilis. & fm hoc hęc propositio posita est falsa possibilis, fm ꝙ fuit posita. & ex falso possibili non sequitur falsum impossibile. & hoc modo declarationis multotiens vtitur Arist. & etiam Plato. & est vera declaratio. quoniam non ponitur falsum in eo, secundum ꝙ est falsum impossibile, sed secundum qđ est falsum possibile.

Quemadmodũ linea pt̃ diuidi ĩ infinitũ, scđ; ꝙ ẽ linea, ñ ãt scđm ꝙ ẽ terrestris, vel ignea, ita subtilitas pt̃ diuidi ĩ ĩfinitũ, fm ꝙ subtilitas, ñ ãt vt ẽ corporis mobilis. vide. 3. ph. c. 60. & quę ibi.

K Manifestũ est igitur ꝙ, si erit aliqđ tẽpus, in quo ꝑ vacuum quoduis feretur, accidet hoc ĩpossibile. in æquali.n. accipietur aliquid & qđ plenum est transire, & vacuũ. erit.n. aliquod proportionale corpus alterũ ad alterum, vt tp̃s ad tp̃s. Vt autẽ in summa dicã, manifesta est eius, qđ euenit, cã. quia motus qdem oĩs ad motum est proportio: (in tempore.n. est:) temporis autẽ oĩs est ad tempus, finitis vtrisq; vacui autẽ ad plenum non est.

Motus oĩs ad motus ẽ ꝓportio.

L *Apparet igitur quòd, si fuerit aliquod tẽpus, ĩ quo aliquid expellatur ex vacuo, erit impoßibile. quoniam inuenitur aliquid, quod pertransit in tempore æquali, siue plenum, siue vacuum fuerit illud in comparatione corporis, sicut tẽpus habebit proportionem ad tempus. Et dico hoc, quòd causa eius, quod sequitur ex hoc, est manifesta. & est quòd quilibet motus habet ad quemlibet motum aliquã*

M *proportionem: motus.n. est in tempore: & omne tempus habet proportionem ad omne tempus, cum fuerint finita: sed vacuum, aut plenum nõ habent proportionem.*

Hic inducit summam eius, quod prædixit in hac demonstratione, & dixit: Manifestũ est igitur ex hoc, ꝙ si fuerit positum aliquod tẽpus, in quo aliquid mouetur in vacuo, contingit impossibile. quod est aliquid pertransire in æquali tempore spatium 73

A tium æquale in vacuo, & pleno. & causa eius, quod sequit̃ ex hoc, est, quoniam possibile est imaginari corpus, cuius proportio ad corpus mediante pleno, & mediãte vacuo, si posuerimus aliquid moueri per idem spatium in aliquo tempore, sit sicut proportio temporis, in quo aliquid mouetur per illud spatium, mediante corpore posito primo ad tempus, in quo mouetur per illud mediante vacuo. ex quo sequit̃ aliquid moueri per idem spatium in aliquo tempore mediante vacuo, & pleno: quod est impossibile. D. d. &

B vr̃ causa eius, quod sequitur, &c. i. & vr̃ propositiões, ex quibus sequitur hoc impossibile, sunt duę. quarum altera est, qm̃ quilibet motus habet proportionem ad quemlibet motum: quoniam quilibet est in tempore, & quodlibet tẽpus habet proportionem ad quodlibet tempus, cum fuerint finita. altera autem est, quòd vacuum non habet proportionem ad plenum. cum igitur coniungatur his duabus proportionibus motum esse in vacuo, sequitur alterum duorum, aut ꝙ motus in vacuo est, non in tem-

Qdlibet tps hẽt proportionẽ ad qdlibet tps, cũ fuerint finita.

C pore, cum posuerimus quòd causa eius, quòd motus est in tempore, est plenum, mediante quo fit motus, aut quod idem motum moueatur per idem spatium in eodem tempore, mediante vacuo, & pleno.

Quatenus igitur differũt ea, ꝑ q̃ ferunt̃, hęc contingunt, ſm aũt eorũ, quæ ferunt̃, excessum, hęc. Videmus.n. ea, quę maiorẽ impetum habẽt aut grauitatis, aut leuitatis, si quo ad alia similiter se habeãt figuris, citius ferri per ęquale spatium, & ſm rõnẽ, quã habẽt magnitudines ad inuicẽ. quare & per vacuũ. Sed impossibile est. Propter quã.n. cãm, ferentur velocius? in plenis.n. ex necessitate. velociꝰ.n. diuidit fortitudine maius. aut .n. figura diuidit, aut impetu, quẽ habet id, quod fertur, aut quod proiectum est. æque velocia ergo omnia erunt. sed impossibile est. D

Hoc igitur contingit corporibus ex diuersitate ex illo, mediante quo fit motus, ex successione autem corporũ mobilium hoc, quod narrabo. Dicamus igitur quòd videmus corpora, quæ sunt magis ponderosa, siue grauia, siue leuia, cum fuerint in alijs dispositiõibus in capitulo figuræ, eodẽ modo moueri in æquali loco velocius secundum proportiones eorum adinuicem. ergo sequitur vt talis sit dispositio eorum in vacuo ẽt. Sed hoc est impossibile. Quoniam non potest aliquis dicere, qua de cã expellitur in eo velocius: quoniã hoc in pleno est necessarium. quod.n. est fortius velocius diuidit illud. illud .n. quod mouetur, aut illud, quod cedit, aut per suam figuram diuidit, aut per suũ pondus. ex quo sequitur vt motus omnium corporũ sit æqualis in velocitate. quod est impossibile. E F

G Cum induxit duas demſtones acceptas ex diuerſitate medij, in quo corpora ſimplicia mouentur, vult inducere demſtonem acceptam ex diuerſitate potentiarum motiuarũ, quæ ſunt in corporibus ſimplicibus, & dixit: Hoc igitur contingit,&c.i.hoc igitur impoſſibile contingit huic poſitioni ex propoſitionibus acceptis ex diuerſitate corporum mobilium in velocitate, & tarditate, ſm illud, mediãte quo fit motus. D.d. ſm vero ſucceſſionẽ corporũ mobilium,&c.i.qđ autem cõtingit huic poſitiõi ex propõnibus ac-

74

H ceptis ex ſucceſſione corporum mobilium, in velocitate, & tarditate, ſm potẽtias eorum motiuas eſt hoc, qđ narrabo. D.d. Dicamus igitur,&c.i manifeſtũ.n. eſt p ſe, ꝙ corpora, quę ſunt maioris declinationis, ſiue fuerint leuia, ſiue grauia, cũ fuerint ęqualia in figura, & magnitudine, & modo ſunt velocioris motus, q̃ illa, quę ſunt minoris declinationis: & ꝙ illud, qđ eſt maioris declinationis pertrãſit idẽ ſpatium in minori tẽpore illo, in quo pertranſit illud, qđ eſt minoris declinationis: & ꝙ proportio temporis ad tp̃s

I erit ſicut proportio potentiæ motiuæ ad potentiã motiuã, ita, ꝙ, ſi poſuerimus duo corpora ęqualia in figura, & magnitudine, & grauitas vnius fuerit dupla ad grauitatẽ alterius, tunc illud, qđ eſt minoris grauitatis, mouebitur per ſpatiũ in duplo tẽpore ad tẽpus, in quo mouetur in illo grauius. D.d. ergo ſequitur,&c.i.&, cum manifeſtũ ſit p ſe ꝙ corpus grauius eſt velocioris motus: & hoc accidit pp medium qđ reſiſtit motori: qm̃, ſi illic nõ eſſet mediũ, nõ eſſet illic reſiſtẽtia: ergo,

K cum poſuerimus grauius moueri ĩ vacuo, nõ eſt neceſſe vt ſit velocius illo, qđ eſt minoris grauitatis: quoniã nõ erit illic cã, ex qua grauius expelletur velocius. ex quo ſequit̃ vt motus eorum non ſolummodo ſit ęqualis, ſed non in tẽpore, vt declarauimus. Et, cũ declarauit ꝙ impoſſibile eſt dare cãm diuerſitatis duorum motorũ diuerſorũ in declinatiõe, & velocitate. & tarditate ex vacuo, incœpit declarare, ꝙ cã illius manifeſta eſt ex pleno, & d. hoc.n. in pleno, &c.i.& grauius eẽ velocioris motus neceſſariũ eſt, cum mo-

Com. 71.

L tus eius fuerit in pleno. & cã in hoc eſt, qm̃ illud, qđ eſt maioris declinationis, eſt fortius, & citius diuidit plenum: & ſimiliter illud, qđ ẽ acutioris figurę, leuius diuidit aerem. D.d. illud.n. quod mouet̃, &c.i. corpus enim, quod mouetur in medio, aut cedit ab eo, diuidit mediũ, aut per grauitatem tm̃, aut per figurã ſ. qm̃ id, quod eſt acutioris figuræ, diuidit citius, & ſimiliter grauius, aut per vtrunq;. D.d. ex quo ſequit̃, &c. & intendit in vacuo. & ex hoc impoſſibili intelliguntur duo, ſ. ꝙ omnia ſint ęqualia in velocitate, ſ.

M motus grauioris, & minoris grauitatis, & cum hoc erit ĩ tempore, aut ſit cum hoc in non tempore. Si igitur poſuerimus quòd illud, quod ſequitur, eſt ipſum eſſe in nõ tempore, tunc impoſſibile, quod intendit concludere, accidit in eo quæſtio Auempace, quam iam diſſoluimus. &, ſi dixerimus quòd impoſſibile, quod intendit hic Ariſtote. eſt vt illud, quod eſt maioris grauitatis, non eſt velocius, euadetur ab illa quæſtione. Sed poteſt aliquis dicere. forte ex hoc non accidit

Obiectio.

A accidit impossibile. quoniam hoc non accidit graui, & leui, nisi quia sunt impedita à motu naturali. Sed responsio ad hoc est responsio prædicta, s. quòd graue, & leue non impeditur à medio, in quo mouetur: neq; motus ei' in medio est violentus, sed naturalis.

Solutio.

Quod igitur, si vacuum est, accidit contrarium illius, propter quod probãt dicentes esse vacuum, ex dictis manifestum est. Hi igitur putant vacuũ esse, si erit ſm locum motus, separatum ſm se. B hoc autem idem est, ac si dicamus locum esse quid separatum. hoc autem quòd impossibile sit dictum est prius.

Manifestum est igitur, quòd, si vacuum fuerit, sequitur contrariũ ei, propter quod ponunt vacuũ dicentes ipsum esse. Existimãt enim vacuum esse, si motus in loco sit distinctum per se. et hoc est dicere locum esse aliquod separatũ. et iam posumus hoc esse impoßibile.

75 Dicit: Manifestum est igitur ex
C his demõstrationibus q̃, si vacuum fuerit, contingit contrariũ illi, quod coegit dicentes vacuum esse, dicere ipsum scilicet motum esse. Existimabant enim q̃, si motus esset, vacuum foret. &, cum dixit distinctũ per se, intendit q̃ isti non opinãtur ipsum admisceri cum corporibus, sicut opinatur alia secta dicentium vacuum esse. D. d. & hoc est dicere, &c. 1. & dicere vacuum esse separatũ nihil aliud est, quàm dicere locum esse dimensiones separatas: quod iam destruximus.

Ostenditur vacuum non esse separatum quid à corporibus. Cap. 4. D

At vero per se cõsyderantibus videbitur vtiq; dictum vacuum, perquã vere vacuum. Vt.n. in aqua, si ponat aliquis cubum, cedet tanta aqua, quãtus cubus, sic & in aere, sed sensu immanifestũ est. atq; semper itaq; in omni corpore habenti translationem, * in quo est aptum natura transferri, necesse est, nisi cõdensetur. cedere aut deorsum semp, si deorsum latio est, vt terræ, aut sursum, si ignis, aut ad vtraque, vt aer, siue quodcunq; aliud sit impositum. In vacuo autẽ hoc quidem impossibile est. non enim corpus est. per vacui autẽ ęquale spatium trãsiuisse videbitur, quod quidẽ erat & prius in vacuo: tanq̃, si neq; aqua cederet ligneo cubo, neq; aer, sed omnia transirent per ipsum. At vero et cubus tantam habet magnitudinem, quantum occupat vacuum. quæ, etsi calida est, aut frigida, aut grauis aut leuis, nihilo minus ipso esse altera ab omnibus paßionibus est, etiam si separabilis non sit ab illis. dico autem lignei cubi molem. quare &, si separetur ab omnib' aliis, & neq; leuis, neq; grauis sit, occupabit æquale spatium, & in eadem erit & loci, & vacui parte æquali sibi. quid ergo differt corpus cubi ab ęquali vacuo, & loco? & si duo talia, propter qd & non

Si ponat aliqs ĩ aq̃ cubum, cedet tanta aqua q̃tus est cubus.

* a. l. in q̃.

E

Si corpus cubũ ab oibus qualitatib' sẽsibilib' sepatũ fuerit, ĩ aqua adhuc æquale spatiũ cõtinebit, ex quo vr̃ corpora Mathematica ſn abstrahere a loco. Idẽ supra cõ. 47. Et 1. de Gnõ. cõ. 41. 53. vide oppositũ. 3. Cœli. t. c. 55. Vide cõ. Zim

G & non quodlibet in eodē erūt. Vnum igitur hoc inconueniēs, & impossibile est.

Et, cum aliquis fuerit perscrutatus de vacuo, inueniet ipsum in rei veritate esse vacuum, sicut dicitur. Quemadmodū, si quis posuerit corpus cubicum in aqua, euacuabitur de aqua quātum corpus cubicum: ita est de aere, et si latet sensum. & in quocunq; corpore habente translationem ponatur,
H *necesse est, etiam si non congregetur, & condensetur, vt transferatur, quo innatum est transferri, s. ad inferius, si trāslatio eius fuerit ad inferius, vt terra, aut ad superius, vt ignis, aut ad vtranq; partem, & quomodo fuerit corpus, in quo ponitur. In vacuo autem hoc est impossibile, quia non est corpus. sed penetrabit ex eo in cubicum dimensio aequalis dimensioni eius, & illa dimensio erit prius in va-*
I *cuo. & similiter esset dispositio, si aqua non cederet cubico, quod est ligni, neq; aeris, sed itraret ipsum. Sed cubicum habet quantitatem, sicut est quantitas vacui, quam occupat. & hoc siue fuerit calidum, siue frigidum, siue graue, siue leue, essentia eius est alia ab omnibus accidentibus suis. & si non sit separata, scilicet corpus cubicum, quod est ex ligno, si imaginetur esse separatum ab omnibus alijs rebus, et non fuerit leue, neq; graue,* K *tamen occupabit vacuum aequale sibi, & erit in parte loci, & vacuum aequale sibi. quae igitur erit differentia inter corpus cubicum, & vacuum, aut locum aequalem illi? & si fuerit possibile vt duo sint in hac dispositione, quid igitur prohibet, vt in eodem loco sint quot posuerimus in numero? Hoc igitur est vnum capitulum de impossibili, & inopinabili.* L

Cum compleuit destructionē vacui ex motu, reuersus est ad destruēdum ipsum esse ex sua natura, sm quā ponunt ipsum esse, sm quā recipit corpora, & dixit: Et, cū aliquis fuerit pscrutatus, i. &, cū aliquis perscrutat' fuerit de vacuo, vtrū sit, aut nō, inueniet ipsum esse vacuū ab esse, s. ipsum esse priuationē purā, & ꝙ nulla ē vtilitas in ponēdo ipsum in reb' naturalibus. D. incoepit inducere propositiones, ex quibus sequit̃ impossibile, si vacuū fuerit, & dixit: Quemadmodū, si aliquis, &c. 76 M
i. qm̄ apparet sensui ꝙ, si aliquis posuerit corpus cubicū in aqua, cedet ex aqua, & fundet in aliū locū, quātum est corp' cubicū, ita necesse est vt accidat in aere, qn̄ in eo fuerit positū corpus cubicū: licet hoc lateat sensum. & hoc manifestū est ꝑ se. D. d. & quodcūq; corp' hn̄s, i. & vlt manifestū est per se, quodcūq; corpus innatū est trāsferri, qn̄ in eo fuerit positū aliqđ corpus, necesse est, si illud corpus nō condenset, & cōgregetur ad se, vt transferatur, & cedat in loco,

A in loco, quantũ est illud corpus, vbi innatum est transferri naturaliter. si igitur terra trásferetur ad inferi⁹, si ignis, ad superius, si aer, aut aqua, ad vtráq; partē. qñ, cũ aqua fuerit in loco terræ, tunc transferetur ad superius, &c, cum in loco aeris, ad inferius: & aer, qñ est in loco aquæ ad superius exit, & qñ in loco ignis ad inferius. & hoc intendebat, cum dixit, ad vtranq; partem, i. &c, si corp⁹, in quo subijciatur cubicum, fuerit aer, aut aqua, & vniuersaliter corp⁹, in quo cõgregantur hæc duo, s. grauitas, & leuitas. Et, cum declarauit B ꝙ omne corp⁹, in quo possibilis est motus, possibile est vt in eo subijciatur aliquod corpus, v.g. cubicũ, aut ita, ꝙ illud corpus condensetur, quátum est corpus cubicum, aut vt trásferat, incœpit declarare ꝙ, sicut contingit hoc in omni corpore habēte translationem, s. vt corpus, in quo subijcitur, moueatur, ita sequitur in corpore, quod subijcitur, cuiuscũq; modi sit. & dixit: & qũo fuerit corpus, quod ponitur in eo. Et, cum declarauit hanc propositionē, dicentē ꝙ omne corpus, quod subijcitur in aliquo loco, facit transferri de cor- C pore existente in illo loco, quátum est eius corpus, aut sm̃ condensationem, aut sm̃ tráslationem, incœpit declarare hoc esse impossibile in vacuo, sm̃ ꝙ est corpus simplex, s. qm̃ impossibile est vt transferatur, quia est tres dimensiones separatæ, & dixit: In vacuo vero, &c. i. vacuũ vero impossibile est vt condensetur, aut moueatur, quia non est corpus naturale. & ideo, si cubicum, v.g. subijciatur in eo, necesse est vt transferátur dimensiones vacui, s. longitudo, & latitudo, & profunditas æquales dimēsionibus tribus cubiti, s. neces- D se est vt penetrent in dimēsionibus ipsius cubiti. D.d. sed penetrabit ex eo cubitum, i. sed penetrabit ex vacuo in cubico posito in illo dimēsio ęqualis dimensioni eius, s. ꝙ dimensiones cubici penetrabũt, dimensiones vacui. D. dixit & illa dimensio fuit per vacuũ. & ista dimensio, quę penetrat etiam cubicum, nõ est nisi per vacui naturá, cum vacuũ nihil aliud sit q̃ dimensiones separatæ. D.d. & sic esset di spositio, &c. i. & similiter cõtingit in aqua, & in aere, qñ in eis subijceret corpus cubicũ, s. ꝙ, si non cederent in loco, continge- E ret duo corpora penetrari, s. corpus cubicum, & corpus aquæ, aut aeris. & hoc intendebat, cũ dixit: & penetrarent in ipsum, scilicet & contingeret in aere, aut aqua, ꝙ penetrarēt in cubicum. Et, quia possibile est existimari ꝙ corpus subijci in eodē loco est impossibile in corporib⁹ naturalibus, hñtibus grauitatem, & leuitatem, non sm̃ ꝙ habēt tres dimēsiones tm̃, dixit: Sed cubicum etiam habet, &c. i. & hoc, ꝙ cubicũ debet habere in vacuo dimēsionem ęqualem, quam occupet, i. inane ęquale, quod occupet, ita, ꝙ dimēsiones pe- F netrent se adinuicem, scilicet dimēsiones cubici in dimensiones vacui, non est, sm̃ ꝙ est cubicum calidũ, aut frigidum, aut graue, aut leue, sed hoc habet ex sua essētia, scilicet ex sua natura. essentia enim eius est alia à suis accidentibus. & hoc impossibile est vt separentur ab eo in esse, sed imaginatiõe tm̃. a Et dixit hoc ad declarandum, ꝙ impossibilitas penetrationis corporum accidit eis ex suis terminis mathematicis, nõ ex suis accidētibus sensibilibus.

a Impossibilitas penetratiõis corporũ accidit eis ex suis terminis mathematicis, nõ ex suis accidētib⁹ sensibilibus.

Et

G Et, cum declarauit ꝙ hoc est necesse in cubito ex natura dimensionũ, incœpit declarare ꝙ non est differẽtia inter vacuum, & cubitum, qñ ab eo abstrahuntur accidentia eius in imaginatione. vacuũ.n.nihil aliud est q̃ corpus abstractum ab accidentibus in imaginatione. & dixit: &, si imaginemur separatum, i. &, si cubitum imaginetur separatũ ab alijs accidentibus, necesse est vt occupet de vacuo dimensionem æqualẽ sibi: sicut est necesse cum non fuerit separatum ab accidentibus. D.d. quæ igitur erit differẽtia. &c.i. b &, cum cubitum ligneũ fuerit abstractum in imaginatione ab accidentibus, nulla erit differentia in accidentibus inter ipsum & vacuum: cum vtrunq; sit tunc dimensiones separatæ ab accidentibus. D.d. &, si fuerit possibile vt sint duo, &c.i. &; si fuerit possibile vt duo corpa c penetrentur fm dimensiones, ita ꝙ subijciantur in vno loco, quid prohibet vt in eodem loco subijciantur multa corpora infinita? quod est inopinabile.

b Cũ corpus cubitũ fuerit abstractũ i imaginatiōe ab accidẽtibus, nulla erit differẽtia inter ipm in accñtibus & vacuũ, cum vtrũq; sit tres dimẽ H siões separatæ a materia. Idẽ sup.cõ.51.

c Si duo corpa pñt eẽ in eodẽ loco, ẽt infinita possẽt eẽ i eodẽ loco. confer supra. t.c.53 Idẽ infra. t.c.77.

Ampli⁹ autem manifestum I est ꝙ hoc cubus habebit etiam, cũ transfertur, quod & alia corpora omnia habent. quare, si à loco nihil differat, quid oportet facere locum corporib⁹, præter vniuscuiusq; molem, si impassibilis moles est? nihil.n. confert, si alterum circa ipsum æquale spatium huiusmodi sit.

Manifestum est etiam, quòd cubitum habebit, quãdo trãsfertur, etiam illud, quod habẽt omnia corpora. si ergo nulla differentia est inter hoc, & locum, ad quid igitur ponetur corpora habere locũ, nisi dimensiones cuiuslibet eorum, cum dimensiones non recipiãt passionem? non enim est vtilitas, nisi inter cubitum eius sit alia dimensio huiusmodi æqualis ei. K

D. Et manifestum est etiã ꝙ cubitum habet, qñ subijcitur in loco illud, quod habent omnia corpora, s. tres dimensiones: & est illud idẽ, quod isti ponunt in vacuo. si igitur nulla est differentia inter dimẽsiones cubiti, & dimensiones vacui, qđ est locus apud illos, quid igitur coget ad dicendum ꝙ corpora habẽt dimensiones, in quibus subijciũtur præter suas dimensiones, & absolutas à passione, i. ab accidentibus? & hoc intendebat cum dicit, cum corpus non recipiat passionem. Et intendebat ꝑ hoc, ꝙ corpora indigent dimensionibus, sed non duob⁹ modis dimensionum. s. dimensionibus quibus constituantur, & dimensionibus, in quibus subijciantur. a nõ n. est necessitas vt habeat corpus dimensiones. præter dimensiones suiipsius. &. si ita esset, tunc inuenirentẽ dimensiones infinitæ: qm̃ dimẽsiones indigerent dimẽsionibus. in quibus subijcerentẽ. D.d. non. n. est, &c. i. quæ igitur est necessitas ad ponẽdum hic esse dimensiones præter dimensiones corporis. cum. n. hæc sit accusatio, & nulla est * accusatio in ponendo hic esse dimensionem extrinsecam continentẽ corpus æquale illi, quæ est locus. Et intendebat per hoc inuenire ꝙ æqualitas loci nõ est æqualitas dimensionum, sed æqualitas continentis, qm̃ ex hoc, ꝙ locus 77 L

Documentum.

a Non est necessitas vt corpus habeat di M mẽsiones ꝑter dimẽsiones sui ipsi⁹. &, si ita eẽt, tũc inuenirentur dimẽsiones infinitæ.

* a.l. excusatio.

Documentum.

A locus est æqualis: & æquale est dimensiones: existimauerunt locum esse dimẽsiones. & modus deceptionis in hoc est æquiuocatio in hoc nomine æqualitas.

† Aliq̃ codice. græci nõ hñt istum tex.

† { Amplius oportet manifestum esse quale vacuũ sit in his, quæ mouentur. nũc autem nusquam infra mundum. aer.n. aliquid est, nõ videtur autem neq; aqua, si essẽt pisces ferrei. tactu n. fit iudicium ei⁹, q̃d tangit. }

*Et etiam oportet vt manifestetur nobis residuum vacui in mobi*B*libus. sed hoc non videmus in aliquo intra mundum. aer.n. est aliquod existẽs, licet reputetur nihil esse. & similiter existimatur de aqua, et si spißitudo esset frustum ferri. iudicare enim de tãgibili est per sensum tactus.*

78 Et, si esset, sicut dicentes vacuum esse fingunt, s. vacuum esse separatum extra mundũ, in quo mundus existit, oporteret vt appareret nobis aliquod residuũ ex eo. sed nihil ex eo sentimus intra mundum. a aer enim sentitur s̃m tactum esse cor-C-pus: & si s̃m visum existimetur nihil esse, cũ non habeat colorem, & visus comprehendit colorata. D.d. &, si spissitudo esset, &c. i. & similiter reputaretur, si spissitudo ei⁹ esset in duritie ferri. iudicare enim de tangibili non est per sensum visus, sed per sensum tactus.

a Aer s̃m tactũ sentit' eẽ corpus: &, si s̃m visum existimet' nihil esse, cũ nõ habeat colorẽ, & visus cõprehendit colorata. vide p hoc. 2. de aïa c. 67. vide consil̃e d odore. 2. d aïa cõ. 97. & in lib. de sensu, & sensato.

Quòd non sit vacuum corporibus imbibitum. Cap. 5.

Quod igitur non sit separatum vacuum ex his manifestũ est. Sunt D autem quidam, qui per rarum, & densum putant manifestum esse q̃ est vacuum. Si.n. non est rarum, & densum, neq; coire, & densari possibile est. si vero hoc non sit, aut omnino motus non erit, aut totum fluctuabit, vt dixit Xuthus, aut in æquale semp mutari aerem, & aquam oportebit. dico autẽ, vt si ex aq̃ cyatho factus est aer, simul ex æquali aere tantam aquam fieri, aut vacuum esse ex necessitate. coarctari enim, ac dilatari non ali-E-ter contingit.

Xuthi de vacuo sententia.

Ex his igitur declarabitur vacuum separatum non esse. Et quidam existimant quòd ex raro, & denso apparet vacuum esse. Quoniam, si rarum non esset, & densum, nihil congregaretur, & condensaretur. &, si hoc non esset, aut non esset motus omnino, aut totum vniuersum moueretur, sicut dixit Casimedras, aut aqua et aer trãsmutarentur æqualiter, s. si ex vna vncia aqua fit aer, poßibile est ex F *illo aere fieri aut tãtum de aqua, aut vacuum esse. impoßibile enim est constringi, & expandi alio modo ab istis.*

Cum destruxit vacuum esse ex 79 motu, & declarauit q̃, si motus est, vacuũ non est, & fuit perscrutatus post hoc de natura vacui. & declarauit q̃ impossibile est ipsum recipere corpus, ex quo oẽs existimauerũt ipsum esse, s. ex receptione corporũ: & isti sunt illi, qui dixerũt vacuum esse.

G esse separatum: reuersus est etiã ad dicẽtes vacuum esse imbibitum in corporibus, & penetrans illa, & incę pit inducere rationes eorum, & dixit: Et quidam existimant, i. quemadmodum dicentes vacuum esse separatũ mouebantᶠ ad hoc ex motu, sic dicẽtes vacuũ esse penetrans in corpore dixerunt hoc ex hoc, ꝙ senserunt de raritate, & dẽsitate in corporibus. dicunt. n. ꝙ, si in corporibꝰ non esset raritas, & densitas, impossibile esset vt corpora congregarentur in se, & fierent minoris quãtitatis, aut rarefierent, & essent maioris quantitatis. & hæc propositio est vera, s. dicẽs hoc esse dẽsum, & rarũ, quę sunt causã in hoc, ꝙ idẽ corpus qñq; minoratᶠ, & quãdoq; fit maiꝰ. D. d. aut non erit motus, &c. i. &, cum nõ fuerit hæc congregatio, & constrictio ad minorem quantitatem, sequitur vnum trium, scilicet aut ꝙ non erit motus, s. generatio, aut motus trãslationis rectꝰ, aut totum moueatur, aut, si fuerit generatio, necesse est vt generatio sit æqualis, s. ꝙ, si ex aqua trãsmutatur aliqua quãtitas aerea, vt in illa hora trãsmutetur aqua in illa eadem quãtitate: qm̃, si nõ, mouebitur totũ. Et hoc, quod dixerunt manifestum est per se. Nos. n. iam posuimus ꝙ corpus non subijcitur in corpore, nisi qñ corpus constringitur, s. corpus, in quo subijcitᶠ, aut transfertur à suo loco. cum igitᶠ corpus generatur à corpore, & generatum fuerit maioris quantitatis, q̃ illud, ex quo generatᶠ. v. g. ex vna vncia aquæ, cuiꝰ magnitudo est pedalis, gñatur aer, cuius quantitas est bipedalis. sequitᶠ. n. ex hoc, aut vt corpus condensetur in se, aut continẽs expellat corpora vicinantia, & continentia ipsum, & hæc etiam expellant alia cõtinentia, donec totꝰ mũdus expellatur, aut in illa hora generetũr aqua ex aere ĩ alio loco ęqualis illi àeri. qui generatᶠ hic ex aqua. D. d. aut vacuum esse. sed hoc nõ sequitur ab ablatione istorum appositorum, sed ex interemptione istorum sequitur vt sit densitas, & ex dẽsitate, vt fingunt, sequitur vacuum esse ergo ista apposita, quæ noĩãuerunt hic, sunt superflua. sed intẽdebant declarare vacuum esse ex dẽsitate, & raritate. &, si intendebant declarare densitatem, & raritatẽ esse, tunc syllogismus eorum erit manifestus. qm̃ tunc componeretur sic. Si vacuum nõ est, neq; dẽsitas. & raritas est: &, si densitas, & raritas non est, non erit motus rectus, nisi corpora penetrarentur, aut totum expellatur, aut moueatur. neq; etiam generatio erit, nisi æqualis: sed densitas, & raritas sunt. Et deceptio ĩ hoc syllogismo est in hoc, ꝙ existimant ꝙ densitas, & raritas non possunt esse, nisi per vacuum. D. d. impossibile est. n. constringi, &c. i. qm̃, si fuerit impossibile vt sit cõstrictio, necesse ẽ vt aliquis istorũ modorũ sit possis, s. aut vt non sit gñatio, aut vt totum moueatur, aut generatum, & illud, in quo gñatᶠ sint ęqualia in q̃titate.

H

Hæc propositio ẽ vera, s. dicẽs hoc eẽ dẽsum, & rarũ, q̃ sunt cã in hoc, quod idẽ corpˢ qñque minoratᶠ, & qñque fit maius.

I K L M

Si igitur rarum dicunt, multa vacua separata habens, manifestum est ꝙ, si neq; vacuum esse potest separabile, sicut neq; locus habens spatium suiipsius, neq; rarum sic.

Et, si intelligunt per rarum illud, in quo sint foramina multa vacua existentia per se, manifestũ

est

A *est quòd, si fuerit impossibile ut uacuum sit existens per se, sicut est impossibile etiam ut locus sit habens dimensionem per se, impossibile est ut sit rarum hoc modo.*

80 Cum cōpleuit rationes eorū, incœpit contradicere eis, & dixit: Et, si intelligunt, &c. i. &, cū rarum apud eos est illud, in quo sunt multa foramina vacua per se inter corp⁹ rarū, manifestū est ꝙ non est differentia inter hāc positionem, & ponere vacuum existere per se. Si igit̄ impossibile est vacuum esse existens per se, B cū sit impossibile dimensionē esse separatam per se, manifestum est ꝙ est impossibile foramina esse in corpore vacuo. D.d. manifestū est, &c. & apparet ex hoc, ꝙ vult destruere vacuū esse alio modo à prædicto. in prædicto. n. destruxit vacuū esse ex penetratione dimensionum adinuicem, & hoc cōtingit etiam in raro, quod est tale. cum autē dixit, quemadmodum est impossibile aliquam dimensionē existere per se, vult destruere ipsum alio modo. dimensiones. n. sunt vltima, & vñ accidentia, quę non possunt existere per se. & C vr̄ ꝙ ista destructio ē destructio vacui, ſm quod est vacuū. destructio autē prędicta est. ſm ꝙ ponunt ipsum recipere corpora. & necesse est vt qui dicit foramina esse vacua, dicat vacuū eē separatū: quia foramina habent tres dimēsiones, s. longitudinē, & latitudinem, & profundū.

Si vero non separabile, sed tamen inesse quid vacuum, min⁹ quidē impossibile est. Accidit autem, primū quidem non omnis mot⁹ causam esse vacuum, sed eius, qui sursum est. rarum. D enim leue: quapropter ignē rarum esse dicūt. Deinde causam motus non sic esse vacuum, vt in quo, sed vt vtres, ex eo, quia feruntur sursum, ferūt quod ipsis continuum est, sic vacuū sursum fert. Atqui qualiter possibile est esse lationem vacui, aut locum vacui? vacui enim est vacuum, ad quod fertur.

Si igitur non fuerit existēs per se, sed in eo fuerit aliquod subiectum, tunc dicere hoc erit minus E *impossibile. Sed contingit ei primo vt vacuum non sit causa cuiuslibet motus, sed causa motus ad superius. rarum. n. est leue: & ideo dicunt quòd ignis est corpus rarū. Deinde continget ei etiam vt vacuum sit causa motus, nō ita, quòd sit in eo, sed sicut vtres per suum motum ad superius mouent illud, quod pendet ex eis ad superius, ita vacuū mouet ad superius. Sed quomodo est possibile vt vacuum, aut* F *locus habeat translationem? tunc enim vacuū, aut locus habebit locum, ad quem transferatur.*

H Quemadmodum igitur translatio, &c. i. & causa in hoc, ꝙ instans, & tẽpus sunt insimul, est, qm̃ instãs est numerus translati, & tempus est numerus translationis, & numerus trãslati, & numerus translationis sunt insimul, quia translatio, & translatum sunt insimul. D. d. & instãs est numerus translati, &c. i. & instans, quod est numerus trãslati, ita se habet de tẽpore, sicut vnitas de numero. Deinde dedit modũ, fm quem instans assimilat̃ vnitati, & modũ, in quo differt, & dixit: tẽpus enim est continuum, &c. i. sed tempus cõtinuatur per instans, & diuidit̃ per ipsum, per vnitatem vero diuiditur numerus, sed non cõtinuatur. & instans continuat tempus, cum accipitur pro termino cõi duobus temporibus, sicut pũctus accipitur vltimũ cõe duabus lineis, & diuidit illud, qñ accipitur pro principio futuri, & fine præteriti, vt post declarabitur bene. Et, cum narrauit ꝙ tempus est vnum, fm ꝙ est continuum, dedit causam in hoc, & dixit: & hoc sequitur. &c. i. & continuatio in tempore, & ipsum esse vnum sequitur K translationem, & translatũ, s. ꝙ causa in hoc est, qm̃ translatio, cui accidit tempus est vna, & continua. & causa in hoc, ꝙ ista translatio est cõtinua, est quia est vnius trãslati, nõ translati existentis in aliqua hora, & non in alia. qm̃ translatum, quãdo deficit in esse in aliqua hora, deficit motum esse, s. ꝙ qn priuatur in aliqua hora, priuatur mot⁹: & similiter quando quiescit. & hoc intendebat, cum dixit, nõ ita, ꝙ sit in aliqua hora. hoc enim diminuit intẽtionem, i. qm̃ motus est vnus, & cõtinuus, cum fuerit vnius trãslati nõ L deficientis in trãslatione in aliqua hora. qm̃, si tempus esset in trãslato deficiente in aliqua hora, tunc tempus deficeret ĩ aliqua hora: & sic tẽpus esset in tempore. & ex hoc apparet cõtinuatio motus, cui accidit tẽpus, & ꝙ nunq̃ deficiet. D. d. & hoc etiam diuidit prius, & posteri⁹, &c. i. & instans diuidit prius, & posteri⁹ in motu, qm̃ per illud diuiditur motus prior a posteriori: & ita actio instantis sequitur actionem puncti, s. ꝙ ista actio, quæ est diuidere, & distinguere est pũcti principaliter, & instantis secundario. Et dixit, quo M dãmodo. quia punctus in actu inuenitur super lineam, & instans inuenitur in potentia in motu, cum sit impossibile demonstrari vnum instans bis. Deinde dixit: punct⁹ enim continuat longitudinem, &c. idest, qm̃ punctus cõtinuat lineam, cum intelligitur differentia communis, & diuidit illam, cũ intelligitur principium vnius lineæ, & finis alterius lineæ. Et hoc intendebat, cum dixit: & erit principium istius, & finis illius, i. ista actio puncti erit, quãdo accipitur

Quomõ mot⁹ cõti I nuus sit vni⁹ mobilis, & ĩ eodẽ tpe. Vide etiã. 5. phy. c. 41. & t. cõ. 34

Pũctus in actu iuenitur s̃r lineã, & instãs iuenit̃ ĩ potẽtia ĩ motu, qa impoſſe ẽ idẽ instãs demr̃ari bis. Id cõ. sequẽti. & 121.

A accipitur principiũ istius lineæ, & finis alterius lineæ ex duabus lineis continuis per illum punctum: & similiter est de instanti, scilicet qm̃ diuidit tempus, & cõtinuat ipsum &c.

Sed, cum sic quidem accipiat aliquis, tanq̃ duobꝰ vtẽs vno, necesse ẽ stare, si erit principiũ, & finis idem punctus. ipsum autem nunc, ex eo, quia mouet̃ id, quod fertur, semper alterũ est. Quare tempus numerus est, nõ vt ipsius puncti, quia & principium, & finis est, sed vt vltima

Tps quare numerus.

B ipsius lineæ magis, & nõ vt partes propter id, quod dictum est. medio enim puncto, tanquam duobus, vtetur. quare, vt quiescat, accidet.

Sed, cum fuerit acceptum hoc, hoc modo, ita, quòd vnus punctus accipiatur pro duobus, necesse est cessare, cum idem punctus sit principium, & finis, instans uero, quia translatũ semper mouetur, diuersatur. Tempus igitur est numerus, non sicut attribuunt eidem pũcto,

C *quia est principium, & finis, sed sicut duo fines vnius lineæ, non sicut partes ex dictis. punctus enim medius accipitur pro duobus, ita, quòd quies est necessaria ei.*

166 Cum assimilauit instans in tpe vnitati in numero, & dedit differentiam inter illã, deinde assimilauit illud pũcto, cui magis assimilat̃ q̃ vnitati, incœpit dare differentiã inter illum, & punctum, Et dixit: Sed, cum fuerit hoc acceptũ, &c. i. sed instans differt à puncto. qm̃, cum instãs fuerit acceptum, sicut punctus accipit̃, D

s. ꝙ possibile sit ipsum bis demõstrari, sicut est possibile punctum bis demonstrari, & ideo necesse est tempꝰ quiescere, non moueri, quod est impossibile. Et, cum dixit ita, ꝙ vnus punctus accipiatur pro dnobus, intendit ita, ꝙ illud, qd̃ est in eo, quasi vnus punctus in linea, accipiat̃ bis, sicut vnus punctus in linea accipit̃ bis, s. principiũ, & finis. & hoc intendebat, cũ dixit, duobus pũctis, i. bis. ex quo sequitur vt habeat situ, sicut linea, & vt sit quiescẽs. Et, cũ narrauit ꝙ, si instans fuerit imaginatum in tpe, ſm ꝙ imaginatur punctus in E

linea, s. quiescere ad modũ puncti, sequit̃ impossibile, quod est tẽpus, se q ad quiescẽs. D. d. causam, ex qua fuit hoc necesse in pũcto, & dixit: cũ idẽ punctus sit principiũ, & finis, i. & est necesse vtiste pũctꝰ sit in actu, cũ sit principiũ alicuiꝰ in actu, & demonstrati, & finis alterius ẽt existẽtis in actu, s. principiũ. instans vero est finis deficiẽtis, & principiũ deficientis, s. præteriti, & futuri. Et, cũ narrauit ꝙ instans in hoc differt à pũcto, dedit causam in hoc, & dixit: instans vero, &c. id est, instans vero F

nõ potest demonstrari bis, quia sequtur translatũ, quod semp mouetur: vnde necesse est ipsum diuersari, adeo, ꝙ instãs, quod demõstrat̃ in secũdo, sit aliud à demõstrato in primo. Et, cum dedit differentiã inter punctũ, & instans, ex qua accidit vt numeratio lineæ sit à puncto, & numeratio motus à tpe, incœpit narrare hoc. pũctus enim est causa numeri lineę, quẽadmodũ instãs est causa numeri tpis. sed pũctus, ſm ꝙ est quiescens, est causa numeri lineę, in quantũ accipitur principiũ vniꝰ li-

G neæ, & finis secundæ. instans vero, quia est impossibile ipsum quiescere, est impossibile vt sit causa nunc n temporis hoc modo, s. idē instans demōstratū, ita q̄ sit finis præteriti, & principiū futuri. qm̄, si ita esset, tūc esset possibile idē instans demōstrari bis. & hoc accidit in instanti, cū fuerit imaginatū sicut punctus, & fuerimus imaginati tēpus sicut lineam. & ideo necesse est vt instans mēsuret tēpus, saltem per duo instātia, prius, & posterius, & ambo sint fines eiusdem temporis imaginati inter duo instantia, quemadmodū

H duo puncta sunt fines eiusdē lineæ. Et ideo dixit Arist. superius, q̄ si nō perceperimus multiplicationem instantis, non percipiemus tempus.

Te.c.100. Opinio Themistii. Themistius vero videtur concedere tempus percipi ad perceptionem vnius instantis: qm̄ assimilatur instans puncto. & sicut vnus punctus sufficit in numeratiōe lineæ, s. in diuisione eius, saltem in duo, ita est instans: & hoc erit quando imaginat pars prior motus in illo instanti, & posterior eo: & hoc erit in tribus instantibus præsentibus. Et non est si-

Improbatio. cut existimauit: nisi esset possibile

I vnū instans demonstrari bis. & hoc nō esset possibile, nisi tēpus haberet sitū. Et dixit: Tēpus igitur numerus est, &c. i. tempus igitur est numerus attributus motui propter instans, non sicut numerus, qui attribuitur lineæ, ex hoc, q̄ idem punctus accipitur principium. & finis, sed fm̄ q̄ instans accipitur duo eiusdē tēporis s. vnum principium eius, & alterum finis. & hoc intendebat, cum dixit: sed sicut duo fines eiusdem lineæ. Deinde dixit: non sicut partes, &c. i. ex dictis post. s. q̄ punctus, & instās sunt indiuisibilia, & non sunt partes eorum, in quibus sunt. Deinde dixit: pūctus enim, &c. i. hic dat causam, propter quam est possibile idē punctum accipi principium vnius lineæ, & finem alterius. & est, quoniam pūctus demonstratur bis, ita, q̄ propter hoc accidit ei necessario quies: & est impossibile in instanti, quoniam sequeretur ex hoc vt instans quiesceret: quod est impossibile, quia sequitur translatum. K

Lrā Alex. & Aspasij hēt, quod tps nō est pars mot⁹ Termini illius solū sūt, cuius sūt termi ni. Id. sup. te. 42.

Et insuper manifestum est q̄ neq; pars est ipsum nunc tēporis, neq; diuisio mot⁹, sicut neq; puncta ipsius lineæ. lineæ enim duæ partes vnius sunt. Quatenus igitur terminus est ipsum nunc, non est tempus, sed accidit, quatenus vero numerat, numerus. termini enim illi⁹ solum sunt, cuius sunt termini. numerus autem horum equorum, denarius scilicet & alibi est. L

Et quia manifestum est, quòd instans non est pars temporis, neq; diuisio pars motus, quemadmodū punctus nō est pars Lineæ, sed duæ lineæ sunt partes vnius lineæ, tūc instans, secundum quòd est finis, nō est tempus, sed accidens, quod accidit ei, secundum autem quòd numerat est numerus. quoniam fines sunt fines illius solius, cuius sunt fines. numerus vero, vt denarius, sicut dicitur de vno vnitas, sic dicetur de decem denarius, ut idem denarius est istorum equorum decē demonstratorum, & aliorum. M

Cum

A Cum declarauit differentiam inter numerum temporis ab instāti, & numerū lineæ à puncto, incœpit declarare ēt, ꝙ instās nō est pars tēporis, & dixit: Et quia manifestū ē, &c. i. &, quia manifestū est ꝙ instās nō est pars tpis, quia est differentia inter motū priorē, & posteriorē: & differētia, quę est inter duos motus, s. priorē, & posteriorē non est pars motus: ergo instans non est pars tēporis. D. d. sicut punctus, &c. i. cū sit differētia inter duas lineas. D. d. sed duę lineę, &c. i. sed duę partes lineę, quas pūctus diuidit, sunt illæ duę lineæ, non punctus, vt declarabitur in
107

B Sexto perfecte, vbi declarabitur ꝙ omne tps est semp diuisibile, & ꝙ instans est indiuisibile. D. d. instans igitur, fm ꝙ est finis, &c. i. vult declarare, ꝙ cum hoc, ꝙ instans non est pars tpis, est accidens ei, i. instās, fm ꝙ est finis in motu, non est tps, sed ipsum esse finē est accidens ei. D. d. fm aūt ꝙ numerat, &c. i. fm autē ꝙ diuidit tps est numerus. D. d. fines enim, &c. hic declarat causam, propter quā instans nō est instans, fm ꝙ est finis alicui⁹ demonstrati: & est fm ꝙ est numerus: & est: quoniam

C fines sunt in eo, cuius sunt fines, & instans nō inuenitur in aliquo proprio, & nō in alio, sicut est dispositio in numero. vnde dictū est in definitione eius, ꝙ est numerus translāti.

Fines sunt in eo, cui⁹ sunt fines. Idē supra cō. 42. & infra cō. 120.

Quis Numerus sit, qui in definitione temporis accipitur: ex quo nonnullorum in ipso tempore redditur causa. Cap. 5.

QVod igitur tempus numerus motus est, fm prius, & posterius, et continuum (nam cōtinui est) manifestum est. Minimus autē numerus, quidam simpliciter quidem est, vt dualitas, quidam autem numer⁹ est quidem vt est, est autem vt non est. Vt lineę minimus multitudine quidem est duæ, aut vna, magnitudine aūt nō est minim⁹. semp enim diuidit oīs linea. Quare similiter & tēpus. minimū enim fm numerum est vnū, aut duo, secundū autem magnitudinem non est.
D

Vide contradictionē Zim.

Manifestum est igitur, quod tempus est numerus motus secundum prius, & posterius, & quod est continuum, cum sit numerus cōtinui, & habemus accipere numerum minimum de numero simpliciter. Quod autem est aliquis numerus, possibile est quodammodo inueniri numerum, & alio modo impossibile. v. g. quoniam minimū lineæ est vna linea, aut duæ, in mēsura vero nō habet minimum: quoniā omnis linea diuiditur semper. Et similiter est de tempore etiam. quoniam minimum tempus numerus est, v. g. aut vnū tēpus, aut duo tempora, in mensura vero non est.
E
F

Cum dedit differētiā inter numerū acceptū in definitiōe tpis, & nūerū simplr, & nūerū, q est instās, qui est causa in nūeratiōe prioris, & posterioris, quēadmodū nūerus, qui est pūcta, est causa in nūeratione lineę p lineas, vult inducere accidētia, quibus nūerus accept⁹ in definitiōe tēporis differt à numero simplr, & dixit: Manifestū est igit, i. qm̄ est nūerus mot⁹, nō fm ꝙ mēs accipit illud 108

 habens

G bens partes tantum, sed secundum ꝙ accipit illud habens partes priores, & posteriores. Et fecit rememorationẽ ꝺ hoc ĩ hoc loco ꝓpter hoc, ꝙ vult consyderare de accidentibus temporis, & ideo dixit: & quod est continuum, i. & apparet ex hac definitione, ꝙ est cõtinuum, cum sit numerus cõtinui, s. motus, Et, quia est numerus cõtinui, & non est nuerus simplr, dedit differentiam inter numerũ simplr in hoc. ꝙ paucitas inuenitur in eo, & inter numerũ alicuius, vt descẽdat ad modũ, quo inuenitur in eo paucitas, & multitudo,
M &.d.& habemus accipere, &c. i. & in numero simplr inueniť minimũ, v. g. duo, aut vnum, si intellexerim us ꝑ minimũ illud, quod est indiuisibile, s. vnitatem. Et. cum declarauit ꝙ in numero simplr possibile est inuenire minimũ, & indiuisibile, s. vnitatem, declarauit ꝙ numerus alicuius est econtrario, & ꝙ quodammõ inuenitur in eo minimũ, & quodãmodo nõ, & dixit: Quod aũt est aliquis numer⁹, &c. i. illud autẽ, ꝙ est numerus alicuius, posse est, ſm ꝙ est numerus vnitatũ indiuisibiliũ, in illo genere inueniri minimũ eius. &,
I ſm ꝙ est numerus alicuius, cui accidit diuisio in infinitũ, nõ inueniť in eo minimũ. D.d. v. g. linea, &c. i. qm̃ cũ linea accipiatur, ſm ꝙ est mẽsurans, & numerans, tũc minimũ eius erit, aut vna linea: si intelligitur ꝑ minimũ illud, quod non est diuisibile in illa mensura, s. per quod mẽsaratur numerus illius lineæ, & est illud, quod est ex eo quasi vnitas: aut duæ lineæ, si intelligitur per minimum prima multitudo numeri. duo enĩ sunt huiusmodi, s. qm̃ sunt minima multitudo numeralis. Et, cum declarauit ꝙ accidit ei, ſm ꝙ K est numerus, vt ex eo inueniať minimum illis duobus modis, quibus inuenitur in numero, incœpit declarare ꝙ, ſm ꝙ est mensura, & nõ numerus simpliciter, accidit ei etiã vt in eo non inueniatur minimum, & est diuisibile in duo naturaliter, & dixit: mensura, &c. idest, qm̃ non diuiditur in indiuisibile, sicut diuidiť numerus. & hoc declarabitur in Sexto huius libri. Et, cum declarauit ꝙ Tex. cõ. 4 & indé. in continuo quodamodo inueniuntur propria numero, & quodammodo propria continuo, & hoc erit, cũ
L numerať, & tempus fuerit cõtinuũ, conclusit ex hoc, ꝙ tẽpus est hmõi, & dixit: Et similiter est de tẽpore, i. & quia tp̃s est cõtinuum, necesse est vt in eo inueniatur minimũ quodã mõ, & alio mõ nõ inueniať, ſm igiť qđ numerať, inueniť ĩ eo minimũ, & est vnum tempus, per quod numeratur, aut duo tempora: secundum autem quòd est mensura, non inuenitur in eo minimum.

Manifestum autẽ est & propter quid velox quidẽ & tardũ non dicitur, multum autem & M paucum, & longũ & breue. quatenus enim continuum est, longum & breue dicitur, quatenus autẽ numerus, multũ & paucũ. velox autem & tardum nõ est. non enim numerus, quo numeramus, velox, & tardus vllus.

Manifestum est igitur, quòd in eo non dicitur velox & tardum, & dicitur in eo multum & paucum, & longum & breue. secundum enim quod est continuum est

tem

A *longum, & breue, secundum autem quod est numerus est multum & paucum. velox vero, & tardũ non est. quoniam neque numerus, per quem numeratur, est velox, aut tardus omnino.*

109 Hic dat tria propria tẽpori: quorum Vnum est ꝙ non sit velox, aut tardum. Secundum autẽ est, qm̃ potest dici multum, & paucum, quod est proprium numero: Tertiũ autẽ est, qm̃ est longum & breue, qđ est propriũ quantitatis cõtinuę. & hoc potest dici, ſm ꝙ est cõtinuũ, i. quia sequitur continuum. multum vero & paucum potest dici, ſm ꝙ est numerus. velox aũt, & tardum nõ põt dici, quia est nũerus: & numerus nõ põt disponi per alterũ istorũ oppositorum. et contraria sunt falsa in eo, quod non est subiectũ propriũ eis. quod nõ accidit in cõtrarijs. Et quęret aliquis, si tẽpus quodãmodo est continuũ, & quodãmodo discretũ, quare definitum est per discretum, cum dicitur ipsum esse numerum?

Tria propria tpi.

B

Dubium.

Solutio. Tps ñ fit nisi quando mẽs diuidit motũ i prius, & posteri⁹. Cõsiſe supra cõ. 88. 104.

C

Dicamus igit́ ad hoc, ꝙ extra mẽtem non est nisi motũ, & tẽpus non fit, nisi qñ mens diuidit motum in prius, & posterius: & hæc est intẽtio numeri motus, i. motum esse numeratũ: ergo substãtia tẽporis, quæ est in † eo quasi forma, est numerus, & quod ẽ in eo, quasi materia, est motus cõtinuus: qm̃ non est numerus simpliciter, sed numerus motus. cõtinuatio igitur accidit ei gratia materiæ, & discretio, s. numerus gratia formæ. & est cõpositum ex duabus quantitatibus. s. discreta, & cõtinua. & ista compositio accidit mẽsuris, quando diuiduntur. & cõsyderatio, quæ est in decimo Euclidis est de magnitudinibus. in illo enim tractatu consyderat de magnitudinibus, ſm ꝙ sunt numerus.

† Illud, qđ ẽ in subã tpis, quasi fõrã, ẽ numerus, & illud qđ ẽ quasi materia, est mot⁹ cõtinuus.

D

Et idem etiã vbiq; simul est. prius autẽ, et posterius non idẽ. quia & mutatio pręsens quidẽ vna est: facta vero, & futura, altera. Tempus autẽ numerus est, nõ quo numeramus, sed qui numerat́. hoc aũt accidit ſm pri⁹, & posterius semper alterum. ipsa enim nunc altera sunt. Est autem numerus, vnus quidem, & idem centum equorum, & centum hominum: quorum autem numerus est, altera sunt, equi scilicet ab hominibus.

Tps ẽ nũerus ñ quo nũeram⁹, sed qui numeratur. Idẽ supra tex. 102.

E

Et in omni loco, quod vere est insimul, est idem. prius autem, & posterius non est idem. quoniã trãsmutatio etiam præsens nõ est idẽ: quod autem fuit, & erit, est diuersum. Et tempus non numerus est, per quẽ numeratur, sed numerus numeratus, & contingit huic, vt prius, & posterius ex eo sint semper diuersa, quoniam instãtia sunt diuersa. Et numerus centum equorum, & numerus centum hominum est idem: illa autem, quorum est hic, sunt diuersa, quia sũt equi, & homines. F

Nititur in hoc sermone narrare accidentia, quæ accidunt tpi, ſm ꝙ est numerus, & accidẽtia, quib⁹ differt à numero, ſm ꝙ nõ est numerus simplr, sed numerus numerat⁹. 110

Et dixit Et in oĩ loco, &c. i. & in oĩ

G loco illud, quod accipitur de tēpore pręsenti, i. ſin actu eſt idem & in omni motu, & in omni loco. & cauſa I hoc eſt, qm̄ inſtans non multiplicatur p multiplicationem motorum, aut motuum, cum ſit numerus eorum, & numerus non multiplicatᷣ p multiplicationē numerati. Et, cum declarauit hoc, quod accipit tpi, ſm ꝙ eſt numerus, incœpit ēt declarare ꝙ accidit ei, ſm ꝙ eſt numeratum. i. numerus motus, & non numerus ſimpliciter, & dixit, prius autē, & poſterius, &c. i. prius, autē, & poſterius tpis eſt idē ſm ſubiectū, ſed ē diuer-

H ſum ſm definitionē. & hoc nō accidit in numero ſimplr, ſed hoc accidit tpi, quia tps eſt nūerus trāſmutati, & tranſmutatū eſt idē ſm definitionē, & ſubiectū. pri⁹ vero, & poſterius diuerſantᷣ ſm definitionē, ſ. in prioritate, & poſteritate vt dictū eſt

Com. 99. ſuperi⁹. D. d. Et tps nō eſt numerus, &c. & intēdebat declarare p hoc, ꝙ ex hoc modo accidit ei diuerſitas in pręterito, & futuro, & vtrīn priori, & poſteriori: & hoc eſt ęquale inſtanti, & tēpori. & ideo dixit poſt: & cōtingit hoc, &c. i. & ſequitᷣ ex hoc ꝙ tēpus eſt numer⁹, & numeratum, i.

I numerus motus, vt pri⁹ ex eo, & poſterius diuerſentᷣ ſm definitionē, licet ſint vnū ſm ſubiectum. D. d. inſtantia enim ſunt diuerſa, i. ſm prioritatē, & poſteritatē. D. d. Et numerus cētum equorum, &c. declarauit ex hoc qm̄ eſt propriū numero ſimplr hoc, ꝙ non multiplicatᷣ per multiplicationem ſuorum ſubiectorū, & ꝙ ſubiecta multiplicantᷣ, & ꝙ illud, quod eſt numerus quodā modo, et numeratū alio modo, ſicut ē diſpoſitio in tpe, accidit ei vtrūq;, ſ. multiplicari per multiplicationē ſubiecti, et adunari p formā, ſ. ſm ꝙ ē K numer⁹. et ex hoc modo prius, et poſterius in tpe ſunt idē in omnibus motibus, non multiplicata per multiplicationē eorum: ſicut eſt diſpoſitio in inſtanti. Et cauſa in hoc eſt, qm̄ eſt prius, et poſterius in motu cōtinenti totū. et ideo omnia ſunt in tēpore, quia ſunt in ſphæra mundi. vnde quidam exiſtimauerunt tēpus eſſe ſphæram, aut mundum.

Amplius aūt, vt cōtingit motum eſſe eundē, & vnum iterū, & iterū, ſic & tēpus cōtingit, vt annum, aut ver, aut autumnū. — Non ſolū motū tpe metimur, ſed & motu tēpus. Vide contradictiones Zim.

L *Et etiam ſicut eſt poßibile, vt idem motus iteretur poſt alium, ſimiliter eſt hoc poßibile etiam in tempore, verbi gratia hyems, & ver, & autumnus.*

III Declarat hoc, ꝙ accidit tpi illud, qđ accidit motui circulari. & hoc demonſtrat ipſum ſequi motū circularē, non motū rectū. mot⁹ enim, qui poteſt iterari iterum poſt aliū, eſt idē cum circulari. & adduxit ſermonem ſm modū ſermonis, dicentis cauſam ei⁹, ꝙ eſt tēpus circulare. Et quaſi aliquis diceret, quō eſt poſſibile tps reuolui? Et tunc dicetᷣ illi, M quia declaratū eſt ipſum ſequi motum. &, quēadmodū poſſibile eſt eū dem motum reuolui in ſe, ſ. circularem, ſimiliter temp⁹, v. g. hyemē, & autumnum, & æſtatem, & ver, quoniam vnumquodq; reuoluitur. — Tps ſequitur motū circularē, nō motū rectum.

Non ſolum autē motum tempore metimur, ſed & motu tempus: propterea ꝙ à ſeinuicem definiuntur. tempus enim definit motum, cum ſit numerus ipſi⁹: motus autem tēpus. & dicimus multum,

A multum, aut paucum tempus, motu metientes: sicuti numerabili numerũ. vt equo vno equorum numerum. numero enim equorum multitudinem cognoscimus: rursus aũt in vno equo ipsum equorũ numerũ. silr aũt & in tpe, & motu. tpe enim motũ, motu aũt tẽpus mẽsuramus.

Et non solũmodo motus mẽsuratur per tempus. sed tempus per motũ etiã: quoniam vtrunq; determinat reliquũ. per tẽpus enim determinatur motus. quia est numerus B *illius: et quandoq; etiã tempus per motum. dicimus enim tempus magnum, & paruum nos, mẽsurando ipsum per motum. quemadmodum etiam per numeratum terminamus numerũ. v.g. quoniã quãdoq; notificamus numerũ istorũ equorũ per vnum equum illorũ. quemadmodum igitur per numerum notificamus numerum equorum, & per vnum equum etiam notificamus illum numerum, ita est etiã* C *de tempore, et motu. mensuramus enim tempus per motum, & motum per tempus etiam.*

112 Tpi p accñs cõtingit ipsum mẽsurari. Idẽ supra cõ. 102. & infra. 113.

Quia substãtia tpis ẽ aliquis numer⁹, & actio numeri est mẽsurare, ideo actio substãtię tẽporis est mensurare motũ. Et, quia numero accidit ei per accidẽs ipsum numerari p numeratũ, & ideo cõtingit tpi etiã per accidẽs ipsum mẽsurari per motum, dixit: Et non solũmodo, &c. & intelligendũ est ex hoc, ꝙ tps mẽsurat motũ, ꝙ hoc est essentiale ei, & D ex hoc, ꝙ motus mẽsurat tps, quod hoc est accidẽs ei. Et, cũ narrauit ꝙ vtrũq; mẽsurat reliquũ hoc modo, quo diximus, dedit causam in hoc, & dixit: qm̃ vtrũq;, &c. i. & necesse ẽ vt vtrũq; mensuret reliquum, quia vtriusq; paucitas, & multitudo determinať in eo p reliquũ: & omne, quod determinať p aliud, est mẽsuratũ per illud. D. distinxit hoc, & d. per tps enim, &c. i; per tẽpus vero determinať mot⁹ essentialiter, qm̃ substantia tpis est numerus motus. &, quia determinatio tpis per motũ ẽ per accidẽs, dixit: & qñq;, &c. i. & de E monstrat per hoc, ꝙ dixit, qñq;, ꝙ hoc raro accidit, & ꝙ est p accidens. D. declarauit hoc, & dixit: dicimus enim, &c. i. & nos cõprehendimus tps esse magnũ, cum nos cõprehẽdimus ꝙ motus, quẽ sequitur tps, est magnus. D. declarauit modum, ex quo accidit tẽpori mensurari p motum, & est mod⁹, ex quo accidit numerato mẽsurare numerũ, & dixit: qm̃ mensuratur p motum, &c. i. & accidit nobis mensurare tps per motum, sicut accidit nobis numerare p numeratum in aliqua hora ipsum numerũ: licet rectũ sit nũerare numeratũ per numerum. sed, cũ dubitamus de nũero, tunc numeram⁹ ipsum per numeratũ: vt accidit numerantibus, qñ significãt numeros digitis: & accidit nobis, sicut dixit. numerare numerũ istorũ equorum per vnum equũ illorum, qñ dubitauerimus de numero illorũ: qm̃ pri⁹ cognoscimus per vnũ numerum, numerum equorũ: & cũ dubitam⁹ de numero illorũ, cognoscim⁹ hoc per ipsos equos. Et, quia proportionalitas in hoc inter numerũ, & nu- F

Licet rectũ sit numerare numeratũ p nũerũ: tñ cũ dubitam⁹ de nũero. tũc nũeram⁹ ipm p nũeratũ.

G meratū,& motum,& tēpus,est vera, s.in hoc, ꝙ vtrūq; numerat reliquū eo modo,quo diximus,s.qm̄ vnum numerat alterū essentialiter, & alterū numerat illud p accidēs,d.quēadmodum igitᵉ cognoscimus per nūerum,&c, i.quēadmodū igitᵉ per numerū scimus numeratū, sic scimus numerum istorū equorū per numerum, cū numerus eorum fuerit cognitus.sīr per numeratū, quod est equus vnus, scimus numerū illorū, cum acciderit nobis dubitare,aut errare in numero illorū. & ita est de tempore cū motu, & accidit nobis
H vt numerū numerari p numeratū sit per accidēs.qm̄ non facimus hoc semp in principio, sicut facim⁹ hoc in mēsuratione numerati p numeru:sed facimus hoc per accn̄s, s.ꝙ illud,ꝙ est notius apud nos naturalr, est numer⁹, & ignoratū naturaliter est numeratū:& sic semp per noti⁹, quod est numerus, scimus latētius, quod est numeratū.&, si post hanc cognitionē accidit nobis errare,aut dubitare ī numero, tūc reuertimur, & scim⁹ numerū per ipsum numeratum. & fm hoc est intelligēdum de numero, & numerato, & motu,
I & tēpore,scilicet in hoc, ꝙ vtrunq; numerat reliquum.

Et hoc rationabiliter accidit. Sequitur enim magnitudinem motus,motum autē tempus, ex eo,quia quāta,& cōtinua,† {& discreta sunt.} propter ea enim ꝙ magnitudo ē huiusmodi, motus hæc patitur: propter autem motum tempus. Atqꝫ mensuram⁹ & magnitudinem, motu,& motū magnitudine. multā enī dicimus esse viam,si ambulatio multa est, & hāc,multam,si via multa sit: & tempus, si motus, & motum,si tempus.

† a.l.diuisibilia sūt

K *Et recte sequitur hoc.Quoniam motus sequitur quantitatem, & tempus sequitur motum, quia est de quantitate,& est de diuisibili. quoniam, secundum quòd mēsura est talis,motus est talis:et quia motus est talis,tēpus est tale. Et etiā mensura mensuratur per motum, & motus per mensuram. dicimus enim viam esse longam, quando cursus fuerit longus, & dicimus cursum esse longum, quando via fuerit longa:& dicimus de tēpore secundum motum,& de motu secundum tempus.* L

Id est recte cōtingit vt tp̄s mēsuret motum.qm̄ quēadmodum motus sequitᵉ mensurā in hoc,qđ est de quāto,& de cōtinuo, & diuisibili,s. qm̄ ista esse in motu est ꝓpter illa esse in mēsura, similiter tp̄s sequitᵉ motum in habendo ista, s.quia est quantum discretum quodā modo, & cōtinuū alio modo,i. ꝙ ista sunt in eo,ꝓpter hoc,ꝙ sunt in motu.Et M hoc intendebat,cū dixit: qm̄ fm ꝙ mēsura est talis,&c.i.qm̄,fm ꝙ mēsura est hmōi continuationis,& discretionis,& quātitatis, ideo mot⁹ ē hmōi de quātitate,& discretione,& cōtinuatione: &,quia mot⁹ ē hmōi de cōtinuatione,aut discretiōe,ideo tp̄s est hmōi. Et intēdebat p hoc declarare ꝙ causa ī hoc, ꝙ accidit tpi, s.ꝙ mensuratᵉ per motū ē,quia mot⁹ est causa in esse ei⁹,fm ꝙ ē subiectū illi⁹. & ideo accidit ei, cū fuerit ima-

113

A imaginatum ipsum esse mẽsuram extensam per extensionem motus, mensurari per motum ſm modũ, quo mensurat motũ. sed differunt, qm̃ motum mensurare ipsum est accidens motui: tp̃s vero mensurare motum est illi essentiale: cũ eẽntia eius sit mensurare motum. Et, quia dispositio temporis in hoc cũ motu est sicut dispositio motus cũ mensura, s. qm̃ mensurã esse est cã in esse motus, narrauit ꝙ similiter accidit quantitati ẽt cum motu de mensuratione vtriusq; à reliquo, sicut accidit tempori cũ motu, & dixit: Et ẽt mensura mensuratur per motũ, &c. D. d. & dicamus de tẽpore ſm motum, i. & mensuramus tẽpus per motum. Sed sciẽdum est ꝙ substantia motus nõ est in mensuratione spatij, sicut substantia temporis est in mensuratione motus.

Motũ mẽsurař tp̃s est accidẽs motui: s; tp̃s mẽsurare motui ẽ illi essentiale: cũ eẽntia ei⁹ sit mẽsurař motũ. Idem sup. c. 102 n1. & isra 133.

B

Documẽtum.

Quid sit in Tempore esse. Quæ sint ea, q̃ sunt in Tempore, et quæ non sunt in tẽpore. Tempusq;, ut motum. ita & quietem mensurare. Cap. 6.

QVoniam aũt tempus est mẽsura motus, ipsiusq; moueri, metiř aũt * hoc motum determinando quendã motum, qui mẽsurabit totum, sicut & longitudinem cubitus, determinando aliquam magnitudinem, quæ remetietur totã, & est motui, in tẽpore esse, mensurari tempore, & ipsum, & eẽ ipsius: simul.n.motum, & esse motus mensurat: et hoc est ipsi in tp̃e esse, mensurari ipsius eẽ.

C

* a. Lita. Vide cõt. Zim.

Et, quia tempus mensurat motum, & moueri, & motus mensuratur, quando per illud terminatur aliquis motus, per quem numeratur totus motus, sicut per cubitum numeramus longum, quando per ipsum terminamus aliquam mensuram, per quam mensuratur totum. motum.n. eſse in tempore est, quia tempus mẽsurat essentiã eius, quoniam mensurat insimul motum, & essentiam eius. & intẽtio eius, quod est in tempore, est, quia numerat essentiam eius.

D

114 Intendit narrare qũo dř ꝙ trãsmutabilia sunt in tempore, & incœpit à motu, cum manifestius se habeat ad tẽpus, & dixit: Et, quia tempus, &c. i. &, quia tẽpus est illud, per quod mensuratur motus. qm̃ nos mensuramus motũ, ita, ꝙ per tẽpus determinamus aliquam partẽ motus, s. qm̃ per aliquã partem terminatam tẽporis terminamus aliquã partem terminatam motus, s. æqualem ei, & post per illam partẽ mensuramus totum motum. v. g. cum dixerimus ꝙ iste motus fuerit 5 quinque horis. ista.n. mẽsuratio motus est, qñ acceperimus vnã horam, & determinauerimus per illã aliquã partem motus æqualem ei, & post per illam partem mẽsuramus alias partes motus, sicut accipimus vnũ cubitum, & terminamus per ipsum aliquam partem illius, qđ volumus numerare, & post mensuramus ipsum per illam partem cognitam. quemadmodum igitur cubitus hic est notior apud nos q̃ illud, qđ mẽsuratur per cubitum, ita ista pars tẽporis debet eẽ notior, q̃ motus mẽsuratus p̄ tempus: & ista pars temporis

E

F

poris

G poris debet sciri per notiorem motuum, & priorem illorũ, qui est motus diurnus, vt post dicet. D.d. illud, quod sequitur ex hoc, & est, ꝙ dicere motum esse in tẽpore est idẽ cũ dicere tẽpus mensurare illum motum, hęc est intẽtio eius, qđ dicim', ꝙ numeratum est in numero. &. d. motum. n. esse in tempore, &c. i. &, cũ ita sit de mõ mensurationis motus à tempore, ergo intẽtio eius, qđ dicimus ꝙ motus est in tẽpore, est ꝙ motus mensuratur per tempus, s. qm̃ motus mensurat ipsum, non esse ipsius: tempus vero mensurat

H de motu vtrunq;. s. quantitatem, & esse. & hoc accidit motui: quia nõ est ens ſm oẽs suas partes ĩ actu: sicut est dispositio in mensura. & forte hoc intendebat, cũ. d. mẽsurat in simul, &c. D. d. & intentio eius, qđ est in tempore, &c. i. & intẽtio eius, qđ dicimus, ꝙ omnis motus est in tempore, nihil aliud est q̃ hoc, ꝙ tẽpus mensurat esse eius.

Manifestum est ꝙ et aliĳs hoc est ipsum in tempore esse, mensurari ipsorum esse à tpe. In tpe .n. eẽ duorum est alterum. vnũ

Vide cõt. Zim.

I quidem esse tunc, qñ tẽpus est, alterum aũt, vt quædam dicimus, ꝙ in numero sunt. hoc autẽ significat, aut vt partẽ numeri, & passionẽ, & oĩno ꝙ numeri aliquid est, aut ꝙ est ipsius numerus. Qm̃ autẽ numerus tẽpus est, ipsum quidẽ nũc, & prius, & quęcũq; sunt hmõi sic in tẽpore sunt, vt in numero vnitas, & impar & par. hæc. n. numeri aliquid, illa vero tẽporis aliquid sunt. Res autẽ, vt in numero, ita in tẽpore sunt: si autem hoc est, cõtinentũ à numero, sicut & ea, q̃ sunt in loco, à loco. K

Et manifestũ est quod de aliis intentio eius, quòd sunt in tempore, est, quòd tempus numerat quiditatem eorum. Quoniã aliquid eẽ in tempore habet duas intẽtiones. quarum vna est, vt aliquid sit, cũ tempus fuerit, & alia, sicut dicimus, de quibusdã rebus, quòd sunt ĩ numero. & iste sermo significat,

L *aut illud. quod ẽ quasi pars numeri, aut accidens ei, & vniuersaliter aliquod attributum numero, aut quòd habet numerũ. Et, quia tempus est numerus, instãs prius, & posterius, & alia similia sunt in tempore, sicut vnitas in numero, & par, & impar. ista. n. attribuuntur numero, & illa tempori. Et res sunt in tempore, sicut sunt in numero. &, cum ita sit, numerus continet illas, sicut locus continet illud, quod est in loco.* M

Et manifestum est ẽt, ꝙ intentio eius, ꝙ alia sunt ĩ tpe, est ꝙ tempus mensurat essentiam illorum, i. esse eorum, & ꝙ attributio illorũ tẽpori est, ſm ꝙ tẽpus continet illa ad modum eius, ꝙ numerus continet numeratum. Et, cum posuit hoc positiõe, incœpit declarare illud, &. d. Qm̃ aliquid esse in tempore habet duas intentiones, &c. i. & hoc apparet, qm̃ dicere aliquid esse in tempore habet alteram istarum duarũ intentionum. Quarum vna est, vt tempus 115

A tẽpus sit cõiunctum cum esse eius, ita, ꝙ sit aliud ab eo, non continuũ cum eo, sed separatum. cõiunctum tñ in esse. i. vt inter illa non sit ligatio, nisi in esse eorum insimul. Scđa aũt intentio est vt intentio eius, qđ dicimus aliqd esse ĩ tpe est aliqd eẽ in numero. Et facit hanc diuisionẽ bimembrem. qm̃ notum est ꝙ ens attribuitur tempori, ſm ꝙ est coniunctum ei, non ſm ꝙ accipitur in definitiõe rei, tanꝗ pars illius, neq; ꝙ res accipiatur in definitiõe illius. &, cum tempus sit cõiunctũ, non remanet vt attribuatur ei illud, quod

Documẽtum.

B est in tempore, nisi aut sicut numeratũ attribuitur numero, aut sicut aliquid attribuitur illi, quod existit cum eo: licet aliquis possit dicere ꝙ adhuc est ista tertia pars possibilis, quæ ẽ attributio partis rei ad rẽ, & accidẽtium illius ad ipsam rẽ. & ideo iam cito post ĩduxit illam, qñ diuisit aliquid attribui numero, cũ d. & iste sermo, &c. sed apparet vlr ꝙ sustentatus est in hac declaratione super hoc, quod prius declarauit s. ꝙ tempus est aliquis numerus: & illa, quæ induxit, sunt ad confirmãdũ. Et, cum posuit ꝙ res attribuitur

C tẽpori altero duorũ modorum, aut sicut res, quę inuenitur in numero, attribuitur numero, aut sicut illud est coniunctum alicui in esse ad ipsum, cui cõiungitur, reuersus est ad diuidendũ ipsum, quod est aliquid esse in numero, &c. d. & iste sermo significat, &c. i. Et intendit per partẽ illud, qđ est in numero, quasi spẽs, & differentię, & per accidens consequentia essentialia, & per attributum illud, qđ est cõe accidentibus. Et intendit per hoc, ꝙ dixit, aut ꝙ habet numerum hoc, s. aut qđ attri-

buitur ei, ita, ꝙ sit numeratum ab eo, ita, quòd ipsum sit numerus illius. & quasi dicat, & res attribuit numero, aut sicut aliquid, qđ accipitur in definitiõe numeri, aut sicut aliquid, in cuius definitiõe accipitur numerus, s. accidentia essentialia, aut sicut ea, quorum vtrunq; accipitur in definitione alterius, & sunt correlatiua, quæ sunt in numero, vt duplum, & dimidiũ, aut sicut numeratũ attribuitur ei: & hoc est simile attributioni continentis ad contentum. Et, cum posuit hoc, incœpit narrare quid inuenit ex istis D

in tempore: licet hoc non fuerit intentio eius. qm̃ intentio eius fuit declarare, quõ attribuuntur tempori res existentes in tpe, sed vidit ꝙ, cũ fuerit declaratum quę sunt illa, quę sunt de tpe, sicut partes numeri de numero, & accidentia eius, declarabitur ex hoc ꝙ attributio rerũ tempori est alia. Et d. Et, quia tẽpus, &c. .i. &, quia tempus est numerus, necesse est vt in eo sint ẽt aliqua, ꝗ ita sint in eo, sicut vnitas, & par de numero: & sunt instantia, quæ multiplicantur per prius, & posterius, vt declaratum est prius. proportio. n. E

istarũ ad tẽpus est similis ꝓportioni differẽtiarum numeri ad numerum. & hoc intendebat, cũ d. ista. n, attribuuntur numero, &c. Et, cũ posuit ꝙ tp̃s est numer⁹, & ꝙ illa, quę attribuuntur numero, sunt duobus modis, aut de natura numeri, aut numerata, quę continet numerus. & est declaratũ ꝙ illa, ꝗ sunt in tpe, ꝗ sunt illa, ꝗ sunt de natura numeri sunt alia ab eis, ꝗ sunt in tpe, conclusit ex hoc, ꝙ illa, q sunt in tẽpore, attribuunť tpi, ſm ꝙ numeratũ attribuiť numero, & dixit: Et res F

sunt

G sunt in tpe, &c. & forte induxit cito hanc cōclōnē, anteq̄ destrueret tertiā diuisionem, q̄ est vna diuisionū sylli : quia iam declaratū est q̄ tēpus est numerus. &, cum ita sit, illa, quæ attribuuntur ei, sunt duobus modis, aut partes, aut accidentia ei; aut numerata ab eo. &, quia illa, q̄ sunt ex eo quasi partes, & accidentia, sunt alia ab eis, quę dicunt̄ esse in tpe, sequitur vt illa, q̄ dicunt̄ esse in tpe, attribuant̄ ei, fm q̄ numeratū attribuit̄ numero. & quasi induxit tertiam diuisionem ad cōfirmā dū, nō quia ē necessaria ī hoc syllō.

H D.d. numerus.n.cōtinet illas, &c i. &, quia res sunt in tpe, sicut numerata in numero: & numerus cōtinet numerata fm modū similē ei, fm quem locus cōtinet locatum: necesse est vt tēpus cōtineat numerata.

Manifestum aūt est et q̄ non est in tempore esse, esse qn̄ tempus est, sicut neq̄ in motu esse, neq̄ in loco, qn̄ motus, et locus est. Si.n. erit id, qd̄ est in aliquo, sic, omnes res in qd̄libet erūt, et cœlum in milio. qn̄.n. milium est, & cœlum est. sed hoc quidē accidit, illud aūt necesse est con-
I sequi, & id, quod est in tpe, esse qddā tp̄s, qn̄ & illud est, & id, quod est in motu, eē tūc motū.

Et est manifestum, quòd intentio eius, quòd aliquid est in tempore, non est quòd aliquid sit, cum tēpus fuerit, quemadmodum intentio eius, quòd est aliquid eē in motu, non est vt ipsum sit, cum fuerit motus, neq; intentio eius, quòd est aliquid eē in loco, est vt ipsum sit, cum fuerit locus. Quoniam, si aliquid esse in loco, habet hanc intentionē, necesse est vt omnia sint in quolibet, & cœlum in milio. quoniam, cum vnum granū milij fuerit, cœlum erit ēt, sed per accidēs. necessarium vero est, vt semper sequatur aliquid esse in tempore aliquod tempus esse, cum illud fuerit, aut sequatur aliquid eē in motu, motum esse in illa hora. K

Cum diuisit attributionē rerum tēpori in attributionem cōiunctionis, & in attributionē rei ad numerū, & diuisit attributionē rei ad numerū in duo, quorū vnum est attributio rerū essentialium, q̄ sunt ī numero ad numerū, & aliud attributio est numerati ad numerū, & declarauit quę sunt illa, quæ ita attribuuntur tpi, sicut res essentiales attribuūtur numero, cum tp̄s sit numerus, festinauit, & posuit q̄ ꝓportio entiū, q̄ sunt in tpe, ad tp̄s est sicut proportio numerati ad numerum, anteq̄ destrueret tertiā diuisionē. Et fecit hoc, sicut diximus, quia conclusio erat verificata ei ꝑ hoc, qd̄ declarauit pri⁹ de tpe, qm̄ est aliquis numerus &, cū fecit hoc, intendebat cōplere primā rōnem, à qua ī cœpit. & iō reuersus est ad destruēdū primā diuisionē, à qua incœpit sermonē, & dixit: Et manifestum est, &c. i. qm̄, cum manifestū est per se, q̄ dicere aliquid est in tpe ē sicut dicere aliquid esse ī motu: & ē manifestū per se q̄ aliquid esse ī motu nō est intētio eius, qd̄ est, qn̄ motus fuerit: ergo necesse est vt intētio ei⁹, q̄ aliquid sit in tpe, nō sit, vt cū fuerit,

[right margin: 116 L Cōtinuatio. M Expō līæ.]

A rit, erit tps. &, quia proportio eē alicuius ad tps est similis proportioni esse eius ad locū, & est manifestum q res nō attribuitur loco, ita q erit, cū fuerit locus, ideo necesse ē, vt ita attribuat tēpori. & iō dixit post, neque intētio, &c. Et, cū dedit rōnē ad destruendū vt aliquid attribuat loco attributiōe cōiunctiōis, incœpit cōfirmare rōnem suam inducēdo inopinabile sequens hāc positionē in loco, s. dicere q intentio eius, qđ est aliquid esse in loco, est q, cū fuerit locus, erit res & dixit: Qm̄, si intentio eius, qđ est aliquid eē ī loco,
B &c. i. qm̄ si intentio eius, qđ est aliquid esse ī loco est vt sit, qn̄ loc⁹ fuerit tūc intētio eius nō erit, nisi hoc, q locus rei sit oē, qđ, cū fuerit, erit res ſm cōiunctionem, nō ſm essentiam. &, cū ita sit, & coniunctiones sunt plures, tūc idē erit in pluribus īfinitis. & magis inopinabile est q, si locus est illud, qđ, cum fuerit, erit res, &, qn̄ milium fuerit, erit cœlū, tunc sequit vt cœlum sit in milio. D. d. sed hoc est p accidēs, i. sed ista consecutio est p accidens, s. dicere, q, cū fuerit miliū, erit cœlum. & similiter dicere, q, cum fuerit tps, erit
C homo, &, cum fuerit homo, erit tēpus. D. d. necessarium vero est, &c. i. cōsecutio aūt necessaria est, vt semper sequat ex esse alicuius in tpe eē tpis proprij illi rei, non esse tpis simpliciter: & sīlr cōsecutio necessaria motus ex esse alicuius, qđ est in motu, nō ē cōsecutio simplr, s. q, cū aliquid fuerit, erit motus simplr: sed cōsecutio necessaria ī hoc est, q, cū aliquid fuerit, erit motus proprius ei. Et intendebat per hoc declarare dr̄iam inter consecutionē essentialem, & accidentalem, dicere. n. aliquid esse in tēpore proprio sibi est D dicere, q, cū fuerit, erit pp hoc illud tempus propriū ei. ista igitur est cōsecutio necessaria. & non est dr̄ia inter dicere q aliquid est in tēpore, aut dicere q, cum fuerit tēpus, erit illud, quod est in illo tempore.

Documentum.

Qm̄ autē est, vt in numero, esse in tempore, accipietur aliqđ maius tempus omni eo, qđ est in tempore. Quapropter necesse est omnia ea, quæ in tempore sunt, contineri à tēpore, sicut, & alia, quęcunque in aliquo sunt: vt ea, quæ in loco sunt, à loco. Et pati itaque aliquid à tempore, sicut & dicere cōsueuim⁹ q tabefacit tēpus, & senescunt omnia tēpore, & obliuiscuntur propter tempus, sed nō didicit, nec nouū factū ē, nec pulchrū. corruptionis. n. causa per se magis est tēpus. numerus. n. ipsius motus est: motus autē expellit id, qđ inest. Quare manifestum est q ea, quæ semper sunt, quatenus semper sunt, nō sunt in tēpore. non. n. cōtinent à tēpore, neque mensuratur esse ipsorū à tēpore. Signū aūt huius est, q neque patiunt quicquā à tempore, tanque non existentia in tpe.

89

E

Tps corruptiōis cā. Vide cōc. Zim.

Ea, quę ſp sūt, ñ sūt ī tpe, quaten⁹ ſemp sunt.

F

Et, si res non inuenitur in tempore, nisi secundum quòd est in numero, possibile est inuenire tēpus maius tempore cuiuslibet existentis in tempore. Vnde necesse est vt omnia existentia in tempore contineātur à tempore, sicut alia existentia

G *istentia in aliquo: vt locus continens rem, quæ est in loco. Tempus igitur operatur aliquid ĩ istis omnibus rebus, vt sumus assueti dicere quòd tempus inducit senectutem, & corrumpit omnia, & facit obliuisci omnia, et non dicimus ipsum docere, & renouare, & meliorare. tẽpus.n. per se dignius est vt sit causa corruptionis, quia est numerus motus: & motus aufert ens. Manifestũ est igitur ex hoc,*
H *quòd res æternæ, secundum quòd sunt æternæ in esse, non sunt in tẽpore, quia tempus non continet illas, neq; mensurat essentiam illarum. Et signum eius est, quia non operatur in eis omnino, sicut illud, quod non est in tempore.*

117 Intẽdit in hoc capitulo dare differentiam inter illa, quæ non sunt in tpe, & quę sunt, & dicit: Et, si aliquid non est. &c. & iste sermo componitur sic. Oẽ, quod est in tpe, est in eo, vt numeratum in aliquo nu-
I mero: & oẽ, qđ est in aliquo numero, numerus excedit ipsum in duobus extremis: ergo oẽ, qđ est in tẽpore, tempus excedit ipsum in duobus extremis. Et maior propõ in hoc sermone, s. dicẽs φ res est in tẽpore, sicut numeratum in numero, est manifesta p se ex declaratis, & siſr minor. D. d. Vnde necesse est, &c. i. vnde necesse ẽ vt oĩa cõtineãtur à tpe, & tp̃s excedat illa. Et intẽdit p hoc, qđ d. sicut alia existẽtia ĩ aliquo, id est, sicut oĩa, q̃ attribuunť alicui cõtinenti. v. g. sicut attribuiť aliquid loco, vt aqua vasi. locus. n. K
continet locatũ, & vas aquã: & siſr tp̃s existẽtia in illo, & numerus vſr numeratũ. D. d. Tp̃s igitur operať, &c. i. tp̃s igiť, ſm φ cõtinet illa existentia in ipso, & sequitur ĩ hoc cõtinẽs operans, qđ est motus totius, necesse est dicere ipsum operari in res existẽtes in ipso passione corruptionis. & iõ oẽs cõueniũt in hoc, φ tp̃s inducit senectutẽ, & corruptionẽ ad oĩa, & nõ dicunt ipsum renouare, & docere. D. d. cãm, pp quam attribuiť ei corruptio, & nõ gñatio: & si vtrunq; inueniať in ipso, quia sequiť motũ circularem. & dixit, tẽ- L
pus. n. per se, &c. i. & hoĩes attribuũt ei corruptionẽ, & nõ generationẽ. qm̃, cum tp̃s attribuitur per se operatiõi, dignius est vt attribuať operationi, quę inueniť essentialiter in re, quã sequiť tp̃s, s. in motu. & a motus naturaliter in se habet, vt p ipsum auferatur res à sua substantia: & ista ablatio inducit per se corruptionẽ rei: licet inducat generationẽ ĩ rebus generatis per accñs. b ex motu igitur inueniť generatio p accidens, & corruptio p se: & ex tẽpore inuenitur vtrunq; per accidens: sed generatio per accñs accidentis. tp̃s. n. accidit ei, cui accidit generatio ex motu, & sequiť ex illo, ĩ quo inuenitur corruptio p se. corruptio igiť attribuiť ei, quasi secũdario, & generatio quasi per accidens purũ. Et, cum declarauit φ illa, quę sunt ĩ tpe, sunt illa, q̃ tp̃s excedit ex vtraq; parte, declarauit ex hoc φ res ęternę non sunt in tpe, sic. Tp̃s nõ continet res ęternas: & continet res existẽtes in tpe: ergo res æternæ non sunt in tpe. D. d. Et signũ eius, &c. induxit hoc ad confirmandum ex hoc,

a Motus naturaliter in se habet vt p ipsũ auferatur res à sua subã. Vid. tñ oppositũ infra t. c. 128. & l. 8 ph. t. c. 59. Vide cõt. Zim.

M
b Ex motu inueniť gñatio p accñs, & corruptio p se: & ex tpe inueniť vtrũq; per accñs: sed gñatio p accñs accñtis. corruptio vero iest eiq̃ si secũdario. Et idẽ infra. 128.

A hoc, ꝙ apparet sensui. & intẽdit per res æternas corpora cœlestia. apparet.n. sensui ꝙ tps non operatur in eis: sed oĩa, quę sunt in tpe, tempus operat in eis: ergo res æternæ non sunt in tpe. D.d. sicut illud, qđ non est in tpe. & innuit separata a materia. corpora.n. cœlestia, licet non sint in tpe, & sm ꝙ tps nõ cõtinet illa, tñ sunt coexistentia cum tẽpore, s. ꝙ esse eorum, quod est ĩ motu, est coexistẽs cũ esse temporis, coexistẽtia quantitatis cum quantitate. res autem separatæ non habent continentiam, neq; coexistẽtiam. & ideo B dixit: sicut illud, quod nõ est in tẽpore, idest in aliquo modo.

Qm̃ autem tps mensura motus est, erit & quietis mensura sm accidens. omnis.n. quies in tempore est. non.n. vt quod est in motu necesse est moueri, sic & quod in tempore. non.n. tempus motus est, sed numerus motus. in numero autẽ motus põt esse & quiescens. non a .n. omne immobile quiescit, sed priuatũ motu, aptum aũt natura moueri, sicut dictum est in prioribus. C Esse aũt in numero est esse quẽdam numerũ rei, & mensurari esse ipsius numero, in quo est, quare, si est in tpe, à tpe. Mensurabit autem tempus id, qđ mouetur, & qđ quiescit, quatenus hoc quidem mouetur, illud vero quiescit. motum.n. ipsorum mensurabit, & quietem, quanta quædam.

a Nõ oẽ immobile quiescit, sed priuatum motu, aptũ aũt nã moueri. 3. ph. t. 16.

Et, cum tempus mensuret motum, mensurat ẽt quietem. omnis .n. quies est in tempore. quoniã non D *omne, quod est in motu, necesse est vt moueatur, similiter ẽt quod est in tempore. tempus.n. non est motus, sed numerus motus. & rectũ est vt quiescens sit in numero motus. & non omne, quod non mouetur, necesse est vt quiescat, sed omne, quod innatum est moueri, & caret motu, sicut diximus superius. Esse autem alicuius in numero est, vt illud habeat aliquem numerũ, & quòd essentia illius men* E *suretur à numero, in quo est. et esse alicuius etiam in tempore est, vt mensuretur à tempore. Et tempus mensurat rem motam, secundum quòd est res mota, & mensurat quiescens, secundũ quòd est quiescens. mensurat enim motum, & quietem, quotus est, & quota est.*

Cum declarauit quòd illa, quæ 118 existunt in tempore, sunt in tempore, secundum ꝙ illa sunt in numero: & omne, qđ est in numero, mẽ F suratur ab illo numero: ergo necesse est vt omnia existentia in tẽpore, mensurentur à tẽpore: &, quia tẽpus est numerus motus: necesse est vt mẽsuret res existẽtes in ipso, sm ꝙ sunt motę, aut in actu, & sunt res motæ, aut in potentia, & sunt quiescentes. &, quia manifestius mensurat res motas quàm quiescentes, & ratio est in eis eadem, dixit: Et, cum tempus mensuret motum, mensurat etiam quietem.

D. narra-

G D. narrauit quomodo assimilatur, &c.d. omnis.n. quies in tempore est .i.& necesse est vt dispositio motus in hoc sit sicut dispositio quietis, qm̃ quies dicitur eẽ in tempore ſm modum, quem dicimus motum eẽ in tempore, s. ſm ꝙ mensuratur à tempore. Et, quia aliquis potest dicere ꝙ res sunt in tempore, ſm ꝙ sunt motæ: & quiescens est contrarium moto: ergo quiescens nõ est in tempore, secundum ꝙ est quiescens, ideo dixit quoniam nõ omne, quod est in motu, &c.i.& nõ debet aliquis dicere, ꝙ res non est in
H tempore, nisi sit mota. qm̃ quemadmodum illud, quod est in motu, i.in re mota, est sicut dispositio nostra cum motu totius, non contingit in eo ꝙ sit motum, ita est dispositio in rebus, quæ sunt in tempore, idest quoniã sequitur in eis vt sint motæ. D. incœpit declarare ꝙ tempus est dignius hoc, q̃ motus, secũdum ꝙ non est motus, sed numerus motus, &c.d. tẽpus.n. non est motus, &c.i.& tẽpus est dignius in hoc q̃ motus, s. vt in eo inueniatur quiescens. qm̃ tempus non est motus, sed numerus motus: & possibile est
I vt quiescens inueniatur in numero motus, cum sit possibile vt inueniatur in motu: sed esse eius in numero motus est dignius. Et, quia quiescens dicitur transumptiue, vt dicitur ꝙ poli sunt quiescentes, & dicitur vere in eis, quę innata sunt moueri essentialiter, & quies, quę est in tempore, est vera quies, incœpit declarare hoc, ne ĩ eo cadat deceptio, & dixit: & nõ omne motum necesse est, vt quiescat. &c.i.& non omne ens necesse est vt disponatur ꝑ quietem, sed solummodo illa, que innata sunt moueri essentialiter. & ideo
K dicimus ꝙ corpora quiescũt, & nõ dicimus ꝙ punctus est quiescens, cum non sit innatus moueri. & similis dispositio est in omnibus accidentibus. &, cum talis fuerit expositio, tunc, cum dixit: & non omne motum, intendit & non omne ens nisi sit error in libro. Et forte vult notificare modum motarum rerũ, quæ recipiunt motum qñque, & quietem quandoq;: & sunt mota, quæ innata sunt carere motu. &.q. d.& non omne motum necesse est vt quiescat, sed quiescit ex motis illud, quod naturaliter habet moue
L ri, & caret motu apud quietẽ. & sic innuit quę mota, & quæ quiescentia sunt in tempore, & quę nõ sunt. mota.n. semper non sunt in tempore, vt orbis, & similiter quiescentia semper, vt terra, cum tempus nõ excedat ipsa. Et, cũ narrauit ꝙ quies mensuratur per tempus, sicut motus mensuratur: qm̃ modus, quo dicimus ꝙ quiescens est in tempore, est idem cũ modo, quo dicimus ꝙ motum est in tempore: &, ꝙ nõ sequitur vt omne, quod est in tempore, sit motum, quemadmodum non sequitur vt illud, qđ est in mo-
Dignum autẽ consideratione est & quõ tandem se habet tp̃s ad aĩam. Et propter quid in oĩbus videť esse tempus, & in terra, & in mari, & in cœlo. An, quia ipsi⁹ motus passio quædam est, vel habitus, cum numerus quidẽ tẽpus sit: hęc aũt mobilia oĩa: in loco enim oĩa sunt: † {tempus autẽ, & motus} simul sunt & secundum potentiam, & sm̃ actum.

† a. l. loc⁹ ãt, & motus. vt d. Alex. Tp̃s, & mot⁹ simul sunt sm̃ potentiam, & actum.

 Et

G *Et quaerendum est quomodo dispositio temporis est apud animã. Et quare homines dicunt quòd tēpus est in quolibet, in terra, & in mari, & in caelo. Dicamus igitur quòd tempus est accidens motus, & forma eius, cum sit numerus illius: & ista omnia innata sunt moueri: omnia enim sunt in loco: et tempus, et motus in potentia cum eo, quod est in potentia, et quod est in actu cum eo, quod est in actu.*

H Perscrutatur hic in tempore de
130 duobus. Quorum vnum est, quomodo est dispositio temporis in esse, scilicet si habet esse extra animã, sicut est in anima, ita, quòd, si anima non esset, esset temp⁹: aut, si anima non esset, non esset tempus, nisi in potentia: quemadmodum numerus non est, nisi anima sit, nisi in potentia. & hoc intēdebat, cum dixit: quomodo est dispositio, &c. Quaestio autem secunda est, quare tempus inuenitur in quolibet, siue quiescente, siue moto. Nos enim comprehendimus tempus in terra, & in
I mari, & in caelo, sicut dixit & tēpus est accidens motui: vnde necesse est vt non inueniatur nisi in mobilib⁹. & hoc intēdebat, cum dixit: Et quare homines dicunt. Et intendebat p terram quiescens, & per caelum motum. & quasi dicat, & quare homines dicunt ꝙ tempus ita est in quiescēte, sicut in moto. D. incoepit soluere secundam quaestionem, & dixit: Dicamus igitur quòd tempus est, i. & temp⁹ existit in terra, & mari, & caelo, quia est accidens motui, & forma eius, cum sit numerus illius, s. qm̃ numerus est accidens numerati: &, cum tempus est numerus rerum mobilium, & numerus inuenitur in numerato: & ista omnia, scilicet terra, coelum, & mare naturaliter habēt moueri: necesse est vt tempus inueniatur in eis. Sed sciendum est ꝙ non eodem ordine inuenitur in istis. qm̃ primo inuenit̃ in coelo, & inuenitur in alijs motis secundo, propter hoc, ꝙ inuenitur in coelo: & inuenitur etiam in quiescēte, propter hoc, ꝙ inuenit̃ in moto. D. d. sunt. n. oĩa in loco, i. & causa in hoc, ꝙ ista, in quibus inuenitur tempus, innata sunt moueri, est esse eorum in loco. omne. n. quod est in loco, innatum ē moueri, quia est corpus. D. d. & tempus, & motus, &c. i. & quod est ex istis rebus motum in potentia, & est illud, quod est quiescens, tempus inuenitur in eo in potentia: & quod est motum in actu, tempus inuenitur in eo in actu. K

Documentum. Tp̃s nõ eodē ordine reperit̃ in rebus. qm̃ primo inuenit̃ in coelo, & i alijs motis secundario. L pp hoc, qd inuenit̃ in cęlo, & inuenit̃ in q̃escente, pp hoc, qd inuenit̃ i moto. cõsiste ĩ. cõ. 118. Vide etiã infra cõ. 132.

Vtrum autem, cum non sit anima, erit tempus, an non, dubitauerit aliquis. Cũ. n. impossibile sit numeraturũ esse, impossibile est numerabile aliquod esse. quare est manifestum ꝙ neq; numerus est. numerus. n. est aut numeratum, aut ipsum numerabile. Si autem nihil aliud aptũ natura est q̃; anima numerare, & animae intellectus, impossibile est tēpus esse, cum non sit anima. nisi hoc, quod aliquãdo existens tempus est, vt, si contingit motum esse sine anima. pri⁹ autem, & posterius in motu est: tēpus autem haec sunt, quatenus numerabilia sunt. M

Vide cõt. Zim.

An tēpus sine aĩa.

Vide cõt. Zim.

Et

A *Et quæritur etiam, vtrum est possibile quòd tempus sit; licet anima non sit, aut est impossibile. Dicamus igitur quòd, cum numerãs non fuerit, numerare non erit. ergo manifestũ est quòd numerus etiã non erit. numerus. n. est aut numeratum, aut illud, per quod numeratur. Et, cum nihil innatum sit numerare præter animam, & de anima intellectus, impossibile est vt tempus sit, cum anima non fue* B *rit. nisi fuerit ex illo, quod, cũ fuerit, erit tempus, v.g. quoniam possibile est vt motus sit absque eo, quòd sit anima: & quòd prius, & posterius sunt in motu: & quod tempus est hæc duo, secũdum quòd sunt numerata.*

131 Cum dissoluit secundam quæstionem, reuersus est ad primam, & dixit: Et quæritur etiam vtrum sit possibile, &c. i. & quærit de tempore vtrum inueniatur extra animã, sicut est ĩ anima. & sic erit, licet nõ C comprehẽdatur ab anima, si posuerimus animam deficere, sicut erit, si apprehendatur ab anima. & ista est dispositio entium naturalium. aut est impossibile vt sit ĩ actu, nisi anima sit. D. incœpit declarare hoc, & dixit: Dicamus igitur q, cum numerans non fuerit, ergo numerare nõ erit, i. &, cum res numerans, quæ est anima, non fuerit, tunc numerare, quod est actio rei numerantis, non erit. D. d. manifestum est igitur q numer⁹, &c. i. & cum numerare, qđ est actio numerãtis, non fuerit, manifestũ est q numerus nõ erit. numerus. n. aut est numeratum, aut actio numerãtis in numerato, i. illud, per qđ numerat numerãs. & hoc intendebat, vt mihi videtur, cũ dixit, aut illud, per quod numeratur, i. aut illud, per qđ numerat numerãs. &, cũ manifestũ est q numerans non est numeratũ, ergo est actio numerãtis in numerato. & est manifestum q, cum numerans non fuerit, actio ei⁹ nõ erit. D. d. Et, cũ nihil innatũ sit, &c. i. &, cum sit declaratum q, cum numerans non fuerit, nõ erit numerus: & est impossibile aliquid aliud numerare pręter animam. & de ani E ma intellectus: manifestum est q, si anima non fuerit, non erit numer⁹: &, cum numerus non fuerit, nõ erit tẽpus. † Et, quia esse numeri in aĩa nõ est omnibus modis esse in aĩa: * qm̃, si ita esset, esset fictũ, & falsum, vt Chimera, & Hircoceru⁹: sed esse eius extra mentẽ est in potẽtia propter subiectum propriũ, & esse eius in aĩa est in actu, s. qñ aĩa egerit illam actionẽ in subiecto præparato ad recipiendũ illam actionẽ, quę dr̃ numer⁹, dixit, nisi ex illo sit, &c. i. & cum non fuerit anima, non erit tẽpus. nisi aliquis dicat q erit, & si ani F ma non fuerit, ex illo q, cum fuerit in actu, tempus erit in potentia. & hoc est propter suũ subiectum proprium, s. motũ. Et hoc intẽdebat, cum dicit, v.g. qm̃ posse est vt mot⁹ sit absque eo, q anima sit, i. motus erit, & si anima non erit. & secundum quòd prius & posteri⁹ sunt in eo numerata in potentia, est temp⁹ in potentia: & s̃m q sunt numerata in actu est tempus in actu. tempus igitur in actu nõ erit, nisi anima sit: in potentia vero erit, licet aĩa nõ sit.

Dispõ entiũ naturaliũ ẽ ea hĩre eẽ i; ab aĩa nõ cõprehendãt. Idẽ Lcõ. 88.

† Esse numerat in aĩa nõ est oĩb⁹ mõdis, sed in aĩa est in actu, & extra aĩam ĩ potentia.

* Ex hoc sumit q oẽ ens in aĩa, cui nihil corrñdet ĩ re, ẽ figmentũ

G Tps ĩ actu ñ erit, nisi aĩa sit: tps ỽo ĩ potẽtia erit, licet anima non sit.

D.d. & ꝙ prius, & posterius sunt in motu, i. & nõ potest aliquis dicere ꝙ tempus est, & si anima non erit, nisi quia motus est, & si aĩa nõ fuerit. & similiter sunt in eo prius, & posterius: & tempus nihil aliud est q̃ prius, & posterius in motu, sed fm ꝙ sunt numerata. & ideo indiget in hoc, ꝙ sit in actu, anima, s. fm ꝙ est prius, & posteri⁹ numerata. Et quasi per hoc, quod dixit, & tempus est hæc duo, fm ꝙ sunt numerata: innuit ꝙ temp⁹ diminuitur ab eo ex esse perfecto extra animam hoc, ꝙ numeratur ab aĩa tantũ. fm igitur

H † Latẽtia tpis ẽ, qa est ens diminutũ ĩ se. consi͠re de motu. 3. ph. c. 15.

hunc modum dicitur tempus habere esse extra aĩam simile perfecto, & si non sit perfectum. Et ista perscrutatio de tempore magis est Philosophica, q̃ Naturalis. sed induxit ipsam in hoc loco, qa ẽ causa in ipsum † latere, s. qa est diminutũ ĩ se.

Dubitauerit autẽ aliquis & qualis motus numerus tempus sit. An qualiscũq;. etenim generatur in tempore, & corrumpitur, & augmẽtatur, & alteratur in tempore, & fertur. Quaten⁹ igitur mot⁹ est, eatenus est vniuscuiusq; motus numer⁹. quapro

I

pter ipsi⁹ motus simpliciter est numerus continui, sed nõ cuiusdam, sed est nũc motum esse, & aliud, quorum vtriusq; motus erit numerus. Alterum igitur tempus erit, & simul duo æqualia tempora erunt? An non. omne nanq; tempus vnum similiter, & simul est, specie autem & quæ non simul. si. n. sint hi quidem canes, illi vero equi, vtriq; autem septem, idem numerus est. sic & motuum simul terminatorum idem tempus est. sed hic quidem velox fortassis, ali⁹ vero non: & hic quidem latio, ali⁹ autem alteratio. tempus tamen idem est, si quidem & numerus æqualis sit & alterationis, & latiõis, & simul sint. Atq; propter hoc motus quidem alteri, & seorsum sunt, tempus autem vbiq; est idem, quia & numerus vnus, & idem vbiq; est, qui est æqualium, & simul. K

Et quærendum est etiam de tẽpore hoc, s. cuius motus est numerus. Dicamus igitur quòd, si fuerit numerus cuiuslibet motus, et omne, quod generatur, semper est in tempore, & similiter quod augmentatur, & quod alteratur, & quod transfertur. Secũdum igitur quòd tempus est numerus motus, secundum hoc est numerus vniuscuiusq; motuum. & ideo est numerus motus continui simpliciter, id est numerus cuiuslibet motus continui, nõ numerus alicuius motus: sed est possibile vt nunc moueatur aliquid, & cũ eo moueatur aliud. tempus ergo est numerus vtriusq; motus. Ergo est hic aliud tempus? erunt igitur duo tempora insimul æqualia? Dicamus igitur quòd nõ est ita. quoniam est idem tempus æqualiter, et insimul, in forma vero non est insimul. quoniam, si haberemus numerum canum, & numerum L M

A *merũ equorũ, et numerus vtriusq; esset septenarius, tunc numerus esset idẽ. et similiter tempus duorũ motuum coexistentium est idẽ. sed forte alter erit velox, & alter tardus: & forte alter erit motus trãslationis, et alter erit motus alterationis. tempus vero eorum est idẽ, cum numerus motus alterationis, & numerus motus translationis sunt aequales, et insimul. Et tamen causae motus sunt diuersae, tempus*
B *uero est in omni loco idem, quia numerus rerum aequalium, quae sunt insimul, est idem in omni loco.*

132 Et, cum declarauit de substantia temporis, q est numerus motus sm priꝰ, & posteriꝰ, quęrit hic quis motus est iste, s. cuius numerus est tẽpus, s. vtrum est numerus cuiuslibet motus, aut alicuius. &, si est numerus cuiuslibet motus, vtrũ attribuat eis eodẽ modo, aut principaliter, & secundario. Et dixit: Et quaerẽdum est, &c. i. & ista quęstio accidit, sicut diximus. qm̃, si posuerimꝰ q est numerus alicuiꝰ motus, sequitur vt nõ numeret alios motus. &, si posuerimus q est numerus cuiuslibet motus, sequitur vt tempus multiplicet
C per multiplicationem motuũ. Et, cum narrauit q in ista quaestione est difficultas: dixit: Dicamꝰ igitur in hoc, q est numerꝰ, &c. i. q est numerus cuiuslibet motus, quia omnis motus est in tempore: & est in tempore, quia tempus numerat ipsum: & siue motꝰ fuerit gñatio, aut corruptio, aut augmentatio, aut alteratio, aut translatio, tẽpus numerat ipsum; quia est in tempore. D

Sed debes scire q tẽpus, licet sit numerus cuiuslibet motus, tamen nõ eodem modo, sed sm prius, & posterius. qm̃ est numerꝰ aliorũ motuũ pręter translationẽ, quia est numerus trãslationis. qm̃, si translatio nõ esset, non esset tempus. si alteratio non esset, neq; augmentatio, neque generatio, neq; corruptio. &, si esset trãslatio tñ, esset tempꝰ. &, si de modis trãslationis non esset translatio circularis, nõ esset tẽpus: & de circulari velocioris circulatiõis, s. diurni motus. tempus igitur, & si nõ est numerus cuiuslibet motus, tamẽ attribuit eis principaliter, & secundario. E

Et, cum narrauit q tempus est numerus cuiuslibet motus hoc modo. d. Secundum igitur q tempus, &c. i. sm igitur q tempus sequitur motum, & accidit ei q est numerus cuiuslibet motus. &, quia sequitur motum simpliciter, quicũq; sit, necesse est vt sit numerus motus continui simpliciter, non numerus alicuius motꝰ, sed cuiuslibet motus cõtinui, quia est continuum. sm hoc igitur exponendus est iste locus. Et in quibusdam scripturis inuenit, sm hoc igitur q tempus est motus, secundum hoc erit numerus vnius mo- F tuum. est igitur propter hoc numerus motus continui simpliciter, nõ numerus alicuius motus. Et intendebat sm haec verba. qm̃, sm q tempus accidit motui, & motꝰ est prior naturaliter, necesse est vt sit numerus vnius motus primo, & essentialiter: & est motus, qui accipitur in definitione temporis. D. d. Est igitur propter hoc numerus motus, i. corporis coelestis. D. d. non numerus alicuius motus, i. cuiuslibet motꝰ. &

Documẽtum. Tps, licet sit nũerus motꝰ cuiuslibet, ñ tñ eodem modo, sed sm prius, & posterius. cõsiſe su. cõ. 130

Pria expõ.

Secunda expõ.

G fm hanc expositionem intendebat q fm hoc, q in definitione temporis accipitur motus, sequitur vnum motum, & est numerus illius, primo, & essétialiter: &, fm q mésurat omnes motus, est numerus cuiuslibet mot⁹. D.d. sed est possibile, &c. i. sed, si posuerimus ipsum esse numerum cuiuslibet motus, cũ fuerit numerus alicuius motus demonstrati, & in illa hora mouetur aliud motu æquali ei, tunc tépus erit numerus vtriusque illorum motuum: & sic multiplicabi' per multiplicationem eorum: & sic essent duo tépora insimul. quod est impossibile.

H D. incœpit dissoluere hanc quæstionem, & d. Dicamus igitur q nó est ita, &c. i. & hoc non sequitur. qm possibile est vt idem temp⁹ sit æqualiter duorum motuum insimul diuersorum absq; eo, q tempus multiplicetur per multiplicationé motuum, & non sequitur necessario vt duo motus habeant duo tempora necessario. tempus. n. fm q est numerus motuum, non multiplicabitur per multiplicationé motuum, & numerus nó multiplicabitur per multiplicationem numeratorum.

I v.g. quinarius, per quem numerantur quinq; canes, & quinq; equi, & alia genera, quoniam est idem. non ergo sequitur vt tempus multiplicetur per multiplicationé motuum.

Quæstio. Sed, si posuerimus q dispositio téporis cum omni motu sit talis, f. sicut dispositio numeri cum numerato, sequitur vt temp⁹ non sit ens naturale, neq, mobile, sed imaginabile. res. n. quæ sunt in mente, non accipitur motus in definitione earũ. Et, si posuerimus etiam † [q tépus accipitur in definitione cuiuslibet motus.] sequitur vt multiplicetur K per multiplicationem motuũ: sicut est dispositio in albedine, & alijs accidentibus, quæ multiplicantur per multiplicationem subiecti. Si autem posuerimus q dispositio eius cum motu vno est dispositio sequẽtis, in cuius definitione accipitur illud, ad quod sequitur, & cum alijs motibus, sicut dispositio numeri cũ numerato, dissoluetur quæstio. & iã declarauimus prius q non percipimus tempus, qñ percipimus motũ, per quẽ sentimus nos esse in transmutatione cõtinua, & est mot⁹ circularis. Tépus igitur sequitur hunc motũ: & iste mot⁹ accipi' in definitione ei⁹: & ipsum mésurat illũ, nó fm q numer⁹ mésurat numeratũ, sed fm q mésurat aliquid, qđ é forma in re: alios vero mot⁹ mésurat, fm q numer⁹ mésurat numeratũ, f. q numeratũ nó accipi' in definitione nũeri. Per hoc igi' dissolui' quæstio Themistij, & aliorũ. & hoc manifestũ é ex sermóe ei⁹. & p hoc pót demóstrare ex hoc, q tps é cótinuũ cótinuitate mot⁹, ex hoc, q tps est reciprocũ reciprocatióe mot⁹. D.d. sed forte alter erit velox, &c. i. sed forte erit alter velox, & alter tard⁹, & ñ habebũt tps æquale, licet sit idé D.d. & forte alter erit, &c. & inuit q nó solũ mésurat mot⁹, q sunt insimul eiusdé speciei, sed ét q sunt spérũ diuersarũ. D.d. tps vero eorũ, &c. i. & dispositio in tépore duorũ motuum diuersorum in specie in hoc, q tempus eorũ est idem, & æquale, si motus fuerint æquales, aut diuersum fm magis, & minus, si motus fuerint diuersi secundum magis, & minus, est dispositio in motibus, qui sunt vnius generis.

Solutio.

Com. 9.

L

Tps sequi' motũ circularé diurnum: & iste mot⁹ sumit' i definitione eius: & ipsũ mésurat, ñ fm q nũerus mensurat nũeratũ, sed fm q aliqđ mésurat, qđ é forma i re

Sed oppositũ vr séire infra com. 133.

M

Vide con tra. Zim.

Quo-

A Quoniam autem est latio & huius circularis, numeratur autem vnumquodque vno quodã cognato, vnitates vnitate, equi vero equo, sic & tempus tempore quodam finito. (mensuratur autem, sicut diximus, & temp⁹ motu, & motus tempore. hoc autem est, quia à determinato motu tempore mensuratur & ipsius motus quantitas, & temporis.) si igitur primum mensura omnium cognatorum est circumlatio, regularis mẽsura maxime erit, quia numerus huius notissimus est. Neque igitur alteratio, neque augmentatio, neque generatio regulares sunt, latio autem est. Quapropter & videtur tempus esse sphærę motus, quia hoc mensurantur alij motus, & tempus hoc motu. Propter hoc autem & quod consuetum est dici accidit. dicũt enim circulum esse humanas res, & aliorum motum habentium naturalem, & generationẽ, & corruptionem. hoc autem est, quia hæc omnia tempore dijudicantur, & accipiunt finem, & principium, ac si secundum quandã periodum fit. etenim tempus ipsum esse videtur circul⁹ quidã. hoc autem rursus videtur, quia huiusmodi lationis mẽsura est, & mensuratur ipsum ab huiusmodi. Quare dicere rerum eas, quæ fiũt, esse circulum, est dicere temporis esse quẽdam circulum. hoc autẽ est, quia mẽsuratẽ circũlatione, pręter †{ enim mẽsuram} nihil aliud videtur esse quod mensuratur, quàm multę mẽsurę, totum.

Sup. te. 12

B

Vide con. Zimarræ. Alteratio, augmẽtatio, gñatio nõ sunt regulares, latio autem est.

C

† a. l. quod mẽsurat.

D

Et hæc, quia est translatio, ex qua est motus circularis, & vnaquaque rerũ numeratur per aliquid sui generis, quoniam vnitates numerantur per vnitatem, & equi per equum, similiter tempus necesse est vt mensuretur per aliquod tẽpus terminatum. sed tempus, sicut diximus, mensuratur per motũ, et motus per tẽpus. quoniã tẽpus motus terminati mẽsurat quãtitatẽ motus, et quantitatẽ tẽporis. et, cũ per prima mensurã mensurentur oĩa, quæ sũt vnius generis, dignius motuũ, vt sit mẽsurans, est motus circularis æqualis. quoniam numerus istius motus est notior numerorum. Et motus alterativus non est æqualis, neque motus augmẽti, neque motus generationis, trãslatio vero aliqua ẽ æqualis. Et ideo existimatur quòd tẽpus est motus sphæræ, quoniã per istum motũ mẽsurãtur isti cæteri motus tempus. Et ideo mos est dicere quòd dispositiões hominum currunt secundum circulum. vt cum homines dicũt rotam infortunij, & similiter alia, quæ habent motum naturalem, & generationem, & corruptionem. & hoc dicitur, quia omnia experimẽtantur per tempus, & in eo desinunt, & incipiunt, quasi essent

E

F

G *currentia per aliquam rotam. ipsum. n. tẽpus existimatur esse circulus. & hoc existimatur etiam, quia mensurat motum, quod est tale, et quia ipsum mensuratur etiã per motum, qui est talis. Dicere igitur quòd res, quae sunt in generatione, currũt super circulum, est dicere quòd tempus est circulus. & intentio eius est, quoniam tempus mensurat motum circularem, & quoniam mensura nihil aliud est,*
H *quàm mensurans mensuratũ, praeter hoc, quòd totum est plures mensura vna.*

133 Cum declarauit ꝙ temp⁹ numerat quemlibet motum, incœpit declarare temp⁹ primum esse ex hoc, ꝙ motus est primus, & dixit: Et haec quia est translatio, &c. i. &, quia hęc est translatio, in qua inuenitur trãslatio circularis, quae est prior cęteris motibus, & tempus sequitur istam etiam, & vnaquaeq; rerum numeratur per aliquod suae speciei, v. g. qm̃ vnitates in numero numerãtur per vnitatem, & equi numerantur per vnum equum, necesse est vt temp⁹ etiam numeretur per aliquod tempus notum, & terminatum naturaliter. Et d. in praecedenti ꝙ hic est motus translationis, & circularis. qm̃, cum fuerit positum ꝙ tempus est numerus cuiuslibet mot⁹, & fuerit positum ꝙ hic est prior mot⁹ caeteris motibus, sequitur vt tempus istius motus sit prius cęteris temporibus, & numerans illa. Et, cum declarauit ꝙ necesse est vt sit hoc primum tẽpus, incœpit declarare per

Vnaquaeque rerũ numeratur p aliquid suae spẽi.

I

idem 5. c. 119. & 10. Met. t. c. 4

qd potest hoc tẽpus determinari, & K
d. sed temp⁹, sicut diximus, mẽsuratur per motũ, &c. i. sed tẽpus, quod est primũ mensurans, debet esse terminatum per motũ, cum iam dixim⁹ ꝙ tẽpus mensuratur per motũ, licet sit mẽsuratio accidẽtalis, & ꝙ mot⁹ mẽsuratur per tẽpus primo, & essentialiter, qm̃ per tẽpus motus terminati potest mensurari quãtitas motus, & quantitas tẽporis, s. per tẽpus istius motus primi mẽsuratur quãtitas totius tẽporis, & quantitas motuum. Et, cum declarauit ꝙ istud tẽpus terminatur per motũ, incœpit declarare per quẽ motũ, & d. &, cũ L
prima mensura, &c. i. &, cum manifestum est ꝙ prima mensura, & indiuisibilis in aliquo genere, ẽ illud, per qd̃ mensurãtur oĩa, quę sunt in illo genere, dignius motuũ, vt suum tẽpus sit primum tempus, est mot⁹ circularis ęqualis. & hoc est ita, qa iste motus est prior motuũ, vt post declarabimus: & est prim⁹ naturaliter, & velocior: ergo primũ tẽpus est istius motus: qm̃ prima mensura talis est, s. ꝙ non diuiditur in illo genere. D. induxit rationẽ super hoc, & d. quoniam numer⁹ istius mot⁹, &c. i. & prima mẽsura debet esse notior. & syllogismus componitur sic. M
Numerus motus circularis est notior: & noti⁹ in omni numerato est prima mensura: ergo numerus motus circularis est primus numer⁹ numerorum omnium motuũ. Deinde declarauit ꝙ motus alteratiuus, & motus generationis, & corruptionis sunt valde remoti ab hoc, ꝙ tẽpus sit numerus eorum, quoniã tẽpus est ęquale, vnde sequitur vt sequatur motũ ęqualẽ, non variabilẽ in velocitate, & tarditate, & dixit:

Mensuratio tẽpis p motũ ẽ accidẽtalis, e contra vero ẽ essentialis. idẽ 3 cõ. 102. 112. 113.

Prĩa mẽsura eorũ, q sunt in aliquo gñe, ẽ indiuisibilis in illo gñe. idem 10. Me. t. c. 3. & t. c. 4. & 6 Phy. c. 64 & 2. cœ. te. cõ. 28.

Et

A Et motus alterationis, &c. Et syllis componitur sic. Numerus cæterorum motuum est numerus motuũ non æqualium: & tempus est numerus æqualis motus: ergo tempus non est numerus aliorum motuum. &, cum nõ est numerus aliorum eorum, dignius est vt prius numerus eius inueniatur exemplum istorum motuum. Deinde d. translatio vero aliqua est æqualis. idest motus autem translationis possibile est vt sit æqualis. & ideo existimatur ꝙ primum tẽpus est numerus motus totius, scilicet diurni, scilicet qa iste motus est motus translationis, & quia per illũ mensurantur cæteri motus, & cętera tempora. & hoc manifestum est de istis motibus. ideo omnes conueniunt quòd tempus mensuretur per illũ.

Dubium. Et aliquis potest quærere, quoniam nos videmus ꝙ prima mensura in rebus mensuratis est duobus modis, aut mensura, quę dicitur vniuoce cum mensuratis in illo genere, aut principaliter, & secundario. totum igitur tempus cum primo tẽpore mensurante, cuiusmodi est istorum duorum modorum? Dica-

Solutio. C mus igitur ꝙ, si tempus sequeretur omnem motum, tunc primum tẽpus cum alijs temporibus diceretur principaliter, s. quoniam mẽsurat: quemadmodum motus, quem sequitur, dicitur cum alijs motibus principaliter. si autem tempus totum sequitur motum corporis rotundi, tunc primum tempus erit dictum cum alio tempore, quod mẽsurat, vniuoce: sicut est dispositio in vnitate cum numeris: quod non est ita de primo numerante cũ alijs numerantibus. secundum hoc igitur est intelligendus iste locus. Et, D cum dedit demonstrationem super hoc induxit res famosas secundum suum morem, & d. Et ideo mos est dicere, &c. idest, & hoc, quod homines dicunt ꝙ rota infortunij transiuit super aliquem, quia percipiunt ꝙ causa infortunij est motus circularis, aut sequens motum circularem, quod est tempus. D.d. & similiter alia, &c. i. quoniam omnia attribuuntur circulo, & tempori. D.d. & hoc dicitur, &c. i. & illa, quæ generantur, & corrumpuntur dicuntur reuolui, & reciprocari, quia omnia transmutata numerantur per E tempus, & in eodem desinunt, & incipiunt. &, quia tempus existimatur esse circulus, ideo illa, quæ numerantur per tempus, existimantur currere super circulum, s. quasi esset circulus. D.d. & existimatur hoc, &c. i. & existimatur ꝙ tempus est circulus, quoniam mẽsurat motum, qui est circularis, & quia mensuratur etiam per motum circularem. Et cum declarauit hoc fecit summã de illo, & dicit: Dicere igitur, &c. i. cum igitur vulgus dicit ꝙ res, quæ sunt in generatione, currunt super rotam, dicunt hoc, quia F *transmutantur per tempus, & tempus apud eos est circulus. D.d. & intentio eius est, &cę. idest, & tempus apud eos est circulus, quia tempus mensurat motum circularem, & mensuratur per motum circularẽ, & mensura in quolibet non est extra genus mensurati, sed totũ mensuratũ est plures mensuræ. v.g. qm̃ vnum non est aliud à numero, sed numerus plures vnitates. &, cũ mensurans, & mensuratum sunt vnius generis: & mensurans tempus est circulares

*a.l. terminant.

G circulare: ergo tempus est circulare. & hoc existimatur, &c. & quasi aliquis quæreret, quare existimatur quòd, cum tempus mensurauerit motum circularē, & fuerit mensuratum etiam per motum circularem, quòd erit circularis. & dixit: quia existimatur quòd mensurans, & mensuratum debent esse vnius generis.


Dicitur autem recte & ꝙ numerus quidem est idem ouiū, & canum, si æqualis vterq; sit. denarius autem non idem, neq;
H decem eadem. sicut neq; trianguli ijdem, æquilaterus, & qui trium inæqualium laterum, & tamen figura eadē est, quia ambo trianguli sunt. Idem.n.dicit, cuius non differt. dr̄ia, sed non cuius differt. vt triangulus triāguli differentia differt (diuersi .n. trianguli sunt) figuræ autem non, sed in vna, & eadem diuisione. figura.n.talis quidem circulus est, talis vero triangulus. huius autem talis quidem est
I æquilaterus, talis vero qui triū inæqualium laterum. figura igitur, & hæc: triāgulus.n.est: triāgulus autem non idem est. Et numerus igitur idē.non.n. differt numeri differētia numerus horum. denarius autem nō idē est. in quibus enim dicitur, differunt: hæc enim canes, illa vero equi sunt. Et de tēpore quidem, & ipso, & de ijs, quæ circa ipsum consyderationi sunt propria dictum est.

Idē dr̄, cuius nō differt dr̄ia.

Et bene dicitur etiam, quòd numerus hominum, & numerus canum est idem, cum vterq; numerus fuerit alij æqualis. & dicitur quod denarius numerus nō est idē, neq; decem res sunt eædem. quēadmodum triangulus æqualium, & diuersorū laterum non sunt idē, licet sit eadem figura, quia ambo sunt trianguli. Dicitur enim aliquid esse idem, quando non differt in differentia, & dicitur esse diuersum, quando differentia eius L *fuerit diuersa. ver. g. triangulus, quoniam trianguli diuersi differunt in differentia eius, in figura vero non differunt, sed collocantur in eadem diuisione. quoniam figura illa, quæ est talis, est circulus, & illa, quæ est talis, est triangulus, & triangulus ille, qui est talis, est æqualium laterum, & ille, qui est talis, est diuersorum laterum. & triangulus est eadem figura, et non est eadem intentio in* M *numero. Et numerus etiam est idē. & non diuersatur in rebus naturalibus in differentia numeri. decē vero non sunt idem. diuersantur .n. in rebus, de quibus dicuntur, quoniam possunt esse numerus canum, & numerus equorum. Iam igitur compleuimus sermonem de tempore, & de rebus perscrutandis in hac consyderatione.*

Complet

D



134 Complet capitulum, in quo dicitur, ꝙ tempus non multiplicatur per multiplicationem motuum, & dat causam in hoc, & dixit: Et bene dicitur, &c. idest, & bene fuit di-
B ctum in sermone prædicto, ꝙ numerus non multiplicatur per multiplicationem numeratorũ & ꝙ numerus istarũ ouium decem, & numerus istorum canum decem est idem, cum non differant fm numerum, cum sint æqualia secundum numerum. D.d. & dicitur ꝙ denarius numerus, &cę. i. denarius autẽ collocatus sub denario numerali nõ est idem. iste.n. denarius est denarius talis, s. decem alicuius generis, non decem simpliciter. & ideo post dixit: neq; decem res sunt eędem. idest, & si accepissemus vni-
C uersalius genus entis, verbi gratia decem res. Et, cum narrauit differentiam inter numerum simpliciter, & numerum non simpliciter in hoc, ꝙ numerus simpliciter non multiplicatur, & est idem, & nõ simpliciter multiplicabitur, dedit exemplum de illo, qui est non simpliciter, & dicit: quemadmodum trianguli ęqualium laterum, &c. i. & decem, quæ sunt non simpliciter, v.g. decem animalia nõ sunt eadem in specie: quoniam hæc decẽ animalia, quędam sunt decẽ equi, & quædam decem canes. queadmodum triangulus non est idem: qm̃ alius est æqualium laterũ, & alius diuersorum laterum: licet cõueniant in hoc, quod sunt eadẽ in figura, quia ambo sunt triangulus. Et, cũ nar- E
rauit hoc de vno ĩ specie, & de vno in genere, dedit causam in hoc, & dixit: Dicitur.n. aliquid esse Idem, &c. i. & trianguli, & similia nõ sunt eadem in specie, quia diuersantur secundum differentias: & res, quæ sunt eædem in specie, non diuersantur fm differentias: & diuersa secũdum speciem sunt diuersa secundum differentias. D.d. v.g. triangulus, &c. i. quoniam triangulus diuiditur in differentias, in quibus triãguli diuersantur, secundum ꝙ sunt trianguli. D.d. in figura autem, &c.
i. quoniam nõ diuersantur in hoc, F
quod sunt figura triangularis, sed secundum hunc modum collocantur sub eodẽ genere, quod est triangulus. D.d. figura enim illa, quę est talis, &cęt. idest figura enim, quæ est ex tribus lineis æqualibus, dicitur Isopleuros, &, cum non fuerit æqualis, dicitur diuersorum laterum. & triangulus est eadem figura secundum genus, & non est eadem secundum speciem Et, cum posuerit quòd illa, quæ diuersantur secundum speciem, sunt illa,

G quæ differunt secundum differentias, incœpit declarare quòd numerus nõ diuersatur ex numeratis essentialiter, cum non sint tanquam differentiç ipsius,& dixit: Et numerus est etiam idem, &c. idest & numerus est idem secũdum speciem, & non diuersatur per res numeratas, sicut numerus diuersat̃ ex suis differentijs, scilicet par, impar, & alijs differentijs. Et syllogismus cõponitur sic. Numerus non diuersatur in specie per differentias substátiales ex numeratis:& omne, quod diuersatur in specie, diuersatur per
H differentias substantiales: ergo numerus non diuersatur ex numeratis: sed tempus est numerus: ergo tempus nõ multiplicatur in specie per multiplicationem numerati. & hoc intendebat per hunc sermonẽ. Deinde dicit: denarius vero non est idem, &c. idest decem vero simpliciter, verbi gratia decem animalia non sunt idem in specie, quoniá diuersantur per differẽtias substantiales ex rebus, quæ sunt sub eis. verbi gratia quoniam animalitas est eadem, sed diuersatu per latrabile, & rationabile: quoniam istæ
I sunt differentiæ substantiales, aut tanquam differentiæ. Deinde dicit: Iam igitur compleuimus, &c. idest iam igitur declarauimus perfecte quid sit tempus in sua natura, & declarauimus illa, quæ consyderáda sunt apud consyderationem de tempore.

ARISTOTELIS DE PHYSICO AVDITV LIBER QVINTVS,

Cum Auer. Commen.

SVMMAE LIBRI.

Distinguitur motus per Se à motu per Accidens, & à motu secundum Partem. Cap. I.



Mutatur autem, qđ mutat̃, omne, hoc quidẽ ſm accidẽs, vt cũ dicimus musicũ ambulare, quĩ, cui accidit musicum esse, hoc ambulat. Hoc aũt ex eo, qa huius aliquid mutatur, simplr dr̃ mutari, vt quęcunq; dicunt̃ se- M cundum partes. sanatur.n.corpus, qa oculus, aut thorax: hęc autem partes sunt totius corporis. Est autem aliquid, qđ neq; ſm accidens mouet̃, neq; ex eo, quia aliud quid eorum, quę ipsis, sed ex eo, quia ipsum mouetur primum: & hoc est ſm seipsum mobile. ſm alium autem motum alterum est, vt alterabile, & alterationis sanabile, * & calefactabile alterum. *a.l.aut.

Omne

A *Omne ergo, quod transmutatur, transmutatur aliud per accidens. v.g. musicũ currere, quia accidit ei, qui est musicus, vt currat. Et aliud, quia pars eius trãsmutatur dicetur simpliciter ipsũ trãsmutari. v.g. illud, quod dicitur secundum dispositionem suarũ partium. dicimus.n. Socratem sanari, quia oculus eius sanatur, aut pectus eius: & hac duo sunt dua partes totius corporis. Et quadam* B *mouentur non per accidens, neque quia aliud existens in eo mouetur, sed quia ipsum in se primo mouetur: & hoc est motũ per se. & etiã est motum per alium motum caeterorum modorum motus, vt alteratum, & de alteratione etiam alteratum ad sanitatẽ est aliud ab alterato ad calefactionẽ.*

1 INtẽdit in hoc tractatu loqui de speciebus motuum, & de accidẽtibus C essentialibus eis: quod

Inf.t.c.7

.n. declaratum est ex hoc in Tertio est quasi genus. & quia intẽdit numerare species motuum eẽntialiũ, incœpit primo determinare mota essentialia à non essentialibus, & dixit: Quod transmutatũ vl'r est tribus modis. Aut per accidens, vt cũ dicitur ꝙ musicus currit. nõ.n. currit fm ꝙ musicus, sed fm ꝙ est animal ambulãs, cui accidit, vt sit musicus, & sic cursus attribuitur ei per accidens. Secundus vero modus est illud, qđ dr transmutatum simpl'r, quia transmutatur fm partem, vt cum dr Sortes est sanus, licet non sit D sanus, nisi fm oculum, & infirmus, quia est infirmus oculo. & hoc intẽdebat cũ d. Et aliud, quia ps eius, &c.i. & quoddã dr transmutari simpliciter, tñ non trãsmutatur ex eo, nisi vna pars tñ. Et iste modus reducitur ad illum, qui est per accñs, & est quasi medium inter illud, qđ est per accidẽs, & illud qđ est per se. pars.n. põt moueri per se, qñ distinguit̃ à toto, qđ est impossibile ĩ musica, aut in albedine. primo.n. modo attribuitur motus gratia eius, qđ non est innatũ moueri, s. qualitatũ, vt cũ dicimus ꝙ musicus currit, & medicus scribit: secundo vero attribuit̃ motus gratia eius, qđ innatũ est moueri. Et isti tres modi inueniuntur in eis, q̃ mouentur in loco, & in alteratione manifeste, illud, qđ mouetur ꝑ accidẽs, aut gratia partis, aut quia mouetur per se. sed Arist. nõ indiget in hoc loco diuidere motum per se in hoc Quinto, sed in Septimo, & in Octauo faciet hoc. & contentus est ex his tribus modis, s. motu per accidens, & motu fm partẽ, & motu per se, ad declarandũ ꝙ sermo eius nõ est, ni F si de moto per se, qm̃ nulla ars cõsyderat de moto ꝑ accñs. D.d. & est motum per alium motum, i. & etiã mouetur per se motu alio à motu translationis, vt illud, quod mouetur fm alterationem. &, quia alteratio dicitur quasi æquiuoce, & d. & de alteratione etiã, &c.i. & illud, quod significat hoc nomen alteratio, quod est transmutatio ad sanitatem, est aliud ab illo, quod significat hoc nomen alteratio, quod est transmutatio ad caliditatem.

Documẽtũ primũ.

Pars põt moueri ꝑ se. qñ distinguit̃ à toto, qđ ẽ ĩposse ĩ accẽtib⁹. Idẽ 4. ph. 32. & c. 8. phy. 27. & 1. đ aĩa. 37. Idẽ hic. c. 17.

Nulla ars cõsyderat de moto ꝑ accñs. Idẽ ĩfr. c. 6. viđ cã 36. Me. t. c. 6.

Est

G Est autem & in mouente similiter. Aliud enim ſm accidẽs mouet, Aliud vero ſm partem, ex eo, quia partium huius aliqua, Aliud vero per ſeipſum primum, vt medicus quidem ſanat, manus vero percutit.

Et ita est de motore. Quoniam alius mouet per accidẽs, et Alius mouet, quia pars eius mouet, & Alius mouet per ſe primo, verbi gratia medicum ſanare, & manum percutere.

H Cum declarauit ꝙ motum diuiditur in illos tres modos, declarat ẽt ꝙ in motore inueniuntur illi tres modi, ſ. Motor per ſe. v. g. medicum ſanare alium ab infirmitate, & Motor per accidens. v. g. muſicus ſanat ſe, quoniã accidit muſico vt ſit medicus, aut medicus ſanans ſe. medicus. n. non ſanat per ſe, niſi aliud, cum res artificiales nõ agant in ſe, niſi per accidens, ecõtrario ei, quod dictum eſt in definitione naturæ. Illud autem, quod dr̃ mouere, quia pars eius mouet, eſt, vt cũ diximus Soc. mouet hoc pondus, licet non

2

Res artificiales nõ agũt i ſe, niſi p accĩs. Idem. 2. ph. c. 1. 2 3. & 3. de aĩa. c. 18.

I moueat niſi manu tantum, D. d. & manum percutere. hoc eſt exemplum de illo, quod mouet ſm partem, ſ. Soc. percutere, licet nõ percutiat, niſi manu: aut dicere manũ ꝑcutere, licet nõ ꝑcutiat, niſi ps eius.

Qm̃ autem eſt quidem aliqđ mouens primum, eſt autem aliquid, quod mouetur, ad hæc in quo tp̃s, & præter hæc ex quo, & in qđ. (oĩs. n. motus ex quodam, & ĩ quiddam. alterũ. n. eſt qđ primum mouetur, & in qđ mouetur, & ex quo, vt lignũ, et K calidum, & frigidum, horũ autem, aliud quidem qđ, aliud vero in qđ, aliud autem ex quo.) motus manifeſtum eſt ꝙ in ligno eſt, nõ in forma. neqꝫ enim mouet, neque mouetur forma, aut locus, aut ipſum tantum.

Et, quia eſt hic aliquis motor primo, & aliquid motum primo, & cũ hoc aliquid, in quo eſt motus, ſ. tempus, & præter iſta aliquid, ex quo ẽ, et aliquid, ad quod eſt. omnis. n. motus eſt ex aliquo, et L *ad aliquid, & illud, quod primo mouetur, eſt aliud ab illo, ad quod mouetur, & ab illo, ex quo mouetur. v. g. quoniã lignũ eſt aliud à calido, & frigido. & primum iſtorum eſt motum, & ſecundum eſt illud, ad quod eſt motus. et tertium eſt illud, ex quo eſt motus. manifeſtũ eſt igitur ex hoc quòd motus in ligno non eſt forma. forma. n. non mouetur, neque mouet. neqꝫ locus, neqꝫ talis quantitas.*

Cum diſtinxit illud, qđ eſt per ſe, M ab illo, quod eſt per accidẽs, in motore, & moto, incœpit numerare cõ- 3 ſequentia motus ad declarandum, quę eorum ſunt, quibus attribuitur motus ꝑ ſe. vt ex hoc veniat ad numerandum ſpecies motus, & dixit: Et quia eſt hic, &c. i. &, quia in omni motu inueniuntur quinqꝫ, ſ. Motor per ſe, & Motum per ſe. Et hoc intendebat, cum dixit primo. primum. n. eſt qñqꝫ ſynonymũ ei, qđ eſt per ſe, & qñqꝫ dicitur magis proprie,

A prie, & est id, quod mouet non pp alium motorem. Et silr primũ motum dr his duobus modis, s. de illo, qd est per se, & de illo, quod mouet per se, non quia in eo est alia pars, quę est primum motũ in ipso. sed hoc intendebat per motum primũ illud, qd est per se simpliciter. Tertium vero ē illud, sicut dixit, in quo est motus, s. tēpus. Et quartũ illud, ex quo est motus. Et quintũ illud, ad qd est motus. Et hoc est ita. qm̃ oĩs motus est à motore, & in moto, & in tempore, & ab aliquo, & in aliquid. oēm vero motum esse a mo-
B tore est positũ hic, & declarabit in principio Septimi. & silr omnē motum esse ĩ tempore declarabit etiā perfecte in Sexto, licet modicũ inde declaratum sit in capitulo de tēpore. Qm̃ aũt oĩs motus naturalis rectus est ex aliquo, & in aliquid manifestum est per se in motu alterationis, & augmenti, & translationis recte. licet existimetur ꝙ ipse pscrutabitur de hoc in alio loco. & vr̃ ꝙ ipse ponit hic ista, ſm ꝙ sunt famosa, & post perscrutabitur perfecte de eis. D.d. motum.n. primo est aliquid, &c.i. & illud, qd mouetur per se, manifestum est ipsum esse aliud
C ab illo, ad qd mouet. & ista alietas est ei primo, & essentialiter. p accñs verò non est remotũ, vt illud, quod mouetur, & illud, ad qd est motus, sint idē. & similiter ē de illo, ex quo est motus, s. quia etiam est aliud à moto. D.d. v.g. qm̃ lignũ, &c.i qm̃ lignum est illud, qd mouetur in alteratiōe, & illud, ad qd est alteratio, est calidum, & frigidum, & lignum est aliud à calido, aut frigido. D.d. & primum istorũ est motum, &c.i. illud ex istis, qd magis disponitur p

T.c.1. & I fra.6.ph. t.c.50. & I fra.4.ph. t.c.129.

motum, est res mota. & sequitur ipsum illud, ad quod est motus, cum illud sit finis motus. & sequitur ista illud, ex quo est motus, cũ ab hoc separatur res mota, & trāsfertur ab eo. Primum igit istorũ, & dignius in motu est res mota, s. subiectum motus. Deinde illud, ad qd est motus. Deĩde illud, ex quo est motus. Iste igitur ordo est istarum causarum, ex quibus cōstituitur motus. D
a motus.n. constituitur in substantia eius ex istis trib9 causis, s. de causis existentibus in eo non extrinsecis. & ideo non numerauit motorem, aut tempus, quia b tps est de accidentibus eius, & motor de causis extrinsecis. Et, cũ posuit ista, dixit: manifestum est igitur ꝙ motus est in ligno, &c.i. &, cũ motũ est aliud ab eo, ad qd est motus, & ē forma, manifestũ ē ꝙ motus est ĩ moto, nō in illo, ad qd est motus, & est forma. Et hoc manifestũ est per se. v.g. qm̃ calefactio ē in corpore calefacto, nō ĩ calore, q ē finis calefactionis. & silr translatio est in trāslato, non in superiori, aut inferiori, quæ sunt fines translati, & quantitas, q est finis augmenti, nō est in ea augmentum. & ideo illud, ad qd ē motus, est aliud à moto per se. D.d. forma.n. non mouet, neq; mouetur. et intendit formam substantialem, q est finis motus generationis, & qualitates, quę sunt fines motus alterationis. D.d. neq; talis quantitas. & intendit quantitatem, ad quam puenit motus augmenti, & diminutionis. D.d. c forma.n. non mouet, neq; mouetur, i. qm̃ motor, & motũ est compositũ ex materia, & forma, & declaratum est in d Tertio ꝙ motus est in moto, non in motore.

a Mot9 cōstituit in substātia ei9 ex istis trib9 cāis.
E
s. subto, termino ad quem, termino à quo: loquēdo de cāis ītrinsecis.
b Tps ē de accñtibus mot9. Idē. 4. ph. cō. 98. & q ibi.
Maĩfestũ ē ꝙ mot9 ē ĩ moto, n ĩ illo, ad qd ē mot9, & ē forma. idē ĩ
F
fra.c.5. idē 3.phy.c.3. & ibi.
c Forā nō mouet, neq; mouet, qm̃ motor, & motũ ē cōpositũ ex mã & forma.
d 3.ph.18. 19.22. & 23.

Sed

G Sed est mouens, & quod mouetur, atque in qd mouetur. Magis autem ab eo, i qd, quàm ex quo mouetur, denominatur mutatio. quapropter et Corruptio in id, quod non est, mutatio est quāuis & ex eo, quod est, mutetur quod corrumpitur: & Generatio in id, quod est, quamuis ex eo, quod non est.

Mutatio denominatur magis ab eo, in qd, quā ex quo mouetur. Vid cām. 2. de aīa. tx. 49.

Sed hic est motor, & motum, & ad quod est motus. Transmutatio.n.magis nominatur ab illo, ad quod est motus, non ab illo, ex
H *quo est motus. & ideo Corruptio est transmutatio ad non ens, & si corruptum transmuatur ex aliquo ente: & Generatio est transmutatio ad ens, & si transmutaretur à non ente.*

4 Idest. sed si hic sunt motor, & motum, & ex quo, & ad quod: & motus est in aliquo istorum preterquā in re mota: hoc nomen motus est acceptum ab illo, ad qd est motus nō ab illo, ex quo est mot'. & ideo motus ex ente in non ens dicitur Corruptio, quoniam non ens est corru-
I ptum, & non denominatur à nomine eius, ex quo est, scilicet ab ente. & hoc intēdebat, cum dixit: & ideo Corruptio. D.d. & Generatio, &c.i. & ens: i. & motus, qui dicitur generatio, dicitur, quia est transmutatio ad illud, quod est ens, & generatū. licet transmutaretur de non ente, idest incipiat ex eo.

*a. l. nō ē.

Quid igitur motus sit dictū est prius. Formę autem, & passiones, & locus, ad quę mouentur

K ea, quæ mouentur, immobilia sunt, vt scientia, & calor. Attamen dubitabit aliquis, si passiones motus sunt: albedo autem passio est: erit.n. ad motum mutatio, Sed fortassis non est albedo motus, sed dealbatio. Est autem & in illis & quod est sm accidens, & qd est sm partē, atque sm aliud, & quod primo est, & non sm aliud. vt qd fit album in id, qd intelligitur, mutat sm accidens: colori.n. accidit intelligi: in colorem autē, quia albū
L pars est coloris: & in Europā, qa pars Europæ Athenæ sunt: in album autem colorē per se. Quomodo igitur per se mouetur, & quomodo sm accidens. & quomodo sm aliud aliquid, & quō idem primum & in mouente est, & in eo, quod mouetur, manifestum est: et quod motus non est in forma, sed in eo, qd mouetur, & mobili sm actum.

Et iam narrauimus motum, quid sit, superius. Et forma, & M
passiones, & qualitates, et locus, ad quem mouentur res motæ, non mouentur, v.g. scientia, & calor. Sed hic est quæstio. in passionibus forte sunt motus, & albedo est passio: & sic transmutatio ad illā est transmutatio ad motum. Et ad hoc dicendum est quòd dignius est vt albificatio sit motus, non albedo. Et in illis etiam est illud, quod est per accidens, & illud quod est

secundum

A *secundum partẽ, et illud quod est primo, non per aliud. v.g. quoniã trãsmutatio albificati ad intellectũ, est trasmutatio per accidẽs: itelligi.n. est accidẽs colori: et trãsmutatio eius ad colorem, quia album est pars coloris: & similiter transfertur ad Europam, quando transfertur ad Athenas, quia Athenæ sunt pars Europæ. trãsmutatio vero eius ad colorem album est per se. Declaratum est*

B *igitur, quomodo est motus per se, & quomodo per accidens, et quomodo per aliud, & quomodo erit esse primo in motore, & in moto: et est declaratum quòd motus nõ est in forma, sed in moto, & est motum in actu.*

5 Et, qa iam narrauimus prius motum quid sit, & definiuimus eum, quia est pfectio moti, fm q̃ est motũ, manifestũ est q̃ forma, & est illud, ad qđ est motus in generatiõe, est immobilis, & similiter passiões,

C q̃ sunt id, ad qđ est motus in alteratione; & sic locus, & est illud, ad qđ est motus in translatiõe. motus.n. non est perfectio alicuius istorũ. D. dedit exemplũ de qualitate, & dixit v.g. scĩa, & calor, i. qm̃ istæ passiões non mouent̃ per motũ alteratiõis, cum sint fines eius. D.d. Sed hic est quęstio, &c.i.&, quia passiões diuiduntur fm magis, & minus, & propter trãsmutationẽ sequentẽ illas, existimatur q̃ albedo est motus, & sic motus ad illã erit motus ad motum. &, quia manifestum est q̃ albedo est forma quiescens immobilis: & qui fingit ipsam moueri, non est loquendũ cum eo in hac scĩa. D.d. sed dignius est vt albificatio sit motus, non albedo, i. sed apparet per se q̃ albificatio est motus, nõ albedo, ad quã est motus albificationis. Et, quia accidit ei, ad qđ est motus, vt in eo inueniatur illud, qđ est p se, & illud, qđ est per accidẽs, & illud, qđ ẽ fm partẽ, narrauit hoc ne aliquis deciperetur, & d. Et in illis, &c.i.& in illo, ad qđ est motus, inueniunt̃ ẽt illi tres modi, quos numerauim' ĩ motore, & moto. v.g. in illo, ad qđ est transmutatio per accidens, est transmutatio albi ad hoc, quòd sit intellectũ, s. ad hoc, q̃ intelligatur ab homine. qm̃ hoc est albi per accidens, cum illud, qđ albificatur, nõ habet naturam vt transmutetur ad hoc, vt sit intellectum, nisi per accidens. & hoc intendebat cum dixit: intelligi.n. &c.i. qm̃ intelligi est accidens, qđ accidit ei, qđ transmutat̃ ad colorem, & est album. Et exemplum eius, quod dr̃ trãsmutari gratia partis, est, vt cũ dicimus hoc album demonstratum trãsmutari ad colorari: qm̃ non dr̃ colorari, nisi quia transmutat̃ ad partẽ coloris, s. ad aliquam speciem eius. & hoc intendebat, cũ dixit: trãsmutatio eius ad colorem, &c.i. &, cum dicimus album colorari, dicimus hoc, quia trãsmutatur ad partẽ coloris, & est albedo. D. dedit exemplum de motu translatiõis, & dixit: & transfert̃ ad Europã, quia transfert̃ ad Athenas.i. & dicimus aliquid transferri ad aliquẽ locum, quia transfert̃ ad partem illius rei, cui attribuit̃ trãslatio. v.g. vt, cum dicimus q̃ Socra. transfertur ad Hispaniam, licet nõ

D E F (marginal letters, right column)

Qui fingit formas moueri, nõ ẽ amplius loquendũ cũ eo in hac scĩa. idẽ. 4. ph. c. 17. vide cõm isti' sup. cõ. 3. ad finẽ.c.

G trásferatur, nisi ad Cordubam. D.d. transmutatio vero eius ad colorem album est per se, i. &, cũ dicimus de aliquo alterato in colore, transmutari de nigro ad album, est per se & ẽt, cum dicimus ipsum trásferri ab Hispania ad Cordubã, est per se. Et, cũ declarauit ista. perfecit sermoné in dando summam de his, quę declarauit, vt est mos in sermonibus demonstratiuis, & dixit: Declaratum est igitur, &c. i. declaratum est igit' ex hoc sermone, qũo attribuit' motus ei, ad qđ est ꝯm ipsum motum, & ꝯm accidens, & ꝯm partem.
H & silr est declaratum qũo moueri attribuit' moto ꝑ se, & ꝑ accidens, & ꝯm parté: & qũo mouere attribuit' ẽt motori per se, & ꝑ accidés, & ꝯm parté. Et declaratũ est cum hoc, ꝙ motus nõ est per se in eo, ad qđ est motus, s. forma. Et intelligit hic ꝑ formã, formã substantialẽ, & qualitaté, & quantitatẽ, & vbi. & vtit' ea in hoc loco large, sicut fecit primo. & qñq; vtitur ea proprie, vt cũ dixit: forma. n. non mouet', nec locus, &c. & qm̃ in hoc loco vtitur forma pro passiõibus, & subiectis, & qñq; vtitur ea magis proprie, vt cũ d. for
I mæ, & passiones, & locus, &c. qñq; igitur vtitur forma large, & qñque pro subiectis tantum. Deinde d. & qđ est primum, &c. & intendit hic per primum proximum, & essentiale, secundum quòd declaratum est in Posterioribus analyticis.

Quæ igitur ꝯm accidens est mutatio dimittatur. est. n. & in omnibus, & semper, & oium. quę vero non ꝯm accidens non est in omnibus, sed in cõtrarijs, & medijs, & in contradictiõe. Huius aũt fides ex inductiõe ẽ. K Ex medio autẽ mutatur vt ex contrario. vtitur. n. ipso, vt contrario, ad vtrunq;. est. n. quodã modo mediũ ipsum extrema. quapropter & hoc ad illa, & illa ad hoc quodammõ dñr contraria. vt media grauis ad vltimã, et acuta ad ꝑmã. atq; fuscũ albũ ad nigrũ, et nigrũ ad albũ.

Trãsmutatio vero per accidẽs omittẽda est, quia est in quolibet, et est semper necessario. Quod aũt non est per accidens, nõ est in quolibet, sed in contrarijs, & inter illa, et in contradictorijs. Et hoc creditur ex inductione. Transmutatio. n. est ex medio. quoniam ita se habet ad vtranq; extremitatẽ sicut contrarium. medium. n. quodãmodo est duo extrema. & ideo dicuntur, cum cõparantur ad illa, & cum illa comparãtur ad illud, sicut dicuntur contraria. v. g. quoniam neuma, quod dicitur mediũ in respectu otota, dicitur acutum, & in respectu ita, dicitur graue. & color pallidus in respectu nigri dicitur albus, & in respectu albi dicitur niger. L M

Cum declarauit ꝙ omnis motus constituitur per quinq;, s. motoré, & motum, & illud ex quo est, & illud, ad qđ est, & illud in quo est, & etiam declarauit ꝙ vnicuiq; istorũ quatuor attribuitur motus, aut per se, aut per accidens, s. motor, & motum, & illud, ad qđ, & illud, ex quo, incœpit 6 Mot⁹ cõstituit' ꝑ qnq;, qđ qũo sit vi de sup. c. 3

30 Quoniam ex hoc, ꝙ declaratum eſt in deſcriptionibus iſtarũ, declarabitur in quibus inueniuntur. Et quęret aliquis, quoniã eſſe inſimul eſt tangere, quoniam omnia contigua ſunt inſimul: & omnia, q̃ ſunt inſimul in loco, ſunt contigua: & ſimiliter eſt diſpoſitio in ſeſe. Dicẽdum eſt igitur adhuc, vt videtur, ꝙ licet eſſe inſimul, & tãgere ſint idẽ ſm ſubiectum, tñ ſunt duo ſm definitionem. quoniã eſſe inſimul opponitur ad eſſe ſolum: & tangere nõ opponitur ad eſſe ſolum, ſed ad eſſe ſeparatũ. Et in definitione eius non apparet locus, ſed in definitione eius, quod eſt eſſe inſimul apparet locus. Seſe autem ſeparatur à cõtiguo. quoniam ſeſe eſt contiguũ, & ſequens. & ſeſe ẽt poteſt eſſe corpus, & poteſt eſſe non corpus, v. gra. motus, aut tempus. motus enim eſt ſeſe ad motum, & tempus ad tẽpus. ſed tempus nõ tangit tempus: quoniam contigua neceſſario ſunt magnitudines. a in naturalib⁹ vero eſt corpus, in mathematicis autem poteſt eſſe linea, aut ſuperficies. b ſed omne contiguum in mathematicis eſt continuum.

E

Dubium.

Solutio.

Prĩa dñia.

Scda dñia

F

a Cõtact⁹ nãlis eſt ꝑ corp⁹, ſed cõtactus mathematic⁹ pt̃ eẽ ꝑ lineam, aut ꝑ ſupficiẽ. Idẽ. 1 cœ. c. 32. & . 1. đ aĩa t. c. 13. & 3 Met. c. 8.

b Oẽ cõtiguũ ĩ mathematicis ẽ cõtinuũ. Idẽ. ſup. c. 22.

G *Quotupliciter dicatur motus vnus: Et qui proprie vnus, qui vè plures. Cap. 2.*

VNus aūt motus dr̄ multipliciter. Vnum.n. multipliciter dicimus. Genere igitur vnus est ſm figuras p̄dicamēti. latio.n. omni lationi genere vnus est. alteratio aūt à latiōe diuerſus genere est. Specie autem vnus est, cum genere ſit vnus, & in indiuidua ſpē ſit. vt coloris quidē ſunt dr̄iæ. Igitur
H alius ſpē denigratio, & dealbatio. oīs igitur dealbatio oī dealbationi idē ſm ſpeciem erit, & oīs denigratio denigrationi: albedini aūt non amplius. quapropter ſpecie vnus est dealbatio dealbationi oī. Si aūt ſunt q̄dam, q̄ & genera ſimul, & ſpēs ſunt, manifeſtum est q̄ ſpē quodāmodo vnus erit, ſimpliciter aūt vnus ſpecie nō. vt diſciplinatio, ſi ſcia ſpēs quidē ē exiſtimatiōis, genus aūt ſcientiarū.

I *Et vnus motus dicitur multis modis. quoniā Vnū dicitur multis modis. Vnus igitur in Genere eſt ſecundū figuras p̄dicamēti. quoniā, quādo translatio comparatur ad aliquā trāslationē, q̄cunq; ſit, erit vnū in genere. alteratio vero eſt alia à translatione in genere. & Vnus in Specie eſt, quando fuerit vnū in genere, deinde fuerit ſub ſpecie, quæ nō diuiditur. v.g. quoniā color eſt multis modis. Et ideo nigrificatio eſt alia ab albificatione in ſpē. et ſic oīs albificatio cōuenit in ſpē oī albificationi, & oīs nigrificatio oī nigrificationi: albificationi vero nō conuenit. et iō albificatio cū omni albificatione comparatur per illam, vnū in ſpē. Conuenientes igitur in genere, & ſpē inſimul manifeſtum eſt quòd ſunt vnus motus ī ſpē, quod aūt ſit ſimpliciter vnus motus in ſpē, non. v. g. quando diſciplina ſit ſcientia, quoniam eſt ſpecies conſyderationis, et genus, ſ. ſcientiarū, v. g. Grāmatica, & Geometria, & cæterarum ſcientiarum.*

K

L

31 In hoc capitulo īcœpit dicere ſm quot modos dr̄ motus vn⁹. q̄m hoc eſt vtile. & neceſſarium de pſcrutatione de motu, vtrū ſit æternus, aut nō. & dixit: Et Vnus motus dr̄ multis modis. i. & vnus motus dr̄ multipliciter, quia vnum dr̄ ēt multipliciter. motus.n. dr̄ vnus ſm Genus. & eſt ille, qui eſt vnus ſm formam p̄dicamentorū, in quibus ſunt, ſcilicet quia cōmunicant in vno p̄dicamēto p̄dicamētorū, in quibus inuenit̄ motus. v.g. translatio ad ſuperius, cū cōparat̄ ad translationē ad inferi⁹, q̄m eſt ſm genus, vn⁹ ī quo eſt motus in loco, ſ. in p̄dicamento vbi. & hoc intendebat, cum dixit. i. q̄m omnis translatio, q̄ñ comparatur ad aliam translationē diuerſam in forma, tunc duç translatiōes inuenientur vnum in genere. D.d. alteratio vero, &c. i. & hoc manifeſtū eſt. q̄m prædicamentum alterationis, ſ. qualitatis, aliud eſt à prædicamento

M

mento

A mento translatiõis, qđ est vbi. D. d. & vnus in Specie, &c. i. & dicit' vnus motus scđo mõ, s. ſm spẽm. & vnus motus in specie est, qñ duo motus fuerint vnus in genere, & vnus ĩ vltima spẽ, quę nõ diuidit' in alias species. D. d. v. g. &c. i. & causa, pp quã quidã mot⁹ sunt diuersi ſm spẽm, & quidã conuenientes ſm spẽm, est diuersitas eius, ad qđ est motus in specie, aut cõuenientia eius in spẽ. v. g. quia colores, qui sunt fines motuũ, qui sunt in coloribus, sunt multi modi, iõ motus, qui sunt in coloribus diuersis in specie, sunt diuersi B in spẽ, & qui sunt in cõuenientibus in spẽ, sunt cõuenientes in spẽ. v. g. qñ nigrificatio, quia est ire ad nigredinẽ, & albificatio ẽ ire ad albedinem, & nigredo differt ab albedine in spẽ, ideo nigrificatio, quæ est motus ad nigredinẽ, differt ab albificatione in specie, q̃ est motus ad albedinem. &, quia hæc albedo cõuenit in specie cũ hac alia albedine demsata, ideo hęc albificatio cõuenit cũ hac albificatione in spẽ. D. d. albificationi vero nõ cõuenit, idest motus vero, qui est in albedine, nõ cõuenit in specie ei, qui est in nigre C dine: cũ nigredo differat ab albedine in specie. D. d. Conuenientes igitur, &c. i. manifestum est igit' ꝙ, cũ diximus ꝙ omnis motus cõueniẽs in specie est cõueniẽs in genere, nõ sequitur vt omnis motus cõueniẽs in genere, & specie, i. vnus ĩ genere, & specie sit vnus motus in spẽ simpliciter. qñ quædam species sunt, quæ sunt genera. D. d. v. g. &, cum disciplina fuerit scĩa, &cęt. i. & vnus motus in genere, & spẽ nõ est vnus in specie simpliciter, s. ꝙ scĩa ad disciplinam est species comprehẽsionis, cum comprehensio quædam D ẽ disciplina, i. ex disciplina, & quædam nõ ex disciplina. &, cum hoc, ꝙ dixit spẽs est genus pluriũ scientiarum disciplinatarum.

Ca. pp q̃ q̃dã mot⁹ sũt diuersi ĩ spẽ, & q̃dẽ cõuenẽtes ſm spẽm, est diuersitas ei⁹, ad qđ ẽ mot⁹ in spẽ, aut cõ B uenientia ei⁹ in spẽ. cõsiste. in-fr. t. c. 35.

Dubitabit autem aliquis, si vnus specie motus sit, cũ ex eodẽ idem in idẽ mutetur. vt vnũ punctũ ex hoc loco in hũc locũ iterum, atq; iterum. Si aũt hoc est, erit circunlatio rectę latiõi eadẽ, & volutio ambulationi.

Et est hic locus quæstionis, scilicet quando idẽ transfertur de vno E *loco ad aliũ, v. g. quãdo idẽ pũctus transfertur de hoc loco in hunc locũ vna vice post aliam, vtrum ille motus est vnus in spẽ. Quoniã, si ita fuerit, tunc motus circularis conueniet motui recto, & tunc volutio conueniet ambulationi.*

Cum posuit ꝙ motus, qui sunt 32 vnus in spẽ, sunt illi, ĩ quibus illud, ad qđ motum mouetur, est idẽ in specie, & nõ existimatur ꝙ isti motus sunt conuenientes ſm spẽm sed motũ, qđ mouetur de eodẽ in idẽ, F sed in temporibus diuersis, induxit qõnẽ super hoc, & dixit: Et est hic locus quæstionis, idest & quæritur qñ aliqđ idem trãsfertur de eodem loco in eundem locum multotiẽs, v. g. de pũcto B ad punctum C, vtrũ isti motus numerentur in illis, qui sunt idem specie, aut nõ. qñ, si ponatur ꝙ motus, qui fuerint de vno puncto ad vnum pũctum, sunt cõueniẽtes in specie, & est possibile vt motum moueatur de eodem puncto ad idem punctum motu recto,

G & motu circulari, contingit ex hoc, vt motus circularis, & rect⁹ sint idē specie: quod est impossibile. &, si ponatur q sint idem numero, continget vt tēpus eorū sit idem numero. qđ est impossibile. Et cū induxit q̄stionem, incœpit dissoluere illam.

An determinatum est, si id, in quo est, alterū est specie, q diuersus motus est: circulare aūt à recto alterū specie. genere igitur, & specie mot⁹ vnus sic est.

Ad hoc igitur dicamus, quoniam iam determinauimus quòd H *illud, in quo est motus, cum fuerit aliud in specie, motus erit alius in specie: et circulare est etiam aliud specie à recto. secundum hoc igitur dicitur quòd motus est vnus in genere, & specie.*

33 Quia motus recti diuersant̄ ſm illud ex quo, & ad qđ, & ī motu circulari non est ex quo, & ad qđ & est dictum in definitiōe motus, qui est idem in specie, q est ille ī quo, illud ex quo, & illud, ad qđ, sunt idē specie, in numero plura ſm idem tp̄s,

I v.g. motus, qui est ex eodem pūcto ad idem punctum, aut plures motus cadentes inter duo puncta in tēporibus diuersis, accidet quęstio p̄dicta. qm̄ possibile est vt inter duo puncta demonstrata sit motus circularis, & rectus. & similiter possibile est vt inter duo loca conuenientia alijs duobus locis cadāt duo motus, vnus rectus, & alius circularis. & sic accidit quęstio. Cum igitur ī definitiōe dicatur loco eius, qđ est, ad quod, & ex quo, illud, qđ est, in quo est motus, f. q idem motus in specie est ille, in quo illud, ī quo est motus, est idem in ſpecie, dissoluetur quæstio. qm̄ duo motus, q sunt ex eodem loco ad eundem locum, quorum vnus est rectus, & alius circularis, non erunt in eodē, f. per idē. qm̄ rectus erit per lineam rectam, & circularis per rotundam: & circulare est aliud à recto in specie. Et iō dixit: Dicamus igitur, qm̄ iam determinauimus q illud, in quo est motus, cum fuerit aliud in specie, motus erit alius in specie. D. d. & circulare est aliud à recto specie. idest, & isti definitiōi eiusdem motus in specie non contingit quęstio. qm̄ illud, in quo ē motus rectus, est aliud ab illo, in quo est circularis, econtrario primæ definitioni.

Questiōis solutio. K L

Simpliciter autem vnus motus est, qui substantia vnus, & numero est. Quis autem hmōi sit manifestū erit diuidentibus. Tria enim sunt numero, circa q̄ dicimus motum vnum, qđ, & in quo, & qn̄. Dico autem, qđ qm̄ necesse est esse aliquid, qđ mouetur, vt hominem, aut aurum. & in aliquo hoc moueri, vt in loco, aut in passione. & M qn̄: in tp̄e enim omne mouet̄. In t[...] mou[...]

Et dicitur quòd motus est vnus simpliciter, cum fuerit vnus in se, & in numero. Et declaratur quis motus est iste motus secundū diuisionē. Illa. n. in quibus dicitur motus, sunt tria, res, & quo est, & quando. Et intentio eius est quoniam necesse est vt sit hic aliquod motum. v. g. homo, aut aurū. et vt

motus

A *motus istius rei sit in aliquo, v.g. i loco, aut in passione. & vt sit quando: quoniã omne, quod mouetur, mouetur in tempore.*

34 Cum declarauit quid est idẽ motus genere, & specie, incœpit declarare quid est idem motus simpliciter, & dixit: cum fuerit idem in se, idest in sua substãtia. & d. & in numero. qm̃ motus, qui est idem in substantia, alius est genere, & alius specie, & alius numero. & innuit ꝙ diuisio, qua vsus est in motu, est di B uisio in substantia eius. qm̃ a illud, qđ significat hoc nomen vnum, & essentia, & quiditas ĩ istis rebus, est Idem. D. d. Et declaratur, &c. i. & s3 diuisionẽ motus in motus, qui conueniunt, & differũt in rebus tribus, ex quibus constituitur motus, declarabitur quid est motus vnus in numero. Et, cum narrauit ꝙ ex ista via põt declarari quid est vnus motus in numero, incœpit declarare hoc, & d. Illa. n. ĩ quibus est motus, &cę. i. illa. n. ex quibus constituitur motus, sunt tria, res mota, & res, in qua est motus. v.g. vbi in translatione, qđ est genus, ĩ quo est motus, & C hoc intendebat, cum dixit: & res, in qua est. & intendit per qñ, tẽpus. qm̃ ex tribus fit motus. Et, cũ numerauit ista tria, ex quibus constituitur motus, dixit: Et intẽtio eius, ẽ &c. i. & hoc est ita. qm̃ manifestũ est per se ꝙ necesse est vt in oĩ motu sit aliqđ motum, v.g. homo, vel frustum auri, & vt motus sit in aliquo, v.g. in loco, aut qualitate. & intendit per illud, in quo est motus, materiam motus, ĩ qua est motus, sicut formam. & hoc manifestũ est ꝙ non mouetur. & hoc distinctum D est apud perscrutationem eius, qđ est vtrum motus habet motũ. D. d. & vt sit qñ. i. in tempore. & hoc declarabitur in Sexto. & existimatur ꝙ aliquantulum ex eo declaratum est in sermone de tempore.

a Illud, qđ significat hoc nomẽ vnũ, & essentia, & qditas in istis reb⁹, ẽ idẽ. vide cõsilẽ. 4. Met. t. c. 2. Mot⁹ cõsti tuit ex tribus. s. re mota, illo in quo est motus, & tpe. s3 oppositũ :d. 3. cõ. 3. vbi d. ꝙ mot⁹ ñ cõstitui tur ex tpe qa tps ẽ đ accñtibus motus. tñ vide cõsimilẽ sniã huic in. 8. ph. t. c. 64

Horum autem genere quidem, aut specie esse vnum est in re, in qua mouetur. contiguum autem erat in tpe. Simpliciter autem vnum esse in omnibus his est. Etenim in quo est, vnũ oportet esse, & indiuisibile, vt formam. Et rursus ipsum quando, vt tempus vnum, & nõ in- E termittere. Et quod mouetur vnum esse, non secundum accidens, vt album nigrescere, & Coriscum ambulare. vnum autem est, & Coriscus, & album, sed secundum accidens. Neque cõmune. erit enim simul duos homines sanari secundum eandem sanationem, vt lippitudinis. sed non vnus hic est, sed specie vnus est.

Et motum esse vnum in genere, aut specie est ex istis rebus, F *in quibus est motus. & sequitur hoc vt sit in tempore. Ipsum autem esse eundem simpliciter est in omnibus istis. Illud enim, in quo est motus, debet esse vnum, scilicet indiuiduum demonstratum, verbi gratia in specie. Et quando, verbi gratia: quoniam tempus debet esse vnum sine defectu. Et motum debet esse vnum,*

G *non per accidens, verbi gratia vt albus niger fiat, & Socrat. ambulat. & albus, & Socr. sunt idem, sed per accidens. Neq; commune. quoniam possibile est vt homo sanetur vna sanitate ab ophthalmia oculi. sed iste motus non est vnus, nisi in specie.*

35 Cum declarauit quid est motus vnus in genere, & in specie, & declarauit ꝙ vnus motus simpliciter scitur p diuisionem eius in illa, ex quibus fit motus, & notificauit illa esse

H tria, ĩcœpit declarare qñ motus erit vnus in genere, & in specie, & in numero ſm ista, & dixit: Et motum esse vnum in genere, & specie, &c. i. & motus erit vnum in genere, aut in specie, ſm illud, ĩ quo est motus, & motum. a Et dimisit diuisionem quã innuit in motu, quia iã est declarata. qm̃, antequam ĩciperet ad declarãdum istos motus ſm cõueniẽtiam, & diuersitatem eorum in istis rebus, deberet incipere à diuisione, dicendo ꝙ omnis motus aut nõ cõuenit in aliquo istorum, aut conuenit in quibusdam, aut in om

I nibus. deinde cõuenientes, aut sunt conuenientes in genere, aut ſm speciẽ, aut ſm numerũ. sed, quia hoc intelligit̃ ex hoc, qđ dixit, & est manifestum per se, incœpit determinare species eius, & numerare diuisiones vtiles ad sciẽdum, ſm quot modos dicitur vnus motus, & dixit: Et motũ esse vnum in genere, &c. i. & motus est vnus in genere, aut ĩ specie, ſm illud, in quo est motus, s. in natura, in qua est motus. qm̃, si illa natura fuerit vna ſm genus, v.g. qualitas, aut vbi, motus non erit vnus ſm genus. &, si illa natura fue

K rit vna ſm speciẽ, motus erit vnus ſm speciem. v.g. vt duo motus sint albificatio, & nigrificatio, aut trãslatio. Et, quia hmõi motus, s. vnus in genere, aut vnus in specie, nõ est necesse vt sit vnus ſm tẽpus, dixit: & sequitur tempus hoc, idest, & accidit huiusmodi motibus vt sint in tempore, aut vno, aut plurib' vno. s. ꝙ non est necesse in esse eiusmodi motus in genere, aut ĩ specie, ſm ꝙ est vnus in eis, vt sint in vno tempore: sed hoc sequitur, & accidit naturæ motus, ſm ꝙ est motus, s. vt sit

L in tempore, non ꝙ sit motus, qui dicetur per tempus. Et, cum declarauit dispositionem essentialem, qua motus est vnus in genere, aut in specie ab accidentali, idest à dispositione accidentali, incœpit declarare illa, quæ sunt necessaria in esse eiusdem motus simpliciter, qui est vnus ſm numerum, & dixit: Ipsum autem esse vnum simpliciter, &c. idest motum autem esse vnum simpliciter est, vt sit vnus simpliciter in omnibus istis tribus, scilicet vt sit vnus motus numero ĩ moto, & in eo in quo est motus, & in tpe.

M b Deinde incœpit declarare hoc, & incœpit ab illo, in quo est motus, & dixit: Illud. n. in quo est motus, &c. & hoc est ita. quia, si mot' est vnus numero, necesse est vt illa natura, ĩ qua est motus, sit vna numero, s. in diuiduum demõstratum speciei illius naturę. & hoc intendebat, cũ dixit. v.g. in specie. i. v.g. aliqđ indiuiduum indiuiduorum speciei illius, in qua est motus. Et, cum narrauit ꝙ est necesse in vno motu ſm numerum, vt illud, in quo est motus, s. materia motus, sit vnũ numero, incœpit

a Occurrit tacitæ, obiectioni ꝗ aliqs posset dicere Arist. fuisse diminutum.

Nõ ... cess... eiu... mo... ner... spẽ... ẽ vn... vt s... tpe... acc... nãq... ſm... mo... sit... q, n... dic... pus... cõs... 3. &... ius... & ꝗ...

b Se... opp... 8. p... qui... illa... suff... ad v... nur... mo... Vic... Zim...

A incœpit declarare ēt ꝙ necesse est, ꝙ tempus sit vnū numero,& dixit: Et qñ,&c.idest ēt necesse est vt tempus motus sit vnū numero sine defectu,i.ꝙ inter ipsum nō cadat qes, sed erit continuus.qm̄ tunc non esset vnus motus, quia tēpus eius nō esset vnū. a qm̄ illud,in quo est motus,licet sit vnum numero,similiter res mota, si mouebitur in tēporibus diuersis,tunc mot⁹ eius nō erit vn⁹ in numero.Deinde induxit tertium necessariū, & est ꝙ res mota debet esse vna numero,& hoc essentialiter,non accidētaliter,& dixit:Et motū debet esse vnum, nō p accidens, B &c.i.& in hoc, ꝙ motus sit vnus in numero, necesse est ꝙ res mota sit vna in numero,nō per accidēs.qm̄, si fuerit vna per accidens, tunc erit possibile vt moueatur duobus motibus insimul in eodē tempore. verbi gratia qm̄ albus,& Socrates sunt idem per accidens, qñ accidit quòd Socra.sit albus. & ideo possibile est hoc vnum per accidēs moueri duobus motibus insimul,vt niger fiat, ſm ꝙ est album,& ambulet, ſm ꝙ est Socra. Deinde dixit:Neq; cōe. & intendit illud,in quo est motus. C qm̄, cum declarauit, quòd necesse est,vt illud,in quo est motus,& etiā tempus,sunt vnum in numero,vult declarare,ꝙ tempus esse vnum numero nō sufficit in hoc,quòd mot⁹ sit vnus numero, cum illud in quo est mot⁹,fuerit cōe,nō vnum numero.& quasi dicit, & impossibile est, si illud, in quo est motus,fuerit cōmune, vt motus sit vnus numero,licet tempus sit vnū numero.qm̄ possibile est, vt duo homines insimul sanētur ex vna infirmitate in specie in vno tempore,tm̄ sanatio eorū nō

a Licet illud,i quo ē mot⁹ sit vnū nūero & similr res mota sit vna numero:sitñ moueat̃ i tpibus diuersis,tūc mot⁹ ei⁹ ñ erit vn⁹ numero, sed oppositū vt dicere cō. sequēti ſm primá expōnem. Vide contra. Zim.

erit vna in numero, sed in specie.s. D motus,quo mouentur,licet tempus sit idem.

Socratem aūt ſm eādem quidem alterationem alterari specie, in alio autē tempore, & iterum in alio, si quidem cōtingit corruptum iterum vnum fieri numero,erit & hic vnus.si vero non,idem quidem erit,vnus autem non.

Si autem Socra.alteratur eadē alteratione in specie,sed hoc in aliquo tempore,deinde iterum in alio tempore. sed, si possibile est vt illud,quod iam corruptum est,reuertatur, & fiat vnum in numero, tunc motus possibile est, vt sit etiā vnus.& ,si illud fuerit impossibile, motus erit ille idem, sed non vnus E

Hæc est quæstio,circa hoc,quod dictum est.ꝙ in hoc,ꝙ motus sit vnus numero,necesse est vt tēpus sit vnum numero.qm̄ pōt aliquis dicere ꝙ, cū idē motum mouetur eodē motu in spē vna vice post alterā.i. pluries,verbi gra.vt mō moueatur, deinde quiescat,& inde reuertat̃ ad illum motum,quo mouebatur pri⁹ quod ille motus secundus, & prim⁹ sunt vnus in numero,eodem modo in generatione ꝙ,cum idem indiuiduum corrūpitur, deinde reuertit̃, sunt vnum in numero. Et iō dixit: Si autem Socra.&c.i.sed,cum posuerim⁹ ꝙ Socra. mouet̃ in aliquo vno iterum post primam vicem.v.g alteratur iterum post, aliud aūt transfertur,tūc, si corruptum,qñ reuertitur, est vnum in numero mot⁹,Socra. 36 .j.expō. F

G cra.qui reuertitur, postquam quies interuenit, est vnus.&, si illud non fuerit,hoc nõ erit.& hoc intẽdebat, cũ dixit:si igitur possibile est, &c.i. motus Socr.qui fuit modo, & post reuertit,possibile est, vt sit vn⁹. & iõ dixit post:si igit illud fuerit impossibile,&c.hoc igitur est vnũ eorum, quę possunt intelligi ex hac qõne.

Q6. solo. Et forte intendit per hãc quæstionẽ venire ad quæstionem de motu cõtinuo,qño motus est continuus cũ hoc,ꝙ in omni motu quædam pars corrumpitur. & quædam generat, &, cum corruptum nõ reuertitur, nõ est hic vnus motus in numero.

H & ẜm hanc expositionem, cum dixit,tũc motus possibile est, vt sit ẽt vnus,intẽdit,si igitur est possibile vt illud,quod est corruptum reuertat, & fiat vnum in numero, possibile erit vt sit hic vnus motus in numero:&,si illud fuerit impossibile,non erit hic vn⁹ motus ĩ numero,sed impossibile est vt generatũ,&corruptũ sint idem numero:ergo impossibile est vt vnus mot⁹ sit in numero: licet sit vnius subiecti numero, & in eodẽ,& cõtinu⁹.& hoc erit finis huius qõnis. Si autem cõcesserimus ꝙ

Si corruptũ,qñ reuertit, est vnũ ĩ numero,motus Socr. postq̃ qes interuenit ẽ vnus. S; vide oppositũ.c. pcedẽti vt ibi notaui. Exp. The.

I illud,quod generat, post corruptionẽ est vnum numero,non sequitur vt motus cõtinuus sit vn⁹ mot⁹ tm̃: sed etiã motus,inter quos est quies, cũ subiectum eorum fuerit vnũ numero,& illud, in quo est motus,fuerit ẽt vnum numero. Et videtur,si ista quæstio intelligatur de motu cõtinuo,ꝙ dña inter partes motus continui:& motus,qui reuertuntur iterũ post aliũ,sit hæc.s.ꝙ generatũ & corruptũ in istis motibus, vtrũq; distinguitur a reliquo p quietẽ interiacẽtem. in motu vero continuo generatum non distinguitur a corrupto,neq; demonstrat:sed est vnũ nũero. possibile ẽ igit dicerẽ ẜm hoc ꝙ motus cõtinu⁹ est vnus numero; sed modo magis diminuto, q̃ mõ, quo dicim⁹ in re quiscente,ipsam esse vnã ẜm numerũ. &, si intẽdit per hũc sermonẽ dubitare de motu, q est iterũ post primũ, dissolutio est manifesta,cũ fuerit cõcessum ꝙ generatũ, & corruptũ nõ sunt idẽ in numero. & hoc manifestũ est p se. & illud,qđ dixit post,signãt ꝙ nõ intẽdit,nisi q̃rere de motu continuo,

L quasi dicat,si igitur posuerim⁹ ꝙ Socra.trãsfert iterũ post primũ, si fuerit possibile,vt illud, qđ ẽ corruptũ, reuertat,& fiat vnũ in numero, tũc mot⁹ iterat⁹ põt esse vnus in nũero, nedũ cõtinuus. & sic est intelligẽd⁹ iste locus.& sic nõ accidet q̃stio valoris in hoc,ꝙ,cũ aliquid fuerit corruptũ,& post reuertat nõ est idẽ in nũero, Et quia ita est,dixit : Si aũt Soc.&c.i.sed,cum posuerim⁹ ꝙ Soc. mouet in aliquo vno iterũ post aliud.v.g.ꝙ alteret, aut trãsferat iterũ post aliud,tũc si illud,quod iam est corruptũ,reuertat,&fiat idem in nu

M mero,motus Socra.qui heri fuit,reuertet idem:quod est impossibile. Et forte ista expõ est difficilior. & manifestius est ex verbis ei⁹ hoc, qđ ipse intẽdit declarare, ꝙ necesse est in hoc,ꝙ vnus motus sit ꝙ tps sit vnum,sed fecit qõnẽ de cõtinuo.aut forte intẽdit vtrũq;.qm̃ ex illis,quę dicit post,apparet ꝙ ipse fecit qõnẽ de cõtinuo: quoniam duæ quæstiones sunt similes.

Habet autem dubitationem huic similẽ,& vtrũ vna sanitas, & oĩno habitus,& passiões substãtia

A stātia sint in corporibus. moueri nãq; videntur habētia, & fluere. Si igit eadē, & vna sit mane, & nunc sanitas, cur non etiã, cũ intermissã acceperit iterũ sanitatē, & hęc, & illa vna nũero erit?

Et est etiã quæstio similis isti: Vtrum sanitas est eadē, & vniuersaliter vtrũ formæ, et passiões sũt in corporibus in suis substãtijs. quoniã nos inuenimus illud, quod habēt ex hoc in eis: dũ mouētur et fluunt. B *Si igitur sanitas, quæ fuit in mane, & quæ est nunc, est eadem, quare sanitas quæ fuit, & destruitur, & post reuertitur, illa & ista non sunt eadem in numero?*

37 Quia quæstio prædicta fundat super hoc. s. vtrum generatũ, postq̃ corrumpitur, sit idē in numero cũ corrupto. & fuit positum q, si fuerit idē in numero, cõtinget vt mot⁹, q fuit Soc. hodie, & qui fuit heri, sint C idē in numero, &, si posuerim⁹ q est aliud, cõtinget vt nõ sit vt vnus motus in numero, incœpit dicere q talis qõ accidit in formis quiescētib⁹, quia sunt in trãsmutato, & dixit: Et est qõ, &c. i. & est quæstio similis qõni dictæ de motu vno in numero, & de formis, & vr̃ de passionib⁹ q sunt in corporib⁹, quæ sunt ĩ suis substãtijs, vtrũ sint eędem. dum corpus fuerit idē, aut nõ sunt eędem, si corpus deferēs nõ fuerit idē. s. multiplicatæ ſm multiplicationem corporum, aut quomodo est. nos. n. videmus hanc formam existētem in corporibus, & corpus moueri, idest transmutari, & fluere semper. vnde necesse est, vt ita sit in formis, quæ sunt in istis corporibus, cum sint in D substãtia corporum trãsmutabiliũ, si igitur sanitas, quæ fuit hodie Socra. & quæ fuit heri sit eadem in numero, necesse est vt sanitas ei⁹ quæ est, deinde destruitur, deinde reuertitur, sit eadem in numero. &, si hoc est inopinabile, necesse est vt nõ sit hic eadem forma in numero. Deinde dicit, vtrum sanitas est eadem. i. in numero. s. quæ fuit heri in Socr. & quæ est hodie. D. d. & vr̃, &c. i. & hæc perscrutatio vr̃ fundatur sup hoc. s. vtrum formę, & passiones existant in substãtia corporum. qm̃, si ita fuerit. necesse est vt illud, quod E inuenitur in corporibus motis, & fluentibus, moueatur, & fluat. vnde sequitur vt formæ moueãtur, & fluant. &, si formę fluũt, & sunt eędem ĩ numero, necesse est vt forma, quæ fuit heri, deinde reuertitur hodie, postquam corrumpitur, sit eadem in numero. & hoc contingit in eodem motu, quoniam dictum est q necesse est vt subiectum eius sit idē numero. si igitur non est hęc eadē forma in numero, ergo neque idē motus numero.

F Eadem enim ratio erit. verũ tantum interest, quòd, si duo idē hoc sunt, sicut numero vn⁹ & habit⁹ esse necesse est. Vnus enim numero act⁹ vni⁹ nũero est. Si vero habit⁹ vn⁹ est, fortassis alicui nõ videbit vn⁹ & act⁹ esse. cũ. n. cessauerit ambulãs nõ amplius est ambulatio: rursus aũt ambulante erit. Si igitur vnus, & idem est, continget vnũ, & idem & corrumpi, & esse sæpe. Hæ igitur dubitatiões extra præsentē sunt consyderationē.

Qm̃

G *Quoniam eadẽ ratio est in hoc, praeter hoc.s.in quo differunt, quoniam duae actiones, & si sint duae ex illo eodem: necesse est vt formae etiam sint, sicut illae duae in numero. quoniam eadem actio in numero est eiusdem in numero. Et, si forma fuerit eadem, dignius est, vt nullus existimet quòd actio etiam est eadem. quoniam homo, cum cessauerit ab ambulare, non erit tũc*
H *illud apud ipsum ambulatio: &, cum reuertitur, & ambulat, tunc erit ambulatio. Si igitur ambulatio est eadẽ: possibile est vt idem corrumpatur, & generetur multotiens. Sed istae quaestiones sunt extrinsecae ab hac perscrutatione.*

38 Cum narrauit ꝙ in hoc, ꝙ formę etiam sunt eaedem in numero, accidit qõ similis ei, quae accidit ex hoc in eisdem motibus ĩ numero, & dedit similitudinẽ inter ista, incœpit dare differentiam, & dixit: Qm̃ eadem ratio est, &c. i. in hoc, quod cõtingit in formis, & in ipsis motibus. Qm̃, si forma iterata est eadem, motus qui est hmõi, est idẽ. &, si forma quae est hmõi, est plus vna, motus, qui est hmõi, erunt plures vno. & silr ecõtrario. &, si forma, quae hẽt cõtinuum eẽ, fuerit vna, cũ hoc, ꝙ suũ subiectum est semper in transmutatione: ita mot⁹ cõtinuus in eẽ erit vnus in numero, cũ hoc, ꝙ suũ subiectũ demõstratum est trãsmutatum. &, si ille, qui est hmõi, fuerit plusq̃ vnus, formae, quae sunt hmõi, erũt plures. Quia igitur inter mot⁹, & formas est ista sĩlitudo manife-

Cõuenien tia iter qõ. Probõ ei⁹

I

Prĩa expõ drĩę inter qõnes.

K sta, non est differentia inter motus, & formas in qõnibus accidentib⁹ in eis, praeterq in hoc, ꝙ adunatio in motibus, & formis non est in rebus cõsequẽtibus. Qm̃, cum actio. s. motus fuerit eadem, sequitur vt formae subiectae illius actionis sint eaedem. & similiter forma agens illã. Et, cũ forma fuerit eadẽ, non sequitur vt motus sit idẽ. qm̃, cum Socra. ambulat hodie, & ambulauit heri, subiectũ est idem, & motus sunt plures. & similiter ab eadẽ forma inueniũtur plures actiones in tẽporibus di-
L uersis. Si igitur diceret praeterq̃ in hoc, quòd differunt. qm̃ actio, cum fuerit vna forma, erit vna, cũ vero forma fuerit vna, nõ sequit̃ vt actio sit vna, tunc sermo esset manifestus per se, sed dixit, praeterq̃, &c. Et iste sermo, vt apparet, non est verus. qm̃ non sequitur, cum actiones fuerint plures ĩ numero, vt formae subiectae illi⁹ actionis sint plures in numero, neq; formae agentes. neq, sequitur ad hoc, ꝙ, si eadem actio in numero ꝓuenit ab eadem forma, aut est in eadem forma, quòd necesse est, vt plures actiones inueniantur, aut à pluribus formis, aut in plurib⁹ for-
M mis. nisi esset verum ꝙ posset cõuerti cõsecutio à destructiõe antecedẽtis. Sed ista differẽtia videt̃ differẽtia inter hoc, ꝙ accidit in primo aspectu. existimatur enim quòd, cum vnus mot⁹ in numero fuerit vnius subiecti numero, ꝙ sequitur, ꝙ plures motus sunt pluriũ subiectorũ. existimatur tñ ꝙ nõ ex eadẽ forma aut in eadem forma est eadẽ actio. Et sic iste sermo habet duas differẽtias. differentiam. s. sm hoc, ꝙ accidit in primo aspectu, & differẽtiam sm ipsam rem. & iõ dixit, digni⁹ est igit̃

Drĩae ill ꝓbatio.

Cõtra. expõne.

Dubiũ c tra text

.ij. expõ

A igitur vt nullus,&c.i.& differẽtia inter illa est.qm̃,cum actiones fuerint plures,existimatur ꝙ necesse est, vt formæ sint plures . quia existimat, cũ eadem actio fuerit ab eadem forma, ꝙ sequitur plures actiones esse a pluribus formis.& nullus existimat ꝙ, cum forma fuerit eadem,ꝙ necesse vt actio,quæ prouenit ex ea aut quæ est in ea, sit eadem . iste.n. homo demõstrat᷒, qñ cesset ab ambulatione,non ꝓuenit ex eo ambulatio :& qñ reuertitur ad ambulationem, tũc prouenit secũda ambulatio. iij. expõ. Et forte intendit. sed est dfia B inter hoc,ꝙ sequitur ex hoc ſm similitudinem,& ſm ipsam rem.qm̃ ex similitudine,quæ est inter mot᷒, & formas,sequitur ꝙ,cum posuerimus plures motus esse,sequitur plures formas esse. sed non est necesse. qm̃ idem motus est eiusdẽ formæ : & ex eadem forma nõ est idẽ mot᷒.

iiij.expõ. Et forte intendit per duas actiões, duas passiones.qm̃ , cum passiones fuerint duæ,sequitur vt formæ sint duæ.quod non sequitur in actione. & quasi intendit dare differentiam in hoc inter actionem, & passionẽ. & super hãc expositionem est sustinẽdum. C Et,cum scripserã hoc, nõdum inspexeram librum Alexã . in hoc capto,& post inueni ipsum dicere ꝓpinquum huic.dicit.n.ꝙ actio dicta in hoc loco,dicta est æquiuoce.& ꝙ Arist. intendebat ꝑ actionẽ. cũ dixit,qm̃ actiones, si fuerint duę &c,i.subiectum actionis.& quasi.d. ꝙ,si subiectũ actionis fuerit duo,sequitur ꝙ formæ sint duæ. D. declarauit hoc,& dixit: qm̃ eadem actio in numero est eiusdem in numero, & hoc est ita:qm̃ vnum subiectũ in numero est vnius formæ. Et dedit rõnem super hãc expõnẽ,& dicit ꝗ D hoc, ꝙ inuenit in quibusdã libris loco istius sic, sed differũt, qm̃,si fuerint duæ in numero , necesse est, vt formæ sint sic,& non dixit actionẽ. Deinde reuersus est ad primã quæstionem,& dixit:Si igitur ambulatio,&c.i.si igitur ambulatio Socra. heri,& ambulatio hodie est eadem, possibile est vt aliquid idẽ generet, & corrumpatur multotiẽs, & dicat ipsum esse idẽ:quod est valde inopinabile.Et,quia quęstio dicens qño E formæ sunt eædem,& corpora sunt semper in trãsmutatione, nõ est huius sciẽtię, aut huius loci, dixit. Sed istæ quęstiones,&c.i.& propter hãc quæstionẽ dixerunt quidã Antiqui ꝙ non est hæc sciẽtia necessaria, & ꝙ oĩa sunt in transmutatione,& est sermo sophisticus,vnde Loquentes in lege Mahumeti dicunt ꝙ, accidẽtia non remanent per duo tẽpora: & intẽdũt ꝙ omnia sunt mota pręter substantiam.

Quoniam autem continuus omnis motus est, & simpliciter quidem vnum, & cõtinuũ esse necesse est, si omnis† {quidẽ diuisibilis est.} & si cõtinu᷒ vn᷒. non.n.fiet omnis continu᷒ omni,sicut neq; aliud vllum cuiuis quoduis,sed quorũ vnum sunt vltima.vltima autem aliquorũ quidem non sunt , aliquorum autem sunt,sed specie differẽtia, & æquiuoca.quomodo nanq; tanget,aut vnum fiet vltimum lineæ,& ambulationis?

Motus oĩs cõtinu᷒ ẽ. F

† a.l.q dẽ & diuisibilis est.

Et, quia omnis motus est continuus:ideo motus,qui est simpliciter vnus ,debet esse continuus : cũ

oĩs

G *omnis motus est diuisibilis. & si motus fuerit continuus, erit vnus. quoniam non omnis motus est continuus cum omni motu, quęadmodum in alijs non quilibet continuatur cũ quolibet, sed illa, quorũ vltima sunt vnum. & quędam nõ habent vltima, & quędam habent, sed in forma sunt ęquiuoca. quoniã impoßibile est vt vltimũ lineę tãgat vltimũ ãbulatiõis, et fiãt vnũ.*

39 H Cum declarauit, ꝙ vnus motus in numero est motus, qui est ĩ eodẽ in numero, & in eodẽ in tp̃e, & induxit q̃ones super hoc, incẽpit dare rõnem, pp quam necesse est in hoc, ꝙ motus sit vnus in numero, vt tẽpus sit vnum, & subiectum sit vnum. & est, quia est cõtinuus. Et dixit: Et, quia oĩs mot⁹, &c. i. & quia omnis motus est cõtinu⁹, quia omnis motus est diuisibilis, necesse est vt vn⁹ mot⁹ in numero sit cõtinuus. Et, cũ declarauit ꝙ omnes motus sunt de natura cõtinui, dicit: &, si fuerit motus continuus, &c. i. si igitur motus, I qui est vnius subiecti numero, & in eadẽ re numero habuit partes cõtinuas, tunc erit vn⁹. &, si partes ei⁹ nõ fuerint cõtinuę, non erit vnus. & cã in hoc, ꝙ quidam motus sunt, qui nõ sunt cõtinui, est, q̃m nõ oĩs motus põt cõtinuari cũ quolibet motu, quẽadmodum impossibile est in alijs, q̃ sunt de speciebus continui, continuari ita, ꝙ quodlibet cõtinuetur cũ quolibet. q̃m, si ita esset, tũc oĩa essent cõtinua: sed cõtinua sunt illa, quorũ vltima p̃nt esse vnum. & hoc intẽdebat, cũ dixit quẽadmodũ in alijs, &c. i. impossibile est vt quilibet mot⁹ cõtinuet cũ quolibet motu, sicut est impoſsẽ quodlibet continuari cũ quolibet. Deinde induxit determinationẽ, p quã res fiũt continuæ, & dixit: sed illa, quorũ vltĩa sunt vnũ. i. entia cõtinua sunt illa, K quorũ vltĩa p̃nt esse vnũ. sed in corporib⁹ naturalib⁹ cõtinuatio fit, q̃n duo vltima fuerint vnũ, absq; eo, ꝙ vltimũ cõe, quod est vnũ, corrũpat. & siĺr est continuatio in magnitudinib⁹ mathematicis. definiunt. n. ꝙ sunt illa, q̃ p̃nt recipe vltimũ cõe. & similiter vr̃ esse in motib⁹. & sic, cũ dixit: sed illa, quorũ vltima sunt vnũ, intẽdit aut in imaginatione. & L hoc est in motib⁹, & in tp̃e, & in magnitudinib⁹. q̃m ista sciẽtia consyderat ẽt de istis quodãmodo, aut in esse. & est hoc in corporibus naturalibus cõtinuis, sicut est dispositio in mẽbris aĩalium cõsolidatis. D. dedit cãm, pp quã q̃dã entia recipiunt cõtinuationẽ, & quædã nõ, & dixit: & quædã non h̃nt vltima. &c. i. &, cũ cõtinua sunt illa, quorũ vltima sunt vnũ, vr̃ ꝙ cã in hoc, ꝙ non oĩa sunt continua, est, ꝙ non oĩa entia h̃nt vltima: sicut est dispõ in numeris. neq; oĩa entia h̃ntia vltima p̃nt continuari, neq, ẽt in imaginatiõe. M q̃m q̃dã entia h̃nt vltima diuersa ĩ forma, d quib⁹ hoc nomẽ vltimũ dr̃ ęquiuoce. & hoc intẽdebat, cũ dixit: sed sunt in forma æquiuoca. D. d. q̃m impossibile est vt vltimũ lineæ tangat. &c. i. & impossibile est dicere. ꝙ vltimum lineæ tangit vltimũ ambulationis, cum magnitudo nõ tangat motum. quoniam vltimum in eis dicitur æquiuoce.

Cã, quare ad vnitatẽ mot⁹ req̃rit vnitas tp̃is & subiecti ẽ, q̃a ẽ cõtinu⁹. &c.

Oĩs motus ẽ cõtinuus, q̃a oĩs motus ẽ diuisibilis. vide in ſtãtiã de motu argumẽti. 3

ph. c. 6. & 8. ph. 23. vide cõtr. Zim.

Cõtin[uatio] ... bus fi[unt] duo ... fuerit absq; ... ꝙ vl[timum] nõ co[rrum]pat. aũt ... p̃nt ... vnũ v[l] imagi[na]tionẽ

ẽ i su[per]ficis ... ẽt, sicu[t] ... p mat[...] bus.

Cõtigui igitur erũt, & q neq̃ ĩ dẽ specie, neq̃ genere. postquam

A q.n.cucurrit aliquis, statim febricitare potest. &, veluti lãpas ex successione, latio est cõtigua, continua autem nõ. ponitur. n. continuum, quorum vltima vnum sunt. Quaré cõtigui, & cõsequẽter sunt, & sesei, quia tempus continuum est, cõtinuum autẽ est, quia motus cõtinui sunt, hoc autem est, cum vnum vltimum fuerit amborum.

Ita. L. q̃a tẽ pus vnũ ẽ.

Dicamus ergo, quòd motus sesei erũt, & si non cõuenient in specie, aut in genere. v. g. quòd homo currit, & febricitat statim. & sicut motus cãdela successiuus ẽ trãslatio sesea, cõtinua vero nõ. positũ est.n. continuũ in rebus, quarum vltima sunt vnũ. Isti igitur motus sunt sesei, & cõsequentes, quia tẽpus eorum est cõtinuũ. & cõtinuatio temporis est per continuationẽ motus. & hoc erit, quando vltimũ amborum fuerit vnum.

B

40 C Cum descripsit motus cõtinuos, incœpit post dicere motus seseos, & & dixit: Dicamus, &c. i. & mot᷒ dñr sesei, licet non cõueniãt ĩ spẽ, aut in gñe, sed est necesse solummodo, vt vltima eorum sint insimul. s. vt inter eos nõn sit quies, vt dictum est in descriptiõe rerum sesearum simpliciter, siue fuerint motus, aut alia. Et, cum induxit hoc, dedit duo exempla, vnũ de motibus seseis diuersis in gñe, & aliud in motibus seseis conueniẽtibus in specie. Et dixit. v. g. ꝙ homo currit, &c. i. exemplum motuum seseorum non conuenientium est, ꝙ homo currat, & statim accidit ei febricitatio. Et exẽplũ seseorũ cõueniẽtiũ in specie est cãdela, q̃ intrat manus hoĩum vna post aliã. D. d. continua vero non, &c. i. & isti motus, & similia non dñr cõtinua: qm̃ positũ est ꝙ continua sunt illa, quæ pñt habere vltimum cõe. sed isti nõ pñt habere vltimum cõe. In illis aũt, quæ diuersant̃ sm speciem, manifestum est, ꝙ vltima eorũ sunt diuersa. In eis aũt, quæ conueniũt in specie, vt motus cãdelæ de vna manu in alterã, est sese᷒, quia quies non interponitur, & priuatur continuatione in rei veritate, quia motũ non est vnũ. D. d. Isti igitur motus sunt sesei, & consequẽtes, quia tempus eorum est continuum. i. & motus sesei dicuntur sesei, & consequi, quia tempus eorum est continuum in rei veritate, aut existimatur esse continuũ, quia non interponitur illis quies sensibilis. & in rei veritate non est cõtinuũ, nisi qñ instans, in quo fuit vltimum primi motus, in eo erit initium secũdi motus, vt motus mortis, qui sequit̃ motũ vitæ. & isti sunt sesei in rei veritate. s. quorum tempus est cõtinuũ in rei veritate. D. d. & tp̃s eorũ est continuũ. &c. i. & tp̃s motus continui per se est cõtinuũ per continuationẽ motuum cadẽtium in ip̃m. & hoc erit qñ vltima illorũ motuum fuerint vnũ, vt mihi vr̃. & continuatio tp̃is motuum seseorum est sm ꝙ imaginatur ꝙ vltima eorum sunt vnum.

D

E

F

Quapropter necesse est eundẽ specie esse, & vnius, & ĩ vno tpe simpliciter continuũ motũ, & vnũ. Tpe quidẽ, vt non immobilitas intersit: in intermittẽte, n, quiescere necesse est, Multi igi-

G igitur,& nō vnus motus, inter quos quies est. quare, si aliquis motus statu intercipitur, neq; vnus est, neq; continuus. interci pitur autem, si in medio temp⁹ est. Eius vero, qui in specie non vnus est, non:& si non intermittitur tempus. tempus .n. vnum est: specie autem motus ali⁹ est. motum.n. vnum necesse est, & specie vnum esse: hunc aūt simpliciter vnum esse, non est necesse. Quis igit̄ motus simpliciter

Mot⁹ multi, & sivn⁹ ster quos est quies.

H vnus est, dictum est.

Et ideo necesse est in motu: qui est simpliciter continuus, & vnus: vt sit conueniens in specie: & eiusdem rei, in eodem tempore. In eodem vero tempore est: ne cadat interim defectus motus: quoniam in defectu necesse est vt sit quies. Et motus: in quo est quies, nō est vnus sed plures. ergo quilibet motus in quo est quies, non est vnus, neq; cōtinuus. & est in eo quies, quādo in

I *eo fuerit tempus. Motus autē qui non est vnus in specie: licet non deficiat secundum tempus, est diuersus in specie. quoniam vnus motus necesse est etiam vt sit vnus in specie: & non est necesse vt iste sit simplex, & vnus. Iam igitur narrauimus quis motus simpliciter est vnus.*

41 Cum declarauit q̄ vnus mot⁹ simpliciter. i. in numero debet esse cōtinuus, & iam declarauit q̄ vn⁹ mot⁹ in numero simpliciter est cōueniēs in specie, & eiusdē rei, & in eodē tēpore, incœpit declarare q̄ sequit̄ ex hoc, vt motus, qui est cōtinuus simpliciter, sit vnus. s. qui hēt has duas dispositiones. s. vt conueniat in illis tribus. s. in specie motus, & in hoc, q̄ motū sit vnum motum, & tp̄s sit vnum. Et dixit: Et iō necesse est in motu, &c. i. &, quia vnus motus in numero est cōtinuus, necesse est, vt motus cōtinuus, & vnus simpl'r sit cōueniēs in specie, & eiusdem mot & in eodem tpe. Qm̄, cum fuerit necesse vt vnus motus cōueniat in illis tribus: & motus continuus est vnus: sequitur vt cōtinuus, & vn⁹ cōueniant in illis tribus. Et, cum narrauit q̄ necesse est vt sit vnus s̄m tempus. s. vnus cōtinuus, dedit causam in hoc, & dixit: In eodem vero tpe, &c. i. & vnus motus cōtinuus necesse est vt sit in eodem tpe. quia, si nō fuerit eodem tp̄e, tunc in eodē subiecto interponitur defectus motus & in eodē subiecto necesse est, vt q̄ motus deficit, sit quies. & hoc intendebat, cum dixit, qm̄ in defectu. Et cum declarauit q̄ motus, cuius tp̄s nō est vnū, habet in se quietem, declarauit q̄ motus, in quo est quies est plures motus, nō vnus. & intendit, sed positum est ipsum esse vnū, & hoc est impossibile. s. q̄ in vno motu sit quies. Et, cum declarauit hāc conclusionē, dixit: quilibet igitur motus. &c. & hoc sequitur s̄m destructionem cōsequentis, qm̄. cum fuerit verum q̄ vnus motus continuus non hēt in se quietem, sequitur ex hoc, q̄ ille motus, qui hēt in se quietem, nō est vnus, neq; cōtinu⁹. D.d. & habet in se quietem. i. & quando interponitur motui, qn̄ ipsi motui interponitur tp̄s, in quo res nō mo

ue

A uetur. Et, cũ dixit ꝙ in hoc, ꝙ vnus motus sit, necesse est vt tempus sit vnũ, incœpit narrare ꝙ hoc inuenire in motu conueniẽti ƒm genus, & diuerso ƒm spẽm non extrahet ipm a suo gñe. s. vt sit diuersus ƒm gen⁹, sed conueniẽs in spẽ, aut ĩ numero. Et dixit: Motus vero, qui nõ est vn⁹ in specie, &c. i. & similiter est de motu conuenienti in specie, diuerso in numero. s. ꝙ licet tps nõ deficit, non facit ipm esse vnũ in numero. D. d. qm̃ vnus mot⁹ necesse est vt sit vn⁹ in specie, &c. Et innuit ꝙ mot⁹, qui est vnus in specie, est prior naturaliter vno motu in numero. & simil̃r

Documẽtũ Motus, q̃ ẽ vnus in spẽ ẽ prior nãliter

B est dispõ vnius mot⁹ in gñe cũ motu vno in specie. & sil̃r est dispositio vnius motus in numero cũ illo, cuius tps est vnum. s. ꝙ, cum vn⁹ motus fuerit in numero, tps eius erit vnum: & cũ tẽpus erit vnum, nõ sequitur vt sit vnus in numero. Et pp hãc similitudinẽ, q̃ est inter illa, posuit hoc, ꝙ, si motus fuerit vnus in nũero, erit vnus in specie, & nõ ecõuerso, tanquã cãm huius, ꝙ, si fuerit vnus in numero, erit in vno tpe, & non econuerso. & ẽt induxit sermonẽ in forma rõnis, & dixit: Motus

motu, q ẽ vnus ĩ numero. & sil̃r est dispõ mot⁹ vnius ĩ genere cum motu vno in spẽ, & motus vnus ĩ nũero cũ motu, cuius tps ẽ vnũ.

C autẽ, qui non est vnus in specie, &c. i. qm̃ dispositio in hoc, ꝙ, si motus fuerit vnus in numero, sequitur vt tempus eius sit vnũ, & non econuerso, est sicut dispositio ĩ hoc, ꝙ si motus fuerit vnus in numero, sequitur ꝙ sit vnus in specie, & non est econuerso. & similiter vnus in specie est vnus in genere, & non econuerso.

D. d. Iam igitur narrauimus quis motus est. &c. i. & declaratum est igitur ex hoc sermone quis motus est vnus simpliciter, & est vnus in numero.

Amplius autẽ dicitur vnus, D & perfectus, siue ƒm genus, siue ƒm speciem, siue ƒm substantiã sit, sicut & in alijs perfectum, & totũ ipsius vnius est. Est autem quãdo, & si ĩpfectus sit, vnus dicitur, si solum sit continuus.

Et dicitur etiam vnus motus, motus completus, si in specie fuerit completus, aut in substãtia: quemadmodum in alys rebus non attribuitur vni, nisi illud, quod est perfectum, & completum. Et forte dicitur motus vnus, & si non sit perfectus, dummodo sit continuus. E

Cum declarauit, quid sit motus vnus in numero, incœpit declarare ꝙ vnus motus in numero est duob⁹ modis, cõpletus, & nõ complet⁹. &, quia complet⁹ est dignior hoc noĩe vn⁹ nũero, incœpit declarare hoc, & dixit: Et dr̃ ẽt, &c. i. & vn⁹ mot⁹ dr̃ de motu cõpleto: siue fuerit cõpletus, quia ẽ de spẽ cõpleta, vt mot⁹ circularis: aut quia est de gñe cõpleto, vt motus trãslatiõis, qui est ꝑfectior cęteris motib⁹, cũ sit perfectus in nũero. & hoc intẽdebat, cũ dixit, vt mihi vr̃, aut in subã. a & cõpletũ in spẽ mot⁹, est mot⁹, in quo nõ põt eẽ additio, aut diminutio, & est circularis finit⁹ ꝑ se. in substãtia aũt est mot⁹, b quia est prior motuũ naturaliter, & ꝑfectior: & est mot⁹ trãslatiõis, vt post declarabitur. D. d. quemadmodũ in alijs rebus, &c. i. & mot⁹ completus digni⁹ est vt attribuatur vni numero: quẽadmodum in alijs rebus non attribuit' vni in maiori parte, nisi illud, quod est perfectum, & cõpletũ. &, quia mot⁹ non cõplet⁹ 42

a Motus cõpletus ĩ spẽ ẽ, cui F ñ põt fieri additio, aut diminutio, & ẽ motus circulris. Idẽ . 8. ph. t. c. 75. & 76

b Motus trãslationis ẽ prior motuũ nãl̃r, & ꝑfectior, vide ꝓ hoc. 8. phy. a. t. c. 55 vsq; ad t. c. 6.

¶ dr̃ vnus numero modo secundo, in duxit hoc vocabulum: & dixit: Et forte dicitur vnus motus &c. i. cum solũmodo fuerit continuus. s. quia, cum continuatione non erit perfectio. & hæc est dispō motus recti.

Amplius aũt aliter præter dictos, dr̃ motus vnus, regularis, irregularis. n. est quidē vt nō videatur vn9, sed magis regularis, vt rect9. irregularis. n. diuisibilis est. vr̃ autē differre, sicut magis, & minus. Est aũt in oĩ motu qđ regulariter est, aut non. etenim alterabitur regulariter, & feret super regulare, vt circulum, aut rectam: & circa augmentationem similiter, & diminutionē.

In oĩ motu ē qđ ē regulr̃ aut non.

Et dicitur vnus motus alio modo ab istis dictis motus æqualis. quoniã motus diuersus quasi non existimatur eē vnus, sed motus æqualis ē dignior hic vt linea recta: quoniã motus diuersus est diuisibilis, videtur igitur quòd diuersitas I *īter duos motus ē quasi additio, et diminutio. Et ī quolibet motu est æqualitas & inæqualitas. quoniã quãdoq; alteratur res æqualiter, et trãsfertur ex aliquo æqualiter, v. gr. per circulum, aut per lineam rectam: & similiter & ī augmēto, et diminutione.*

43 Cum declarauit, ꝙ vnus motus in numero est duobus modis, completus, & non completus, & ꝙ completus est dignior vt sit vnus numero, vult declarare etiam ꝙ de isto est dignior vt sit vnus numero ille, qui est æqualis. & sic motus continuus pfectus æqualis erit ille, qui dr̃ dignius vnus numero. Et dixit: Et dr̃ vnus motus alio modo, &c. i. & vnus motus in numero dr̃ alio mō a duobus modis prædictis. s. motus cōtinuus cōpletus æqualis, qui est dignior vt sit vnus. v. g. mot9 p lineã rectam, qui est dignior vt sit vn9, q̃ mot9 per lineã tortuosam. qm̃, quẽadmodũ linea tortuosa existimat̃ esse composita ex recta, & circulari, sic̃ motus p illã est diuersus, & motus diuersus existimatur esse plus q̃ vn9 mot9. sed mot9 æqualis est dignior vt sit vnus: & est ille, qui est p lineam rectã. D. dedit cãm, pp quã motus diuersus nō est vnus in rei veritate, & dixit: qm̃ mot9 diuersus est diuisibilis. i. & causa ĩ hoc, ꝙ motus diuersus non est vnus simpl̃r, ē, quia diuiditur in velocitatē, & tarditatē, & iste mod9 diuersitatis est similis diuersitati, quæ est fm additionē, & diminutionē ĩ reb9 diuersis fm magis, & minus. Et intēdit. qm̃ est diuersitas, q̃ nō extrahit motũ ď vna spē ĩ aliã, sed facit aliquã multitudinē, & hoc intēdebat, cũ dixit: vr̃ igitur ꝙ diuersitas, &c. i. ꝙ ista diuersitas est de gñe diuersitatis, q̃ accidit in reb9 fm additionē, & diminutionē. Et intēdebat ꝙ velocitas, & tarditas nō diuidũt motũ, fm ꝙ gen9 diuiditur in spēs. & dixit: quasi additio & diminutio, quia velocitas & tarditas sunt de qualitate, & additio, & diminutio sunt de quãtitate. D. d. Et ĩ quolibet motu est æqualitas, & inæqualitas. i. & in quolibet gñe motuũ ĩuenit̃ æqualitas, & inæqualitas, qñ ĩ alteratione inuenit̃ inæqualitas. qm̃ alteratio est ĩ quibusdã ptibus eiusdē mot9 intẽsior, & velocior

A locior, & in quibusdam partib' remissior, & tardior. & inuenitur ẽt in ea æqualitas, quã do partes ei' motus sunt æquales in velocitate, & tarditate. & similiter est de augmento, & in translatione, & eius sermo in hoc est manifestus.

Impossĕ ẽ regularẽ eẽ motũ ĩ irregulari magnitudine.

Irregularitatis aũt dr̃ia est aliqñ quidẽ in quo mouet. impossĕ est. n. regularẽ eẽ motũ nõ in regulari magnitudine. vt mot' fractæ. aut gyratiuæ, aut alius magnitudinis, quorũ quæuis ad q̃s uis partẽ minime coaptat. Aliqñ autẽ neq; in vbi, neq; in qñ,
B neq; in eo, ad quod, sed in ipso modo. velocitate. n. & tarditate aliqñ determinat. cuius. n. eadẽ ẽ velocitas, regularis ẽ, cui' aũt nõ, irregularis. Quapropter neque species motus, neque differentiæ, velocitas, & tarditas, qa omnes sequuntur differẽtes sm spẽm. quare neq; grauitas, neq; leuitas, quæ ad idẽ est, vt terræ, ad seipsam, aut ignis, ad seipm.

Et ĩ diuersis est differẽtia, quæ forte est ex illo, per quod ẽ motus.
C *impossibile. n. est vt motus sit æqualis, & magnitudo, per quã est motus, non est æqualis. v. g. motus gyratiuus, aut motus tortuosus, aut motus alterius quantitatis, quantitatum, quarum qualibet pars nõ superponitur cuilibet parti. Et forte erit non in re, neque in tempore. neq; in illo, ad quod, sed vniuersaliter in illo, in quo est, quasi in via velocitatis, & tarditatis*
D *in eo, qui est solus motus. motus igitur, cuius velocitas est eadem, est motus æqualis, & qui non est talis est diuersus. Et ideo velocitas, & tarditas non sunt species, neq; differentia motus, quia sequitur omnes modos eius, ergo neque grauitas, neque leuitas inducentes ad eundem locum, verbi gratia inducentes terram ad terram, & ignẽ ad ignem, sunt species, aut differẽtiæ motus.*

E 44

Cum declarauit q̃ motus æqualis est dignior vt sit vnus, & dedit, dr̃iam inter motũ æqualẽ, & diuersum cui' gñis ẽ, & quare mot' inæqualis nõ est vn', vult declarare hic cãs inæqualitatis, & q̃ mot' nõ diuidit in æqualẽ, & in inæqualẽ, sm q̃ gen' diuidit ĩ dr̃ias, sed sm q̃ gñа, & spẽs diuidunt ĩ modos, & accñtia, & pri' incœpit declarare cãs, ex quib' mot' est inæqualis, & dixit: Et ĩ diuersis, &c. i. & in motibus diuersis sunt dr̃iæ. qñ quidã sunt, quorum cãę diuersitatis sunt ex illo, per qđ est motus, quando fuerit inæquale. quoniam possibile est vt sit transla F tio inæqualis, sicut dixit: si magnitudo, per quam fit translatio non fuerit æqualis, scilicet recta. D. d. v. g. mot' p lineam tortuosam, aut per lineã gyratiuã, &c. i. & vniuersaliter motus, qui est inæqualis p illud, p quod est mot', est ille, qui est p aliquã quantitatẽ, cui' oẽs partes nõ superponunt sibi adinuicẽ. qñ ista quãtitas ẽ cõtraria quãtitati rectæ: cũ recta sit illa, cui' partes superponuntur sibi adinuicẽ. Et, cum dedit hanc causam inęqualitatis motus.

I vt primum motum demõstratum, quod mouetur in vltimo spatij, q̃d prius mouebatur. i. compleuit motum, quo mouebat̃ illud, quod est æquale ei in velocitate in quadam parte illius temporis. & similiter, si posuerimus primum motũ demonstratum in vltimo spatij, per quod fm̃ motum mouebatur, sequitur q̃ prius mouebatur. nam illud spatiũ diuiditur in duas medietates, & possumus ponere aliud motum æquale ei in velocitate pertransire illud ĩ medietate illius temporis, & sic ĩ infinitum. Et causa in hoc est, quia magnitudo, & tempus diuiduntur in infinitum. vnde necesse est vt ante quodlibet vltimũ, in quo res mota demonstratur, moueatur, Sed ipse vsus est in hac declaratione secũdo moto, quia est manifestius. Nã aduersarius potest cõcedere ipsum pertransire totum spatium, sed nõ pertransit medietatẽ, antequam pertranseat totum, cum pertrãsire medietatem sit pertransire in potẽtia, non in actu. & ideo vtitur secundo moto, & posuit ipsum pertrãsire in actu, qm̃ hoc non potest aduersari⁹ negare. Et, cum concessit hic eẽ spatium, quod pertransit motũ æquale ei in velocitate in quadam parte illius temporis, necessario concedet q̃ primum motum, qñ mouet̃ per totum spatium, pertransibit illud spatium, quod pertransiuit illud, q̃d est æquale ei in velocitate. s. illud, quod mouetur in minori illo tp̃e.


Amplius autem, si in toto tẽpore Y R motum esse dicimus, aut omnino, aut in quouis tempore, ex eo, quia accepimus vltimum ipsius nunc: (hoc enim est id, quod terminat, & mediũ ipsorum nunc tempus est:) & in alijs vtiq; similiter dicetur motum esse. dimidij autem vltimũ diuisio est. quare & in dimidio motum erit, & omnino in quauis partium. semper. n. simul cũ ipsa diuisione tempus est terminatũ ab ipsis nunc. Si igitur omne quidem tẽpus diuisibile est: quod autem est inter ipsa nunc tempus est: omne, quod mutat̃, infinities mutatum erit.

Et

A *Et etiam, si dicitur aliquid moueri in tempore Z C toto, & vniuersaliter in aliquo tẽpore, quodcũq; sit, cũ acceperimus istãs, quod est vltimũ eius: quoniã hoc determinat illud, & inter duo instãtia est tẽpus: & in alijs instãtibus dicitur in eo, quod mouetur, ipsum iã moueri. & vltimũ medietatis est differentia, necesse est vt in medietate ẽt moueatur, & vniuersaliter in qualibet parte. quoniã, cũ ea* D *su diuisionis determinatur tempus per instantia. Cũ igitur oẽ tempus est diuisibile: & inter duo instãtia est tempus: necesse est vt oẽ, quod trãsmutatur, trãsmutetur ĩ ĩfinitũ*

B *Demonstratio secunda, Probans idem, quod antea, sumpta a Tempore.*

E



53 Ista declaratio est alia, quia prima est ex spatio, & ista ex tempore. Et dicit: Et est etiam aliud signum, qm̃ non dicimus aliquid moueri ĩ aliquo tempore, nisi, cum acceperimus instans, quod est finis trãsmutationis, & instãs. quod est prĩcipiũ eius. qm̃ p hæc duo instantia deter C minatur tempus, in quo est trãsmutatio. sed tacuit instãs, quod est prĩcipium, quia hoc intellectum est. nam omne tempus finitum non fit finitum, nisi accipiendo illud inter duo instãtia. Et iõ dixit: & inter duo instantia est tempus. i. cum posueri mus q̃ oẽ tẽpus terminatur p duo instãtia, & inter quælibet duo instãtia est tp̃s, vt declaratum est, & posuerimus q̃ finis medietatis istiꝰ tẽporis, in quo motum totum mouetur. s. tp̃is Z C, terminatur ab instanti, qđ est dr̃ia ĩter istas duas medietates, manifestum est q̃, cum motum fuerit in hoc instãti s. q̃ diuidit hoc tempus in duas medietates, dicetur vere iam motum esse, & in alia medietate moueri. ergo illud, quod mouetur, iam motum est. & similiter, cum diuiserimus illam medietatẽ ĩ duas medietates, tunc in alia medietate vere dicetur moueri. ergo & in dr̃ia, q̃ est inter duas medietates manifestum est, q̃ cum moueri fuerit F ipsum iam esse motũ, & sil̃r in medietate medietatis, & sic in infinitũ. ergo oẽ, quod mouet̃, iã mouebat̃. Et hoc intẽdebat, cum dixit: & vltimũ medietatis est dr̃ia. i. & instans, quod est finis alterius medietatis, & principiũ secũdę, est dr̃ia inter has duas medietates. ergo necesse est vt motum in prima medietate dicat̃ iã motũ eẽ, & in alia dicat̃ moueri. ergo anteq̃ moueat̃, iã mouebat̃. D. d. & vl̃r, &c. i. qm̃ q̃libet pars tp̃is, cũ accipiat̃, põt diuidi ĩ duas medieta-

G tes,& motum in vltima medietate dr moueri,& in alia dr iam motum esse. si igitur diuisio temporis in medietates procedit in infinitum,ergo oe,quod mouet,necessario mouebatur. Et hoc intendebat, cum dixit: Cu igitur oe tps est diuisibile.&c.i. & vr, cu posuerimus q oe tempus est diuisibile per instatia,inter quae libet duo instantia est tepus, & q ista diuisio procedit in tempore demostrato in infinitu, & qd in quolibet instanti transmutatum dr ia ee transmutatum, & in quolibet tempo
H re dicitur trasmutari necessario,aut illud transmutabatur infinities.

Amplius autem, si id, quod continue mutatur, & neq corruptu est, neq cessauit a mutatione,aut mutari,aut mutatum esse necesse est in quouis:in ipso aut nuc non est mutari: necesse e mutatu esse sm vnuquodq ipsorum nunc.quare,si ipsa nunc infinita sunt,omne, quod mutatur,infinite erit mutatum.

Et etiam,si omne, quod trans-
I *mutatur continue absq eo, quod corrupatur,aut cessat trasmutari, aut trasmutatur,aut ia transmutatum est, necessario in quacuque parte accepta fuerit ex eo: & est impossibile aliquid trasmutari in instanti: necesse est vt in vnoquoq instantium sit iam transmutatu: & si instantia sint infinita.*

54 Haec est declaratio quasi vnius propositionum, quibus vsus est in praedicto sermone.s. dicetis q i quolibet instanti dr transmutatum ia esse trasmutatum. Et declaratio eius est talis.s. Omne transmutatum c[...] tinua transmutatione, dum tra[...] mutatur,dr in tempore, in quo t[...] mutatur ipsum iam esse trasmut[...] tum in quacunq; parte temporis [...] monstretur: & omne tempus di[...] dr in tempora,& instantia deter[...] nantia illa tempora infinita: & [...] impole ipsum transmutari in in[...] tibus,qm in instanti no fit trasm[...] tatio:ergo necesse est vt in instan[...] sit iam trasmutatu. &, si instant[...] sint infinita, sequit vt illud,qd tra[...] mutatur, sit transmutatu iam in[...] nities.D.d. aut transmutat,aut ia[...] transmutatum est,&c.i.qm oe tra[...] mutatum transmutatione cotinu[...] dr in quolibet temporis ee trasm[...] tatum,& transmutari. Et,cu pos[...] hanc propositionem.& iam prae[...] xerat q oe tempus est diuisibile [...] tpa infinita,& in instantia infinit[...] dixit:& est impole aliquid trasm[...] tari in instanti,&c.i.&,si in instan[...] no dr transmutari, ergo necesse [...] dici,iam esse transmutatum.& h[...] est ita,quia omnis pars temporis,[...] quo est motus, necessario attribu[...] ei motu. &, quia impole est ipsu[...] attribui instantib9.s. trasmutari [...] eis,remanet vt attribuatur eis ita [...] sit iam trasmutatum.qm.si hoc [...] fuerit,non habebit attributione [...] istas partes. sed positum est ipsu[...] attribui omnibus partibus temp[...] ris diuisibilibus, & indiuisibilib[...] & hoc est impole.Et vocare hoc i[...] stas partem,est trasumptiue.& in[...] debat q, quia instans est dria in[...] tps primum,& sm,manifestum [...] q oe,quod mouetur in secudo te[...] pore,iam motum est in tepore,[...] est inter illud,& primum.

N[...]


A Non solū aūt id, quod mutatur, necesse est mutatū eē, sed ēt mutatum necesse est mutari prius. omne.n. quod ex quodam, ĩ quiddā mutatū est, ĩ tempore mutatū est. Sit.n. in ipso nūc, ex A in B mutatum. ergo in eodem quidem nunc, in quo est in ipso A, nō mutatum est. simul.n. erit in ipso A, & ĩ ipso B. quod.n. mutatum est, quando mutatū est, ꝙ nō est ĩ hoc ostēsum est pri⁹. si vero in alio est, ĩ medio ē tp̄s: non.n. contigua sunt ipsa nūc.

B *Et nō solūmodo illud, quod trāsmutatur, est necesse vt iam sit trāsmutatum, sed etiā illud, quod est transmutatum ad aliquid, necesse est quòd prius transmutabatur. oē.n. quod transmutatum est de aliquo in aliquid. transmutatum est in tempore. Sit igitur aliquid, & transmutetur de A in B: ergo necesse est vt in instanti, in quo est in A, non sit iam transmutatū. quoniā erit in A, & in B. nā iā declarauimus superius, quòd illud, quod trāsmutatū est, nō est in hoc, si igitur fuerit in alio, inter illa est tempus: quoniā ĩ istātia nō sunt sese.* D E

Demonstratio probans quòd oportet quòd omne, quod mutatur, mutatur in tempore.

N Nunc temporis.



C  F

55 Cum declarauit ꝙ omne, quod transmutatur, iam prius trāsmutatum est, vult declarare conuersum, .s. ꝙ omne, quod transmutatū est, prius ēt transmutabatur. Et ideo dixit: Et non solummodo, &c. i. quoniam hoc similiter est in eis. Deinde incœpit declarare hoc, & dixit: omne enim, quod transmutatū est, &c. & ista propositio declarata est, .s. ꝙ omne transmutatum est in tēpore. Et, cum posuit hoc, posuit trāsmutatum aliquod de aliquo terminato ĩ aliquod terminatū, quod est primum eius, ad quod transmutatur. verbi gratia de A in B, & dixit: Sit igitur aliquid, &c. i. de aliquo cōtrario. s. A ad contrarium, ad quod primo fit transmutatio. s. inter quæ non est medium, vt declaratū est su

G perius, quod illud, quod trāsmutatꝰ primo, cum transmutatur, est in illo ad quod, non in illo ex quo. & hoc intendebat, cum dixit: est.n. in A, &c.i. est.n. in instanti alio ab instanti, in quo est in B. quoniam declaratum est quod illud, quod transmutatꝰ, non est in hoc.i. in eo, ex quo est trāsmutatio. Dein.d. si igitur fuerit in alio, &c.i. si igitur fuerit in eo, ex quo, in alio instanti ab eo, quo est in eo, ad quod, tunc inter illa erit tempus: & in hoc tempore mouebitur necessario: & omne, quod dicitꝰ iā motum esse, dicitur prius moueri: quemadmodum illud, quod trāsmutatur, dr̄ priꝰ fuisse trāsmutatū. H

Quoniam igitur in tempore mutatum est, tempus autē omne diuisibile, in dimidio aliud erit mutatum, & rursus in illius dimidio aliud, & semp̄ sic. quare mutabatur vtiq; prius.

Et etiam: quia trāsmutatū est in tēpore, & omne tēpus est diuisibile, in medietate eius erit transmutatio, & etiam in medietate illius medietatis transmutatur aliud, & sic semper. quare necesse est quòd prius transmutabitur. I

56 Hæc est alia declaratio, & est quod, si oē transmutatū trāsmutetꝰ in tp̄e, & oē tp̄s est diuisibile, tūc in medietate illius tp̄is dicetꝰ trāsmutatū trāsmutari, & tūc dicetꝰ ip̄z iā eē trāsmutatū ī medietate illiꝰ medietatis. & sil'r, qn̄ fuerit ī medietate illiꝰ medietatis, dicetꝰ trāsmutari, & in medietate medietatis illius medietatis ip̄m esse transmutatum, & sic in infinitum, ergo illud, quod trāsmutatur, iam est transmutatum. K

Ampliꝰ aūt in magnitudine manifestius est, quod dictū est, propterea quòd continua ē magnitudo, in qua mutatꝰ id, quod mutatur. Sit .n. quippiā mutatū ex C in D. ergo, si indiuisibile quidem est ipsum C D, id, quod impartibile est, impartibili, erit contiguum. qm̄ autem hoc impossibile est, necesse est magnitudinē eē id, quod est inter, & infinita esse diuisibile. quare in illa mutatur priꝰ. necesse est ergo omne, quod mutatum est, mutari prius. L


Et etiam declaratum est hoc manifeste in magnitudine, magnitudo.n. est continua, & est illud, in quo transmutatū transmutatur. Trāsmutetur igitur aliquid de C in D: vnde necesse est, si C D est indiuisibile, vt illud, quod est indiuisibile, sequatur īdiuisibile: sed hoc est īpossibile: ergo inter illa est magnitudo, & est diuisibile in infinitū, ergo trāsmutabatur, antequā trāsmutaretur de C ad D. Vnde necesse est vt omne, quod transmutatum est, prius transmutabatur. M

Demon-

A

Demonstratio, probans quòd ante omne mutatum esse, praecedit mutari.

D



B

E

57 Cũ declarauit ꝙ oẽ transmutatũ transmutabat, anteq̃ transmutaret, qm̃ oẽ transmutatum est in tẽpore, & omne tempus est diuisibile in infinitum, declarauit hoc idem p magnitudinem, & dixit: Et etiam declaratum est hoc, &c. i. & declaratum est illud, quod declarauimus per tẽpus, per magnitudinem: & hoc est in transmutato in loco, & in quantitate. & ista declaratio est manifestior. qm̃ magnitudo est manifestior

C in hoc, ꝙ transmutatio sit talis: sed non est ita in tempore. Et Alex. d. ꝙ non intendit, ꝙ declaratio, quæ est ex magnitudine, est manifestior q̃ illa, quæ est ex tempore, cũ vtrũq; sit continuum, sed intendebat ꝙ declaratio, quæ est in motibus quantitatis, est manifestior, q̃ q̃ est in motibus qualitatis. & verba Alex. sunt ista. & ẽt hoc, quod diximus declarabitur magis in spatio. nam spatiũ, in quo transmutatũ transmutatur, est continuum. D. d. Trãsmutet igitur aliquid, &c. i. ponatur igit aliqd transmutari p aliq̃ magnitudinẽ de c ad D, sequit igit, vt, si inter pũctũ c, & D non fuerit linea diuisibilis, vt indiuisibile tangat indiuisibile: qđ est impossibile. D. d. necesse est ergo vt inter illã sit magnitudo. i. &, cũ sit impossibile indiuisibile sequi indiuisibile, necesse est vt inter vltimum indiuisibile, ex quo motum mouetur, & indiuisibile, ad quod mouetur, sit magnitudo diuisibilis in infinitũ. &, cũ posuit hoc, dixit: ergo trãsmutabatur, &c. i. &, cum inter c, & D sit magnitudo semp diuisibilis, & i q̃libet magnitudine earum trãsmutat trãsmutatũ, necesse est ꝙ trãsmutabat, anteq̃ trãsmutet de c in D. Et similiter sequit in oĩ vltimo vltimorũ, quib' diuidit. s. ꝙ necesse est ꝙ ipsum trãsmutabat, anteq̃ trãsmutatũ sit in ipso. s. anteq̃ pertranseat illã magnitudinẽ. vnde necesse est, vt dixit, ꝙ illud, quod iã trãsmutatũ ẽ, prius transmutabat. Qm̃, si hoc nõ esset. a tunc inueniretur finis transmutationis sine transmutatione: & sic inueniretur finis sine eo, cui' est finis quod est impossibile. b nihil

F

a Impossibile est vt finis sit sine eo cui' est finis Idẽ. 4. ph. 42. 129. 107. & .1. de Gñatione 29.
b Nihil dr iã trãsmutatũ eẽ, nisi fuerit i vltio trãsmutationis. cõsule 3. cõ. 52.

enim dicitur iam transmutatum esse, nisi cum fuerit in vltimo transmutatiõis.

Eadem. n. demonstratio est & in non continuis, vt & in cõtrarijs, vt & in cõtradictiõe. Accipiemꝰ. n. tps, in quo mutatũ ẽ & rursus eadẽ dicemꝰ. quare necesse est id, quod mutatũ ẽ, mutari, & quod mutatur, mutatũ esse. & est ipso quidẽ mutari mutatũ eẽ priꝰ, ipso aũt mutatũ eẽ

H mutari, & nunq̃ accipietur primũ. Causa aũt huius est, nõ esse impartibile impartbili contiguum. in infinitum. n. diuisio fit, vt in ijs, quę augentur, & diminuuntur lineis.

Sequitur igitur necessario vt illud, quod iam transmutatum est, prius transmutabatur. Quoniã demonstratio eadẽ est in eo, quod nõ est continuum omnino. v.g. in contrarijs, & in contradictione. Accipiemus tempus, in quo transmu-

I *tatur, & dicemus etiam hoc idẽ. ergo necesse est vt illud, quod trãsmutatum est, iam transmutabatur. illud igitur, quod transmutatur, prius erat transmutatum, & quod transmutatũ fuit, prius trãsmutabatur, & impoßibile est aliquo modo inuenire primũ. Et causa huius est, quia impoßibile est impartibile sequi impartibile. nã diuisio est in infinitum, sicut in lineis, quæ addũtur. & diminuũtur.*

Idest, manifestum est igitur demonstratione, qua vsi sum transmutato ſm quantitatem transmutatum simpliciter trã tabatur, anteq̃ sit transmutatu ue in quantitate, siue in qual aut in substantia. Demonstrat qua vsi sumus in transmutato ppinqua potẽtia in alio, & ea est demonstratio in trãsmutati in qualitate, & in substantia. q est dña aliqua inter duas demõ tiões, sicut dixit, sed declaratio, q vsi sumus in magnitudine, & i q titate, transfertur ad tempus, cu oẽ transmutatũ sit in tpe. D.d.v. in contrarijs, & contradictorijs. intendit per contraria trãsmutatio nem in qualitate, & per cõtradict ria transmutationẽ in substãtia: q est de affirmatiua in negatiuam, econuerso. D.d. Accipiemus.n.tps &c.i. & transferamus illã demõratio nem ad tps, ponẽdo q̀ vnũquodq; istorum transmutet in tpe, & q̀ oẽ tps est semper diuisibile. Et dña in ter hanc demõrationem, quã innuit, qua vsus est in his duabus transmutationibꝰ ex tpe, & duas demõrationes, a quibus incœpit loqui in hac declaratione, q̃ sunt ẽt ex tpe, est, qa illæ duæ declarationes fuerunt cões oĩ transmutationi, & ista est quasi ppria his duabꝰ trãsmutationibus. D.d. ergo necesse est, &c.i. duo quæsita, q̃ intendebat declarare, s. q̀ trãsmutatũ est, prius trãsmutabat, & q̀ illud, quod transmutat prius, transmutatũ est. D.d. illud igitur, quod transmutatur, &c.i. sequitur igitur ex istis duabus conclusionibus, q̀ omne instans, in quo demonstrat transmutatum transmutari, necessario ante illam transmutationem

erat

A erat transmutatum, adeo, ꝙ impossibile est reperire initium transmutationis: sed ante transmutationē est transmutatio in infinitum .s. in potētia. D.d. & impossibile est in aliquo modo īuenire primū. i. inuenire primā transmutationē demōstratā in actu. D.d. Et causa in hoc est, &c. .i. & cā ī hoc est, quia magnitudo, & motus, & tēpus nō componuntur ex indiuisibilibus. quoniam si motus diuideretur in indiuisibile, tūc esset illic prim⁹ motus, & prima magnitudo, & primum tempus. D.d. diuisio.n. est infinita, quemadmodum in lineis, quę adduntur, & diminuuntur. i. quę procedūt in additione, & diminutione ī infinitum, b vt declaratum est ī Tertio

mot⁹ ideret iuisibi ūc illic prim⁹ ius, & ma- udo, primū

B

. Ph.t. .& in

Manifestū igitur ꝙ & id, qđ factū est, necesse est fieri pri⁹, & fit factū esse, quæcūq; diuisibilia, & continua sunt: nō tñ semp id, quod fit, sed & aliud aliqñ, vt illius aliquid, sicuti fundamētum dom⁹. Silr aūt & in eo, qđ corrumpitur, & eo, quod corruptū est. statim. n. inest ei, quod fit, & quod corrumpitur, cū sit C continuū, infinitū quoddā. & non est, aut fieri non factum aliquid, aut factū esse quod nō fit aliquid. silr aūt & in ipso corrūpi, & incorruptū esse. semper. n. est ipso corrumpi corruptū esse prius: ipso autem corruptum esse corrumpi. Manifestum est igitur, ꝙ & id, quod factum est, necesse est fieri prius, & quod fit factum esse. omnis. n. magnitudo, & oē temp⁹ semper diuisibilia sunt. quare, in quocunq; sit, non erit vtiq; vt primo.

qđ fa- ē fieri đ fit fa eé pri necesse diuisi- b⁹, & unis.

Et manifestum est, quod illud, D *quod generatū est, necesse est quòd prius generabatur, & quod generatur prius generatum fuit, & quod est ex hoc diuisibile, & continuum. sed non semper erit illud, quod generatur, sed aliud, ver.gr. quidā illius, vt fundamētū ex domo. Et eodem modo est de eo, quod corrumpitur, & quod corruptum est. est enim necessario in eo, quod generatur, & corrumpitur aliquod infinitum, cum sit continu-* E *um. ergo impossibile est aliquid generari, quod prius non generabatur, & aliquid quod iam generatum sit, non prius generari, & similiter est de eo, quod corrumpitur, & quod corruptum est. semper. n. inuenimus antequā res corrumpatur, iam corruptā esse, & antequā sit corrupta, corrumpebatur. Ergo manifestum est quòd illud, quod generatū est, necesse est quòd generabatur, & illud, quod* F *generatur, necesse est quòd fuit generatum. omnis enim magnitudo, & omne tempus semper sunt diuisibilia. ex quo sequitur quòd illud, in quo generatur, impossibile est vt sit ita, quòd sit primum.*

Cum declarauit, ꝙ omne, quod 59
transmutabatur in magnitudine, pri⁹ fuit transmutatum, & omne, quod fuit transmutatum, prius transmutabatur propria declaratione, & de-

G declarauit hoc in transmutatione qualitatis,& substantiæ declaratiōe cōi,vult declarare hoc declaratione ꝓpria de gñatione, ꝙ gñatio quodammodo est in magnitudine. sed differunt, vt dicit,qa partes magnitudinis,ex qbus gñatū gñatur, sunt diuersæ in spē,& sunt in motu locali,& augmento eædem in spē,& diuersæ in numero. Et dixit:& quod est ex hoc diuisibile,& continuum, .i.& oē,qđ est ex gñabilibus diuisibile,& continuum,dr̃ in eo,quod gñatū est,qđ pri⁹ gñabat,& ī eo, qđ gñatur,quod prius gñatum fuit. Et di-

Partes magnitudis, ex qb⁹ generatū generat, sūt diuersæ ī spē ꝓ hoc vid 4.cœ. a 41.

H xit hoc,ꝓseruādo se ex hoc, qa sunt hæc gñabilia indiuisibilia, vt sentire,& intelligere. Et,quia gñatio est transmutatio de nō subiecto in subiectum,& corruptio est trāsmutatio de subiecto in non subiectū . iō transmutatū nō est idē in ea de initio transmutatiōis vsq; ad finē:quare ēt nec trāsmutatio est eiusdē speciei.nam motus gñationis,& corruptionis est cōpositus ex transmutatione in qualitate,& transmutatiōe in substantia:& trāsmutatio, q̄ est

I in substantia, est non in tempore.s. prouentus formæ substātialis.Et est ēt motus gñati alicuius totius compositus ex motibus partium in gñabilibus cōpositis ex transmutationibus diuersis. & propter hunc modū extremum excepit hoc in gñatiōe, & dixit: sed semꝑ ēt illud, &c.i. sed non sequitur vt trāsmutatū ꝓcedēs in ea sit de spē trāsmutati posteriori,sed de alia spē:licet transmutatio sit eiusdē spēi. D.induxit exemplū, & dixit.v.g. quidā illius rei.qm̄ domus,quia cōponit̃ ex gñatiōe aliorum corporū, nō sequitur vt partes transmutationis, aut trāsmutati in

ea sint de spē postremę trāsmutati[...] nis. Et hoc sił accidit in gñation[...] aīaliū,& aliorū corporū organico[...] rū.In corporib⁹ vero simplicib⁹ n[...] accidit hoc,vt in gñatiōe ignis, [...] aquæ.sed sequit̃ necessario , vt an[...] trāsmutationē positā sit alia tran[...] mutatio,siue illa trāsmutatio acc[...] piatur diuisibilis,aut indiuisibilis,[...] finis transmutatiōis solūmodo,it[...] ꝙ nō sit finis trāsmutatiōis in gña[...] tione.nā finis trāsmutatiōis in gñ[...] tione necessario est de alia spē mo[...] tus:cum finis sit in substātia,& tr[...] mutatio.cuius est finis,est in qual[...] tate.sed ista transmutatio, q̄ est i[...] qualitate nō est ī aliqua vna speci[...] eius.v.g.qm̄,cum sanguis gñat̃,c[...] ro necessario alterabitur in plus q̄[...] vnā qualitatem,donec expellat fo[...] mā sanguinis,& habeat formā car[...] nis.& sic est intelligēda gñatio cor[...] porū consimiliū.nā gñatio est trib[...] modis, aut gñatio simplicium, au[...] organicorum, aut complexionis,[...] mixtionis. D.d.Et eodē modo ē d[...] illo,quod corrumpitur,& quod co[...] ruptum est.i.qm̄ ī motu corrupti[...] nis non reperitur primum natura[...] ter,sed ante quemlibet motum in[...] uentum ī actu inuenitur motus, [...] finis.Sed forte illud, quod est ant[...] nō est de genere eius,quod est pos[...] in generatione compositorū ex co[...] poribus diuersis.&,quia hoc inuen[...] tur in generato per accidens , & si[...] in qualitate, quia est in continuo[...] quod non est ita in loco,& q̄uāto. [...] ꝙ ista diuisio est in istis duob⁹ mo[...] bus essentialiter, suscitauit intētio[...] nes hominum ad hoc,& declarau[...] ꝙ propter illud, ꝙ hoc inuenitur i[...] motu,qui est in magnitudine,decl[...] rabitur ipsum esse in motu gñatio[...] nis

A nis,& corruptionis: cum generatio, & corruptio non sunt, nisi in habēti magnitudinem. quā, cū hoc fuerit declaratum in alijs transmutatiōibus, quæ sunt in magnitudinibus, & generatio, & corruptio non sunt extra magnitudinē, licet non sint in ipsa magnitudine, sequitur vt accidat ei illud, qđ est in magnitudinē, s. vt in eis nō inueniatur primū naturaliter. Et dixit: ē. n. necessario in eo, qđ generat, & corrūpit, aliqđ infinitū, cū sit continuū. i. & necesse est vt in eo, qđ generatur, & corrumpit, sit aliqđ non habēs pri-

B mū: quia generabile, & corruptibile sunt in aliquo carēti primo, quia est diuisibile in infinitum, s. magnitudine. Et hoc, qđ dixit de generatione, & corruptione, intelligendū est de motu in qualitate. igitur hoc est transmutationis, quæ est in qualitate, & substantia per accidēs, trāsmutationis vero in vbi, & quāto p se. a Sed quęrit de generatione. qm̄ visum est in ea primū naturaliter. in generabilibus aūt, quę componunt ex corporib9 diuersis, s. nō similibus, manifestū est de hoc, sicut cor in animalibus, qđ est priā pars. & similiter ēt in silibus corporibus.

C b qm̄ prima quātitas carnis est terminata: qm̄ caro, fm̄ φ est caro, nō diuiditur in infinitū. Nos aūt dicamus φ generatio primę partis componit ex alteratione, & generatiōe, qm̄, cum aliquid generat ex aliquo v. g. caro ex sanguine, primo amittent qualitates, & accidētia propria sanguini, & fient accidētia propria carni, donec amittatur forma sanguinis, & fiat forma carnis. & hoc ĩ fine motus. s. nō in tempore. Si igit in transmutatione, q est in qualita-

te, nō inuenit primum naturaliter, quia est in aliquo carenti prīo naturaliter: & generatio est in tēpore, quia sequit alterationē: manifestū est φ in eo non est primū naturaliter. Et dixit: ergo impōle ē, &c. i. & cum generatio nō habeat primam partē naturaliter, ĩpōle est aliquid demonstrari in gñatione, qđ prius nō generabat. qm̄, cū sit diuisibile, cū fuerit transmutatum in illo vltimo, quo diuiditur, dicetur iā generatum esse: & silr illud, qđ iam generatum est, dr̄ pri9 generari. D. d. & similiter est de eo, qđ corrumpitur. Et debes scire φ iste processus in infinitū est ĩ potētia nō in actu. &, si nō nullus motus fieret ĩ eo oīno. Et, cum compleuit hāc declarationē, repetijt illđ, qđ declarauit, & d. Ergo manifestū est, &c. i. causa in hoc est, quia gñatio est in magnitudine, & in tp̄e, & vtrunq; est diuisibile. D. d. ex quo sequit φ illud, in quo generatur, impōle est vt sit ita, φ sit prima pars magnitudinis, in qua incœpit motus generationis. Et nō est intelligendū ex hoc, φ nō inuenitur prima magnitudo ex generato, qđ est ex partibus diuersis. sed intētio eius est, φ nō inuenitur priā magnitudo ex generato ex magnitudine, ĩ qua incœpit generatio, & magnitudo, quę sit prima, s. quia nō inuenit priā magnitudo ex magnitudine rei, à qua ĩcœpit gñatio.

De Finito, & Infinito in motu. Cap. 5.

Voniam autē oē id, qđ mouetur, in tp̄e mouet, et in pluri maior magnitudo, in īfinito tēpore impossibile est per finitam moueri non eādem semp, & illius aliquid,

D tates, & accidētia ppria sanguini, donec amittat forma sanguinis, & fiat forma carnis consiste. 1. ph. 62.

E Documētum.

Sed. 1. ca. de subā orb. vt dicere oppositū, v;, φ accidētia terminatā inducunt post formam. Vide [illegible] Zim.

F

vrū ilo- veri ōri- gña ... ā qui rnis ... nina ē. 1. c. 38 . 32. ul9. bi. So- liqd ex a- , vt x sā pri- mit- uali

G aliquid, qđ mouet, sed in toto totā. Quod igit, si quid moueat ęque velocior, necesse est finitū in finito moueri, manifestū est. accepta.n.parte, q̄ mensurabit totā, ĩ tot æqualibus tēporib⁹, quot partes sunt, per totā motū est. Quare, qm̄ hæ finitę sunt, et quanto vnaquæq;, & numero oēs, & tp̄s vtiq; erit finitum. toties.n.erit tantum, quantū partis tempus multiplicatum secū dum multitudinem partium.

H *Et, quia omne motum mouetur in tempore, & in maiori tempore mouetur per maius spatium, impoßibile est ut in tempore infinito moueatur motu finito, sine eo, quòd motus sit idem semper, & erit motum, quod mouetur, quoddam illius motus, sed mouetur ipso in toto in eo toto. Quoniam manifestum est quòd, si aliquid fuerit æqualis velocitatis in motu, necesse est quòd per finitum moueatur in infinito. quoniam,*

I *cum fuerit accepta aliqua pars, quæ mensuret ipsum totum, mouebitur per illud totum in tempore æquali. Ergo, si illæ partes omnes fuerint finitæ, & quantitas cuiuslibet earum, & numerus omnium, necesse est ut tempus etiam sit finitum. quoniam numerus eius erit secundum tempus partis, cum fuerit duplicatum per numerum partium.*

Iā declarauit hoc, cū declarauit φ oīs magnitudo, & oē tēpus est diuisibile semp. sed illa declaratio illic fuit per accidēs. & ideo vult perscrutari de hoc. nā declaratio, qua vsus est illic, nō distinguit inter motū ęqualem, & diuersum, & inter diuisiones finiti, & infiniti. Et dixit: Et, quia oē motū mouetur in tpe. & incœpit ab hoc, quia, si homo nō concesserit φ oīs motus est in tēpore, nō poterit dicere φ oīs motus finitus est in tēpore finito. Et cum sit impossibile apud ipsum motū esse non in tempore, & hoc manifestū est per se, & induxit hanc propōnē quasi partē præcedētis, induxit aliā partem, q̄ est cā in cōsecutiōe eius, qđ voluit declarare, & d. & in maiori tēpore, &c. &, cum posuit hoc, d. impo?e est, &c. D. posuit hic conditionē, & d. sine eo, φ mot⁹, &c. i. impossibile est vt motus moueatur in tempore infinito vno motu, nisi ille motus fuerit semp, & infinitus in tempore infinito: sed illud, qđ est impossibile, est vt sit motus infinitus. D. d. & erit motū, non quia mouetur, &c. i. si illud motū non attribuat̃ tēpori infinito, quia est vnū, & mouetur in quodā illius motus infiniti, & hoc ꝭm perpetuitatem. Et addit hanc conditionē præseruādo se à corpore cœlesti: quia mouetur qđda motus ĩfiniti in quoddā tēporis infiniti. & iō addit hoc, & d. sed mouetur, &c. i. & ꝭm istud motum, de quo dicimus φ impossibile est vt moueat̃ motu finito in tēpore infinito, non dicit̃ hoc ĩ eo, nisi intelligendo φ mouetur toto motu in toto illius tēporis. Et, cum induxit in hoc sermone illud, quod est quasi pręcedens, deinde induxit cō-

A cõsequens, & incœpit declarare cõtinuationẽ, & d. Qm manifestũ est, &c.i.qm manifestũ est, φ istud motũ aut erit ęqualis velocitatis, aut diuersę: si ęqualis, declarabit ex hoc, qd dicam. φ non mouetur motu finito, nisi ĩ tẽpore finito. D. narrauit quõ sequit hoc, & d. qm, cum fuerit accepta, &c.i.qm, cum posuerimus aliquid moueri motu terminato p spatiũ terminatũ. v.g. per spatiũ H B, & deinde acceperimus ex hoc spatio partẽ, manifestũ est φ pertransiuit illã partem in parte temporis, in quo ptrãsiuit totum spatium, & φ, B cũ pertransiuit illud idẽ spatium, p transeũdo oẽs illas partes æquales, in quas spatium est diuisum, quod ẽt pertransiuit eas in tpibus ęqualibus, quorũ numerus est, sicut illarũ partium: cũ necesse sit vt numerus temporũ sit sicut numerus partiũ spatij, & vt tempora sint æqualia, quia partes sunt ęquales, & motus est æqualis. D.d. Ergo necesse est, si illæ partes, &c.i.&, cum necesse sit vt numerus partium tẽporis, ĩ quo totum motũ mouet, sit finitus, & vtraq; pars est finita, cũ sint æquales partibus spatij, & partes spatij C sunt finitæ, necesse est vt tẽpus cõpositum ex illis partibus finitis sit finitum. nã cõpositũ ex partibus finitis in magnitudine, & numero æqualibus est finitũ necessario. D. d. qm numerus eorũ, &c.i. qm numerus partiũ, q̃ sunt duplę ptis spatij mensurãtis illud, sit numerus duplorũ partis tẽporis, in quo ptrãsiuerunt illud spatiũ, s. qd, si ĩ spatio fuerit decuplũ illius partis, & in tẽpore etiam erit decuplum partis, in qua motum pertransiuit partes spatij.

Cõpositũ ex partib⁹ finitis ĩ magnitudine & numero æqualib⁹ ẽ finitũ necessario. 3. z. 20. 21. Idẽ 8.c. seq.

Sed, & si non ęque velociter, D refert nihil. Sit.n. in qua A, & B, spatiũ finitũ, per qd motum sit in infinito tpe, et tẽpus ĩfinitũ, in quo C D. Si igitur necesse est prius p alterũ altero motũ esse: hoc aũt manifestũ est φ tẽporis in priori, & posteriori p alterũ est motũ: semp.n. in pluri p alterũ erit motũ, siue ęque velociter, siue nõ ęque velociter mutetur, siue intendat motus, siue remittat, siue maneat, nihil minus. Accipiatur igit spatij A B aliquid, qd sit A E, qd mensurabit A B. Hoc itaq; in aliquo infiniti absolutũ est tẽpore. in infinito.n. non est possibile. totũ.n. in ĩfinito. Et rursus alterũ, si cœpero quantũ est A E, necesse est in infinito tpe. totum.n. in infinito: & sic accipiendo. Qm igitur ĩfiniti quidẽ nulla pars est, quæ mensuret: (impossibile.n. est infinitum esse ex finitis, & ęqualibus, et inęqualibus, ppea φ mensurabuntur q̃ finita sunt multitudine, & magnitudine â quodã vno, siue ęqualia sint, siue inæqualia, definita aũt magnitudine nihil minus: spatiũ aũt finitũ quantis A E mẽsuratur:) in finito tẽpore A B mouebitur. Silr aũt et in qete. Quare neq; fieri, neq; corrũpi posse est semper aliquid vnum, et idem. E


Et, si ẽt fuerit inæqualis velocitatis, nõ est in hoc differẽtia. Sit igitur A B lõgitudo, per quã est motus, finita, et sit per quã res mouetur

G *netur in infinito, & sit tps infinitum C D: Cũ igitur necesse est vt quiddã moti moueatur ante quiddam: & hoc manifestum est, quia priori, & posteriori ex tempore mouetur vnum post aliud: quia in maiori semper motũ est aliud à praecedẽti, siue transmutatio eius fuerit aequalis in velocitate, aut non aequalis, & siue motus eius augmentetur, aut diminuatur, et non minus si remanet in eadẽ di-*
H *spositione. Accipiatur igitur ex longitudine A B aliqua pars, & sit A H, quae mẽsuret A B: ista igitur pars in quo tempore fuit de tempore infinito? quoniã impossibile est vt sit infinitum: quoniã tota mensuratur in infinito. Et, si ẽt acceperimus aliã partem secundũ mẽsuram A H, necesse est vt sit*

in tempore finito, quia totum in infinito: & sic fecerimus in quae accepimus ex eo. Quia aut ex infinito non est aliqua pars nino, ad quam mẽsuretur: quo infinitũ impossibile est vt sit c positum ex finitis aequalibus, inaequalibus: & cũ finita fueri numerus aut magnitudo, mens rabit illa vnum, siue fuerint aeq lia, & nõ minus si fuerint inaeq lia, postquàm fuerint termina in magnitudine saltem: & long tudo finita est longitudo, q̃ me suratur ab aliqua mensura, vt H: ergo in tempore finito neces est aliquid ad illud moueri per lo gitudinem A B. Et similiter e de generatione, Vnde sequitu quòd impossibile est idem gener ri, & corrumpi semper.

Demonstratio, probãs quòd, si magnitudo est finita, quòd tps infinitum esse nõ põt.

I



A Cum declarauit, quod impossibile est 61 vt spatiũ finitũ pertranseatur in tẽpore infinito in moto æqualis velocitatis, dicit quod similiter est in moto inęqualis velocitatis, &c.i.& indifferenter, siue motũ fuerit ęqualis velocitatis, siue non, D. incœpit declarare hoc, & dixit: Sit igitur A B, &c. i. sit igitur longitudo finita, per quã est vnus motus finitus, qui est in tẽpore infinito, longitudo A B: & sit tẽpus infinitum tps C D. Deinde proposuit ad hoc declarandũ propositionem necessariã in hac prædicta B declaratione, sed non predixit eam prius, confidendo quẽlibet consyderantem habere eã in mente, & d. Cum igitur necesse est, &cę.i.&, cũ hoc posuerimus, & coniunxerimus ei aliam propõnem notã, & est quod necesse est vt in eadem motu quoddã moueatur ante quoddã, v.g. in motu qualitatis quędã partes ante quasdã, & in quantitate quędam partes quantitatis ante quasdam, & in vbi silr, s. quod motũ mouebitur quibusdã partibus motus ante quasdam. Et non intendit partes rei, quæ est subiectũ motus, s. indiuiduum sub- C stantiæ motũ. qm̃ hoc non est verum de eo in omnibus motibus, quod quędã partes eius pręcedunt quasdã. hoc.n. non est verũ, nisi in qualitate, & similiter in generato dissimilium partium: in motu vero locali, aut motu augmenti nõ. partes .n. istorum motuũ sunt in toto moto, quẽadmodum tot⁹ motus est in toto. Sed & quia motus habet duplex subiectũ, s. genus prędicamentorũ, in quo est motus, & substantiã subiectam illi generi, & vtrunq; dr esse motus, intelligendũ est hic per motũ naturam subiectã motui, nõ indiuiduum substantię deferens illud. a D. induxit illud, ex quo apparet hoc perfecte, & d. & hoc manifestum est, &c.i.& hoc, quod moti quiddam est post quiddam manifestũ est. nam in tẽpore priori erit prius eo, & in posteriori posterius. qm̃, quia tẽpus habet prius, & posteri⁹, ideo motũ in eo habet prius, posterius. D.d. qm̃ in maiori, &c.i. qm̃ in maiori tẽpore erit motum aliud à priori, qd est in minori tẽpore, siue fuerit ęquale in velocitate, aut inęquale, & d. hoc, quia hęc propositio est vera in vtraq; declaratione, s. in declarare hoc de moto, quod est ęqualis velocitatis, & diuersę velocitatis. b Et, quia illud, qd est diuersę velocitatis, inuenit in tribus modis: aut .n. crescit, aut diminuit, aut in vtroque modo: & hoc est inæquale in eis, s. cũ hoc, quod partes moti sint quędam ante quasdam, d. &, si motus eius, &c.i.& hoc, quod quędã partes pcedunt quasdam, inuenitur ẽt in diuersis hoc mõ diuersitatis, non minus quam inęqualibus. Et silr est intelligendũ hoc, si quandoq; crescit, & qñq, diminuitur. Et, cum dixit: &, cum necesse est vt quiddã moti sit ante, deĩde accidit ei declarare hoc, induxit consequẽs, & d. Accipiatur igitur ex longitudine A B aliqua ps, i. longitudo, quã primo posuit. & q. d. &, cum posuerimus longitudinẽ finitam, s. A B, in tempore infinito, s. C D, & fuerit positũ nobis quod quędam partes motus, & moti pcedũt quasdã, accipiamus ex hac lõgitudine, quam posuimus, s. A B, aliquã partem mensurantẽ illã, & sit A H. D. d. Ista igitur pars, &c.i. ista igitur pars mensurans in quo tpe temporis infiniti fuit accepta? nã impoſſe est vt tps

a Mot⁹ h; duplex subiectũ.

E

b Illud, qđ ẽ diuersæ velocitatis, inuenit trib⁹ modis.

F

D

G tp̄s sit infinitū, s. tempus in quo motum ptransit hanc partē: qm̄ totū istud spatium pertransit in tpe infinito. sed est impoſſe vt pars, & totū pertrāseant in eodē tpe. D.d. Et, etiam si acceperimus, &c.i.si igitur acceperimus ex illo spatio aliā partem ęqualē parti A H, quam posuimus mensurare spatiū, necesse est vt motū pertranseat hanc partē, ēt in tpe finito. nam iā posuimus motum pertrāsire ipsam in tpe infinito, & indifferenter, siue posuerimus ꝙ motus eius per hanc scdam partē fuerit velocior, aut tardior quàm

H motus eius per aliā partē, aut ęqualis. D.d. si igitur acceperimus, &c.i. silr, ſi diuiserimus tertiam mensurā ęqualē primę, sequitur vt motū ptranseat illā in tpe finito. &, cum sic fecerimus, in diuisione consumet spatiū, & congregabitur ex ptibus, in quas diuidit illud spatiū, numerus terminatus finitus, & ex téporibus, in quorū vnoquoq; pertransit vnāquāq; illarū partiū spatij: a & qđ cōponit ex finitis est finitum: & necessario est ergo ꝙ tépus, in quo hoc pertrāsit totum spatiū, est finitū necessario. & hoc intendebat, cū

a Qđ cōponit ex finitis ē finitū. Idē 8. c. 60. & ꝗ ibi.

I d. &, cum fecerimus, &c.i. & silr, cū fecerimus diuidendo spatiū, necesse est tépus diuidi in partes æquales ī numero partibus spatij: & si partes téporum nō fuerint ęquales in se: & erit tp̄s congregatum finitū. qm̄ poſſe mēsurari per partē eius: & infinitū nullam habet partem, à qua mensuretur. nā infinitū impoſſe est cōponi ex finitis æqualibꝰ, aut inęqualibus. & iā posuimus ꝙ istud tépus cōponitur ex finitis. D.d. cū finita fuerint numerus, &c.i. & cū numerus, & magnitudo, qui cōponuntur ex finitis, mensurant ab vno, siue fuerint ęqualia, siue inęqualia. Et ordinatio istarū propōnum est talis. Qm̄ primū posuit ꝙ infinitū impoſſe est mēsurari à sua parte. D. dedit cām in hoc, & est quia infinitum non cōponitur ex finitis ęqualibus, aut inæqualibus. D. induxit aliā propositionē, & est ꝙ magnitudo finita, aut numerus finitus pn̄t mensurari à sua parte, siue magnitudo, aut numerus componatur ex ęqualibus, aut inæqualibus. Et sic syllᷤ componitur in scđa figura tali mō. Tempus, in quo motum pertransit hoc spatium, pōt mensurari à sua parte, cum sit cōpositū ex partibus finitis, licet non ęqualibus: & tp̄s infinitum non pōt mēsurari ex sua parte: ergo tépus, in quo motū inæqualis velocitatis pertrāsit spatium finitū, non est infinitū. & hoc est inconueniens. Ipse aūt vr̄ quasi non ordinare istum syllm̄ hoc modo, sed posuit post has duas propositiones, ꝙ longitudo, in qua transmutat transmutatū, mēsurat à sua parte. & hoc intendebat, cū d. & lōgitudo finita mensurat ab aliqua mēsura, vt A H. D.d. ergo in tpe finito &c.i. qm̄, cū ista trāsmutatio mēsuret à sua parte: & silr tp̄s, in quo est motus, per mensurā magnitudinis ex rebus finitis. Tempus igitur, in quo transmutatio fit, mensurat à sua parte: & quicquid mensurat à sua parte est finitū: ergo hoc tempus est finitū. D. d. Et silr de gn̄atione. i. qm̄ impoſſe est aliquid generari generatione finita in tépore infinito: generatio. n. est transmutatio in magnitudine. & iō potētia illius declarationis est vis declarationis, quæ communis est modis omniū trans-

A transmutationum, i.quatuor, sunt n.corpora. Et in libro Ioannis loco huius dictionis generatio ponebatur hæc dictio quies. Et, si hoc fuerit, tūc intētio erit ꝙ ita est de quiete in hoc, sicut de motu. Qm̄, cum quies sit priuatio motus, qui innatus est existere in quiescente: & motus finitus impossibile est vt sit ī tēpore infinito: ergo & quies finita īpossibile est vt sit in tēpore īfinito. Dixit Ioannes. & qdā intelligūt hic p quietē ire ad qetē. & dixerūt hoc, nā quies nō determinat, nisi p tp̄s. D.d. Vnde sequit ꝙ impoſſe est, &c.

B i.qm̄ generatio, & corruptio, quia finitæ videnť: & transmutatio finita est in tēpore finito: ergo nihil generatur semp, aut corrumpiť semper. aut intendit ꝙ, cū fuerit pósitū aliquid transmutari trāsmutatione finita in tempore infinito, tūc illud generabitur, & corrumpeť insimul semp, cum neutra trāsmutatio habeat tēpus proprium. Et, cū fuerit declaratū impossibile esse transmutationē finitam esse in tempore infinito, sequiť vt nullū idem generetur, & corrumpať insimul semp. Et

C nō intendit ꝙ hoc eē impossibile: quia declaratur per hoc ꝙ primum est impossibile. nā hoc esse impossibile manifestius est q̄ illud esse impossibile, qd̄ acceptum est in declaratione istius. sed induxit ipsum hoc modo innuendo aliud impoſſe contingens huic, & est generabile, & corruptibile semper generari, & corrumpi insimul. &.q.d. &, cū hęc positio fuerit verificata, auferť impossibile contingens cōtradictoriæ eius. ex quo apparet confirmatio istius sermonis, sicut apparet destructio suæ contradictoriæ.

D Eadē aūt ratio est & ꝙ neq; infinito tp̄e per infinitū poſſe ē moueri, aut quiescere, siue regulariter moueať, siue irregulariter. Accepta.n. quadam parte, q̄ metietur totū tp̄s, in hac quā tum aliqd̄ pertrāsibit ipsius magnitudinis, & non totā. in toto .n. totā, & rursus in æquali aliā, & in vnoquoq;, sic, siue æqualis sit, siue inęqualis ei, q̄ ē à prīcipio. refert aūt nihil, dūmodo sit finitum quoddā vnaquæq;. manifestū.n. est ꝙ cōsumpto tēpore infinitū non consumetur, finita ablatione facta, & per ipsum quantū, & ipsum quoties. quare non transibit in tp̄e finito infinitum. nihilq; refert magnitudinē, versus alteram, aut versus vtranq; partem esse infinitam. eadem enim erit ratio.

E *Et eadem ratione ratiocinatur ad hoc quòd impoßibile est etiam infinitum moueri tempore finito, aut quiescere, siue motus fuerit æqualis, aut diuersus. Nam, cum accipietur aliqua pars, quæ mensuret totum tempus, tunc in illa parte mouebitur per aliquam partem illius spatij non per totum per totum enim mouetur in toto tempore. & in æquali mouebitur etiam per aliam partem, & in vnaquaque partium similiter, siue fuerit æqualis præcedenti, aut inæqualis. nulla enim est differētia in hoc solummodo, quòd*


vnaquæq;

G *vnaquaeq; illarũ partium sit finita. vnde manifestum est quòd, cum tempus consumitur, non consumitur infinitum. partitio.n. est finita in mensura, & in numero. ergo nõ mouetur infinitum tẽpore finito. & nulla differentia est siue illa mensura fuerit finita altera parte, aut infinita vtraque, quoniam eadem est ratio.*


Demonstratio, probans, si tps est finitum, quod magnitudo non põt esse infinita.

Potes autem & per literas, vt & in priori demonstrare. Aduerte tñ Auerroẽ in hac demõne assumere ipsum mobile infinitum, cum tñ finitum assumi debeat.

Tempus finitum.



H



62 Cum declarauit ꝙ ĩposse est aliquod finitũ moueri per spatiũ finitũ in tpe infinito, declarat ẽt ꝙ impossẽ est vt aliqđ infinitum moueať in tẽpore finito. nam necessariũ est vt infinitũ moueať per spatium in-
I finitũ. ergo sequitur aliquid ptrãsire spatium infinitum in tpe finito. & hoc est conuersum eius, qđ prius declarauit eẽ impossibile, s. aliquid pertransire spatiũ finitum tpe infinito. Et, quia hæc duo sunt similia, & eadẽ ẽ declaratio in eis, s. aliquid moueri per spatium finitũ in tẽpore infinito, aut aliquid moueri per spatium infinitum ĩ tẽpore finito. nam illud, qđ illic fecimus, diuidendo spatium finitũ, ex quo sequitur tẽpus esse finitum, faciemus hic diuidẽdo tẽpus, & sequitur spatiũ esse finitum. Et ideo d. Et eadẽ rõne, &c. i. qm̃ impossẽ est infinitum moueri in tẽpore finito, sequitur.n. ipsum moueri per spatium infinitũ in tpe finito. D.d. Nam, cũ accipietur aliqua pars, &c. i. & demõ illius. qm̃, cum posuerimus motum infinitũ in tẽpore finito, & acceperimus aliquam partẽ illius tẽporis, tunc motum mouetur in illa parte p aliquã partem spatij. nam impossibile est vt per idẽ spatiũ moueatur in pte, & in toto tẽporis. D.d. & in æquali ẽt mouebitur per aliã partem, &c. i. deinde, si posuerimus ipsum moueri in aliam partẽ temporis æqualẽ primę parti mensuranti, deinde in tertia, deinde in quarta, & similiter
I vnaquaq; partium tẽporis donec tempus consumatur, tunc congregabuntur

A gabuntur ex hoc spatia finita men sura,& numero, & indifferenter siue motus eius in illis ptibus fuerit ęqualis, aut diuersus. Et hoc intendebat, cũ d. siue fuerit æqualis præcedenti, aut inęqualis. i. siue motus eius in scda parte fuerit ęqualis motui eius I prima, aut inęqualis. Qm̃ non est differẽtia inter hoc, qđ sit ęqualis, aut inęqualis in illis tẽporibus ęqualibus: cũ vnaquęq; partiũ spatij, quas motũ pertrãsit in illis tẽporibus, fuerit finita: qm̃ cõgregatũ erit finitũ, licet mot⁹ nõ sit ęqualis in se. D.d. vnde manifestũ ẽ, &c.

B i. manifestũ est igitur ex his ꝙ, cum tp̃s cõsumetur per motũ illius motu p vnamquãq; partium æqualiũ parti mẽsurãti, ꝙ illud, p qđ mouetur, nõ cõsumet. nã infinitum mouetur per spatium Ifinitũ. D.d. partitio. n. est finita. i. & declaratũ est superius, qm̃ necesse est spatiũ, per qđ est motus, consumi. nam partes oẽs, p quas motũ mouet in illo tp̃e, sunt finitę mensura, & nũero, s. qm̃ vnaquęq; est finita in se, & numerus oĩum est finitus. sed positũ est eas esse infinitas. & hoc est ipoſſe. D.d. ergo infinitũ non mouetur in

C tẽpore finito. i. declaratũ est igit̃ ex hoc, ꝙ aliquod infinitũ non mouet̃ I tp̃e finito. qm̃ sequit̃ ex hoc vt aliqđ infinitũ moueatur p spatiũ finitum: & sic aliquid mouetur per spatiũ minus: ipso qđ est Ipoſſe. Et debes scire, ꝙ ex hoc apparet ꝙ ipoſſe est infinitũ moueri oĩno. nã ꝙ non mouetur tp̃e infinito necesse est ipsum moueri semper tẽporibus finitis ſm continuationẽ, & perpetuitatẽ. D.d. & nulla est differentia, &c. i. qm̃ sequitur motum pertrãsire spatiũ infinitum in tp̃e finito, dico ergo ꝙ sequit̃ ex hoc, vt motus ei⁹ sit D in toto tp̃e vnus, s. motus infinitus.

His aũt demõstratis, manifestum est ꝙ neq; finitam magnitudinẽ infinitũ contingit trãsire in finito tẽpore propter eandẽ cãm. in parte. n. tẽporis finitam transibit, & in vnaquaq; similiter: quare in toto finitam.

Hoc quidẽ declarato, manifestum est esse impoßibile ẽt magnitudinem finitam pertransire infinitum in tempore finito, propter illam eandẽ causam, s. quoniam in E *parte tẽporis pertransit finitum, & in vnaquaq; partiũ similiter: ergo in toto pertransibit finitum.*


Cum declarauit ꝙ impoſſe est aliqđ finitũ pertrãsire spatiũ finitum tp̃e infinito, neq; aliquod infinitũ I tp̃e finito, dixit ꝙ ex hoc patet cõuersum primi esse impossibile, qđ est, aliqđ finitũ pertransire magnitudinẽ infinitã in tp̃e finito. Nam, cũ tp̃s diuidetur in partes ęquales, statim spatiũ erit similiter ſm illũ numerũ, siue motus fuerit ęqualis, aut inęqualis. ex quo sequit̃ spatiũ F esse finitum. D.d. pp illam eandem causam. i. & hoc manifestũ est ex illa eadẽ propõnẽ, qua vsi sumus in prędictis declarationibus, s. dicente ꝙ in parte temporis mouebit̃ p partem spatij finitam. impoſſe. n. est totum, & partem pertrãsiri in eodem tẽpore. D.d. &, similiter in vnaquaque partium, i. prtiũ tẽporis ęqualium primæ. D.d. ergo & in toto, &c. idest, ergo necesse est vt motum pertranseat in toto tempore finito spatium finitum. 63

G Qm̄ aũt finitum nõ trãsibit infinitam infinito tpe, manifestum est φ neq; infinitum finitã. si.n. infinitum finitã, necesse est & finitam transire infinitũ. nihil.n. refert vtrumuis esse id, qđ mouetur. vtroq;.n. mõ finitum transibit infinitũ. Cum.n. moueat̃ infinitum, in quo est A, erit aliqd ipsius s̄m B finitũ, vt C D. & rursus aliud, et aliud, & semp̃ sic. quare simͥl accidet infinitũ motum esse p̃ finitum, & finitum trãsisse infinitum. Ne-
H que.n. fortassis possibile est aliter infinitum moueri per finitũ, q̄ȝ φ finitũ transeat infinitũ, aut latiõe vtendo, aut mouẽdo. quare, qm̄ hoc impossibile est, non transibit infinitum finitũ.

Et, cum finitũ non pertranseat infinitum in tempore finito, manifestum est per se quòd neq; etiam infinitum pertransit finitum. enim infinitum pertransit finitũ necesse est finitum pertransire infinitum. Quoniam, cum moueatur infinitum, s. A, tũc quiddam eius erit in B finito, v.g. C D. & erit etiam aliud ex eo post aliquid, & sic semper. ex quo sequitur vt infinitum moueatur per finitum, & finitum pertranseat infinitũ. Quoniam videtur mihi quòd impossibile est infinitum moueri per finitum alio modo, nisi vt finitũ pertranseat infinitũ, aut cursu, aut mensuratione. &, cum sit hoc impossibile, est impossibile, infinitum pertransire finitum.

Demonstratio, probans quòd mobile infinitum non potest pertransire magnitudinem finitam in tempore finito.

I



M

64 Hoc est Quartum quęsitum. & est, φ motum infinitũ non põt per trãsire spatiũ finitum, sicut declaratũ est qm̄ impoſſe est moueri tẽpore finito. Et d. Et, cum finitũ, &c. & modus cõtinuationis in eo est, qm̄, quia declaratum est finitum nõ p̃transire spatium infinitum in tempore finito, declaratũ est ipsum nõ pertransire finitum omnino. Nã, si per-

A pertransiuerit, pertransibit in tēpore, qđ iā desijt: & qđ est tale, est finitum. &, cū declaratū sit ꝙ finitum non pertransit oīno spatium infinitū: manifestū est ꝙ motū infinitū non pertransibit spatium finitū. D. dedit rationē super hāc cōtinuationē, & dixit: s.n. infinitū pertrāsibit finitum, &c. i. & declaratum est ipsum nō pertrāsire illud. qm̄, si infinitū pertransibit finitū, pertrāsibit illud in tpe finito: sed declaratum est ipsum non pertransire illud in tpe finito: ergo oīno nō pertransibit illud. D. induxit exemplificationē, qua certificatur hoc, & d. Qm̄,
B cum infinitū, s. A moueat, &cę. i. & ista consecutio est vera. quia, cū posuerimus ꝙ infinitum pertrāsit spatium finitum, s. A, tunc quiddā infiniti erit ī hoc spatio, qđ est B, & erit hoc quiddā ęquale huic spatio. sit igit hoc quiddam C D. Et, cū posuit ꝙ necesse est vt pars finita moti infiniti sit in spatio finito, per qđ mouetur, & vt illa pars sit ęqualis spatio finito, & dixit, & erit ēt alıđ, &c. i. & necesse est, cū istud motū infinitum trāsferat, vt illa pars eius ēt sit ęqualis spatio, per qđ mouet alia à
Ista quæstio est quæstio per se in esse motus præter quæstionem Zenonis. Et compositio eius est talis. Si transmutatio sit de non esse in esse, aut de esse in non esse, necessario, dum transmutatio est, transmutatũ aut erit in esse, aut non esse, aut in vtroq;: sed impossibile est ipsum esse in non esse, cum nondum est, nedum vt sit transmutatum: & impossibile est ipsum transmntari in esse, nam esse est quies quoquomodo: similiter & impossibile est etiam vt sit ens, & non ens insimul: & cum hæc tria sint impossibilia: ergo impossibile est transmutationem fieri de non esse in esse, aut econtrario. Et dixit: Neq; contingit nobis, &c. 83 Rõnis abbreuiatio F Expositio textus.

A .i.quæ fit de esse in non esse, aut ecõ trario, aut quę fit etiam de cõtrario in contrarium. accidit.n.huic, vt sit de non esse in esse quodammodo. D.induxit quæstionem, & dissoluit eam, & dixit:v.g.&c.i. nam non sequitur, si illud, quod transmutatur in albedinem, dum trãsmutatur, neq; est album, neq; est non album, vt neutrum sit simpliciter. hoc .n. est impossibile. sed illud, quod sequitur, est, vt dum transmutatio est, sit secũdũ quãdam partem album, & secundum aliã nõ album. & secundum hoc non sequitur impossibile. Et hoc intendebat, cum dixit:
B qm̃, non, si secundum totum non fuerit aliquid, &c.i. qm̃, si aliquid non fuerit secundum totum in altero duorum oppositorum, non sequitur ipsum non disponi ab vtroq; opposito in duabus partibus diuersis, sed sequitur ipsum non disponi vtroq; opposito insimul, & simpliciter.s.quod, cum non fuerit verum aliquid esse album, & nõ album totaliter, non erit verum ipsum esse album, & non album insimul. nam erit verum ipsum esse album in parte, & non album in alia parte. & hoc intendebat cum dixit: dicimus e..im, &c. D.confirmauit
C hoc, & dixit: & non est intentio in hoc, quod aliquid sit tale, &c.i. & dicere aliquid esse tale secundum partem, & ipsum esse tale secundum totum, non est idem. a impossibile.n.non accidit, nisi cum aliquid dicitur contraria habere insimul secundum totum, secundum particulas vero non est impossibile. D.d.Et secundum hoc est de ente & non ente, &c.i.qm̃ dissolutio est eadem in eis. D.d.qm̃ necesse est, &c. potest intelligi.qm̃ necesse est vt aliquid sit in altero duorum oppositorum: & est, qm̃ illud secundum totum nõ est in vno eorum. Vel potest intelligi.qm̃ necesse est vt duo opposita sint in aliquo insimul, cum neutrum sit in ipso toto: & quod non est necesse quod in aliquo sit alterum oppositorum cum in eo toto sit alterum eorum. secundum igitur primam expositionẽ erit hęc dictio, altero, superflua, secundum autem secundam diminuitur a suis verbis negatio, ita, quod sic legatur. qm̃ necesse est vt nõ sit aliquid in altero duorum oppositorum, cum illud totum non fuerit in altero eorum. Aut in istis verbis forte est inuolutio: ita quod sic debet legi. qm̃ aliquid necesse est vt sit in altero duorum oppositorum, cum totum fuerit in altero eorum, & ipsum non secundum totum in hora transmutationis est in altero eorum. & ista expositio est euidẽtior.

a Impossibile nõ accidit, nisi cũ aliquid dr habere cõtraria insimul secundum totũ, secundum partes vero nõ est impossibile. .j.expõ.

Rursus in circulo, & in sphæra, & omnino ijs, quæ in seipsis mouentur, qm̃ accidet ipsa quiescere. in eodem.n. loco secundum tempus quoddam erunt & ipsa, & partes. quare quiescent simul, & mouebuntur.

Et etiam necesse est in circulo, & sphæra, & vniuersaliter in rebus, quæ mouentur in eis, vt sint quiescentes. nam hæc, & sua partes sunt aliquo tempore in eodẽ loco. ex quo sequitur vt sint quiescentes, & mota insimul.


Hęc est Quinta qõ Zenonis in destruendo motum. qm̃, si motus sit, necesse est vt circulus, & sphæra sint quiescentes, & moti insimul. nã cum sphæra mouetur, non separatur a loco, in quo mouetur, neq, secundum totum, neq; secundum partes: sed omne, quod mo

A moueтur, separatur: ergo sphæra ē quiescens, & mota. quod est īposs. ergo motus non est. ex hoc. n. sequitur impossibile. D. d. hæc. n. & suæ partes, &c. i. &, cum circulariter moueať. s. circa suū cētrū, & ī eodē loco.

Primo nanq; partes non sunt in eodem vllo tpe. Deinde & totum semper mutatur in alterū. non. n. eadem est ea, quæ in ipso A sumitur, circunferentia, & ea, quæ ab ipso B, & quæ ab ipso C, & aliorum vnoquoq; signorū,
B nisi vt musicus homo & homo qa accidit. quare mutať semp altera in alteram, & nunquā quiescet. Eodem autem modo & in sphæra, & aliĳs, quę in seipsis mouentur.

D *Ad hoc autē dicamus primo, quoniam partes nō retinent eundē locum aliquo tempore oīno. Deinde totū ēt trāsfertur semper ad aliud ab eo, in quo erat. arcus. n. qui accipitur, cuius principium est a puncto A, non est idem cum arcu, cuius principium est a puncto B, aut a puncto C, aut ab aliquo aliorum punctorum: nisi sicut musicus & homo sunt homo, quia accidit ei. Vnde necesse est vt vnus eorūdē arcuum transferatur alter ad alterum semper, & nunquam quiescat.* E *Et similiter de sphæra etiam, & de alys, quæ in eis mouentur.*

Demonstratio, quòd totum ex circulo trāsfertur, sicut transferuntur partes.

C 

F

85 Cum induxit quæstionem Zenonis in sphæra, & circulo, incœpit dissoluere illā, & dixit: Ad hoc autē dicamus, &c. i. dicať igiť in dissolutione istius qōnis. primo quidem, quia hoc, quod posuit, φ partes eius sunt īseparabiles ab eodē loco. est falsū. D. d. Deinde totū ēt transferť, &c. i. secūdo vero dicamus, qm̄ totum ex sphæra, & circulo transferť, sicut trāsferuntur partes. transferť. n. de aliquo in aliud ab eo, in quo erat. Et, cum narrauit hoc de sphæra, & de circulo, incœpit declarare hoc in circulo, vt transferať determinatio de circulo ad sphęram, & dixit: arcus. n. &c. i. necesse est vt totus circulus transferatur apud motum circa cētrum de alio in aliquid. qm̄, si imaginati fuerim' multa puncta esse in conuexo eiusdē circuli, tunc ille circulus diuideť p illa pūcta in multos

G circulos.oẽs.n.pũct⁹ poſit⁹ I circulũ deſcribit circulũ aliũ ab eo,quẽ de ſcribit ali⁹ pũct⁹.ſ.ꝙ nũer⁹ circulorũ erit ƒm nũerũ pũctorũ.&,cũ ita ſit, tunc circulus,cũ transfert̃ I cõcauo, aut ſuper cõuexũ circuli, trãsfert̃ de circulo in circulũ, diuerſum ab eo rõne:& ſi ſint idem ſubiecto. &, cũ iſti circuli, qui ſunt in rotũdo,ĩ quo eſt translatio ƒm numerũ circulorũ qui ſunt in rotũdo,qđ transfert̃,neceſſe eſt vt circulus transferatur de circulo in circulũ, ergo circul⁹ trãſfertur ƒm totum de loco in locũ diuerſum ƒm formam:licet non ſit di

H uerſus ƒm materiam. Et ſiſr eſt de ſphæra.ſphæra.n.diuiditur in ſphæras infinitas per lineas, quæ imaginantur in circunferentia, exeuntes à polo ad polum.ſ.medietates circulorum.nam iſtę medietates diuidũt ſphęram in multas ſphæras, ſicut puncta diuidũt circulos. D.d.arcus .n.&c. & intendit per arcum arcum completæ circulationis.i. qm̃ circulus,ſicut diximus, diuidit̃ per pũcta in multos circulos ſecũdum numerũ punctorũ. D.d.niſi ſicut muſic⁹,

I &c.i. & circulus,quem diuidit alius punctus,non dr̃ idem numero, niſi ſicut dr̃ ꝙ homo & muſic⁹ ſunt idẽ in numero.i. quia accidit eis,ꝙ fuerint idem,nõ per ſe.homo.n. & muſicus ſunt idem ƒm ſubiectum : a & quod eſt idem ƒm ſubiectũ eſt idẽ per accidens. idem.n.in rei veritate eſt idem ƒm formam & ſiſr circuli, quos puncta diuidunt.ſ.quæ imaginantur in eodem circulo,ſunt idem per accidens, quia ſubiectum eorũ eſt idem:& ſunt plures,quia formæ eorũm ſunt plures.ſi igitur illud,qđ mouet̃ in loco,neceſſe eſt ipm mutare locum:locus autem differt a lo

a Qđ ẽ idẽ ƒm ſub; ẽ idẽ p accidẽs idẽ.n.I rei veritate ẽ idẽ ƒm formam.

eo.aut per ſe tñ,aut etiam per ſe, per accñs:hnceſſe eſt vt oẽ motu mutet locũ,aut ƒm formam.ſ. ſic eſt in ſphæra,aut forma,& ſubiec ſicut eſt in eis, quæ mouent̃ mo recto.Zeno aũt,cum viderit ſphę non mutare locum per acciden exiſtimauit ipſam non mutare il per ſe:ex quo dixit ſphæram qui ſcere. c Auicen.vero, quia nõ diſt xit alietatem,quæ eſt in loco per ab ea,quæ eſt per accidens.ſ.alieta tem,quæ eſt ſecundum ſubiectum non ƒm formam,& conceſſit ſpha ram moueri, coactus eſt appella motũ ſphærę,motũ in ſitu.Vnde titur,vt dictum eſt, ſanare ęgritud nem per maius ęgrum. Declarat eſt.n.ꝙ in prędicamento ſitus no eſt motus,quia eſt ad aliquid: & i lud,quod eſt ad aliquid, eſt indiui bile.Si igitur intendebat ꝙ iſte m tus eſt in prędicamento poſitioni quod eſt in ipſa poſitione:qa ſph ra transfert̃ de poſitione in aliam poſitionẽ erit verum:ſed tamẽ m tus eius non erit in poſitione,ſed poſitione in aliam. & hoc inuen de translatis in loco recte: qm̃ trã feruntur de poſitione in aliã,aut uerſam ſecũdũ numerũ,aut ſecũd ſpeciẽ: ſphęra aũt transfertur de p ſitione in aliã diuerſam ƒm nume rũ.Quid igit̃ vtile dedit nobis,cu dixit ꝙ iſte motus eſt in ſitu? niſi i tẽdebat ꝙ illud,quod mouetur h motu,nõ diuerſatur ƒm ſitum:h .n.ꝓpriũ eſt huic motui.ſed tñ no ſequitur ex hoc,ꝙ motus eius eſt i ſitu.nã iſte ſermo valde eſt ſophi cus.D.d.ergo neceſſe eſt vt vnius cuum,&c.i.ergo neceſſe eſt vt vnu arcuum perfectorum circuli, que deſcribit aliquis punctus transf ra

A rat̃ semp ab arcu cõpleto circuli, cui superponitur, ad aliũ arcũ completum ẽt, deinde de illo ad aliũ, & sic, donec reuertatur ad arcum cõpletum, à quo est separatus. & tunc vnus arcuũ transfertur fm totum, quia transfert̃ de vno arcu ad aliũ. Et forte intendit, ergo necesse est vt vnus arcus transferatur semper per translationẽ alterius arcus sequentis ad alium sequentẽ. & hoc est apparẽtius. Dein. d. Et similiter est de sphæra, &c. i. & transfertur fm totum, vt diximus in circulo.

B *Excludit errorem, quod Impartibile moueatur. Cap. 2.*

DEmonstratis aũt his, dicimus q̃ id, q̃d impartibile est, nõ contingit moueri, nisi fm accidẽs, vt corpore moto, aut magnitudine, in q̃ ẽ. sicuti si id, q̃d id naui est, moueatur nauis motu, aut pars totius motu. Impartibile aũt dico id, q̃d est fm quantũ indiuisibile. etenim partium motus alteri sunt, & fm ipsas partes, et fm toti⁹ motũ. Viderit aũt aliquis, C & in sphęra maxime, dr̃iã. non .n. eadẽ velocitas erit & partiũ, quę sunt iuxta centrũ, & q̃ extra, & totius, tanquã non vno existẽte motu. Vt igit̃ diximus, sic quidẽ contingit moueri id, q̃d impartibile est, vt is, qui in naui, sedet naui currente, per se autem non contingit.

Hoc quidẽ declarato dicendũ est, quòd indiuisibile moueri ĩpossibile est, nisi per accidẽs. v.g. cum corpus, aut magnitudo mouetur per illud, in quo est. vt illud, quod D *est in naui, per cursum nauis, aut sicut pars mouetur per motum totius. Et dico ĩdiuisibile illud, quod non diuiditur in quantitate. motus. n. partium ẽt sunt diuersi secundum ipsas partes, & secundũ motum totius. Et ista diuersitas scitur in sphæra proprie: velocitas enim eius, quod vicinatur centro, & eius, quod est extra, & velocitas eiusdem ipsius non est eadem velocitas, ac si motus non es-* E *set vnus. Est igitur, vt diximus. secũdum quidem hunc modũ possibile vt impartibile moueatur, s. secundum quem mouentur sedentes in naui, cum nauis currit, per se autem impoßibile est.*

Cum induxit q̃ones Zenonis in 86 motu, vult declarare q̃ indiuisibile non mouetur, nisi p accidens, deinde ostendit motũ, qui est per accidens. & d. v. g. &c. i. & vnum eorũ, q̃ dicuntur moueri est, cum sint in re mota, vt illi, qui sunt in naui, dicun- F tur moueri, licet per se quiescant, & vlt, vt dicitur. q̃ pars mouet̃ p motũ totius. Et, quia indiuisibile dr̃ illud, cuius genitus nõ est receptiuũ diuisionis, & illud, cuius genus recepit diuisionẽ, hoc aũt principaliter dr̃ impartibile, & indiuisibile, dixit: Et dico Indiuisibile, &c. q̃m hoc dr̃ ĩdiuisibile prĩcipaliter, de quo vult hic declarare ipsum eẽ immobile. Et, quia dixit q̃ illud, q̃d mouetur p accidens, est sicut motus partium p motum totius, sed inter motum p acci-

G accidens, & motũ partium per motum totius est dña, deinde dedit illas, & d. motus.n.partiũ, &c.i. & signũ eius, φ motus partium per motũ totius nõ est motus per accidés, est, quia motus partiũ differt à motu totius,& ipsi à seinuicẽ.Et intendebat, vt mihi vr̃, qm̃, si motus earum esset p accñs à motu totius,nõ differret à toto in suo motu, neq; à seipsis abinuicẽ.nã corpora, q̃ mouenť per se,sunt hmõi. Et,cũ induxit hoc,incœpit declarare ĩ quo motu apparet hoc, & d.Et ista diuersitas,&c.i.quia illę,quę magis vicinã

H tur centro,pertranseũt minores circulos circulis,quos pertranseunt ptes,quę magis vicinantur circunferentię,& in tempore ęquali,necesse est vt partes propinquiores centro sint tardiores,& remotiores velociores.D.d.& velocitas ipsius, &c.i.neque velocitas totius sphęrę et velocitas partium est eadẽ velocitas. Potest aũt aliquis dicere,φ hoc nõ inuenitur,nisi in motu circulari, in recto vero motus partium sunt ęquales:& silr motus totius ĩ eo est ęqualis motui partiũ. Sed forte dicet in

Cauilla- tio.

Solutio.

I hoc φ partes sphęrę videnť moueri per se magis,q̃ illud,qd̃ mouetur recte: cũ sphęra vr̃ permanere fm totũ,& moueri fm partes. sed non est verũ,vt declaratũ est,sed fm totum mouet. &,cũ declaratum est φ partes sphęrę nõ mouenť per se, quãto magis partes eius, qd̃ est recti motus, nõ mouebunť per se. Et quasi intendit cõgregare hic duo: quorũ vnũ est notificare φ mot' partiũ p motũ totius, non est p accñs pure, neq; p se principaliter. a partes.n. non mouenť per se:quia mouenť in moto, in quo cõueniunt cũ accñtibus,& formis,q̃ nõ sunt innata moueri p se.&,cum declaratũ est φ accidentia,& formę mouenť per accidens p motũ subiecti,& partes sun tales, visum est φ partes mouenť p accñs.& hoc apparet ex verbis Ari & iõ excepit istũ modũ motus,& ĩ duxit exemplũ extraneũ ab vno illorũ, & d. poſe est vt ĩpartibile, &c & manifestũ est, φ motus puncti p motũ corporis est huiusmodi.D.d per se autem impossibile est, &c.id est, est autem motus indiuisibilis p se, & primo impossibilis est.

a Partes ñ mouenť p se,qa mouéť ĩ moto.


Mutetur.n.ex A B,in B C,siue ex magnitudine in magnitudinẽ,siue ex forma in formã, siue fm contradictionẽ.tempus aũt sit,in quo primo mutať, in quo D.Ergo necesse ẽ ipsum eo, quo mutať,tpe,aut ĩ A B,aut eẽ ĩ B C, aut aliud quidẽ qd huius ĩ hoc, aliud aũt quid ĩ altero. oẽ.n.qd mutať, sic se habebat. In vtroq; igitur nõ erit aliqd ipsius: partibile.n.erit. At vero neq; in B C. mutatũ.n.erit: supponitur aũt mutari.Relinquiť igiť ipsum in A B eẽ eo, quo mutatur,tẽpore. quiescet ergo.in eodem.n.eẽ tẽpore quodam quiescere est.

Ponatur igitur ipsum trãsferri de A B, in B C, siue de magnitudine in magnitudinem, siue de forma in formam, siue secundum contradictionem. et sit tempus, in quo primo transfertur, D: necesse est igitur, vt in tẽpore, in quo trãsfertur, sit aut in A B, aut in B C, aut quiddam est in hoc, et quiddã

in

A *in hoc. declaratum est.n.quòd haec est dispositio cuiuslibet, quod trāsmutatur. Impoßibile est igitur vt quiddam eius sit in vtroq;: quoniā tunc erit diuisibile quod non est. Neq; etiam in B C. quoniam tunc erit iam translatum: sed positum est transferri. Remanet igitur vt sit in A B, in tēpore, in quo trāsfertur. erit igitur quiesces. quoniā iam declarauimus quòd manere in eodē aliquo tempore quies est.* D

Demonstratio, quòd impossibile est Impartibile per se moueri.



Mobile indiuisibile.

87 Ponatur igitur vt transmutetur aut in loco, v.g. de B in C, aut in augmento, & diminutione, v.g. de minore magnitudine in maiorē, aut ī qualitate. & hoc intendebat, cum d. de forma in formā. aut in substantia. & hoc intendebat per contradictionem. D. d. & sit tps, &c. & intendit per A B, illud, ex quo mouet, siue fuerit vbi, aut quale, aut quantū, aut substātia. & ītēdit per B C, illud,
C ad qd trāsmutat. & q. d. necesse est igit vt transmutatum in tpe, in quo transmutatur, sit aut in eo, ex quo transmutat, aut in eo, ad qd, aut qd dā in eo, ex quo, & quiddā in eo, ad
Supra. 32 qd D. d. declaratum est.n. &c. i. declaratū est.n. cum declarauimus q omne motū est diuisibile, q de moto, qd mouetur, quędā pars eius est in eo, ex quo, & q̄dā in eo, ad qd. Et, cum posuit hoc fundamentū, dixit: Impossibile est igit vt quiddā eius sit in vtroq;: qm̄ tūc erit diuisibile, i. qd est cōpositū. D. declarauit hoc fm rememorationē, & d. Neq; ēt ī B C, qm̄ tūc erit iā trāslatū: sed positū est trāsferri. i. & īpo le est, dū mouet vt sit ī eo, ad qd, s. ī B C, qm̄ tūc cōplebit motus: sed ipsum positū ē adhuc moueri. D. d. Remanet igit, vt sit ī A B in tpe, in quo trāsfert. i. si igit nō fuerit ī eo, ad qd ē motus, s. ī B C, remanet vt sit ī eo, ex quo ē motus, s. in A B, in tpe, in quo mouetur. D. induxit īpo le, qd sequit ex hoc, & d. erit igit quiescēs. qm̄ iā declarauimus q manere in eodē aliquo
F tpe est quies. i. &, si motū, dū mouetur, fuerit in eo, ex quo, tūc erit qescēs, & motū insimul. ipsum.n. esse ī eo, ex quo, est ī tpe. & iā declarauimus q oē, qd est in aliquo tpe, i. demōstratū in actu, est ī eo quiescēs. & sic, dū mouet, erit quiescēs: qd est īpossibile. &, cū destruxit hęc duo, remanet tertiū, & est vt quędā pars eius sit in eo, ex quo, & q̄dam in eo, ad quod, non in actu, sed in instanti. qm̄ tunc esset quiescēs, non motū.

G tum. &, cũ quędã pars eius fuerit in eo, ex quo, & quędã in eo, ad qđ, necessario diuiditur: qđ est cõtra positũ. positũ.n.ẽ ipsum eẽ indiuisibile.

Quare non contingit id, qđ impartibile est, moueri, aut omnino mutari. Vnice.n.hoc pacto esset ipsius motus, si tþs eẽt ex ipsis nunc. semper.n.in ipso nunc motum esset, & mutatũ, vt moueatur quidẽ nunquam, motum aũt sit semper. Hoc autem ꝙ impossibile sit demonstratum est & prius. neq;.n. ex
H ipsis nũc est tempus, neq; linea
* Mutatis. ex punctis, neq; motus ex * momẽtis ẽ. nihil.n. aliud facit hoc dicens, ꝙ motum ex impartibilibus. sicut si tþs ex ipsis nunc, aut magnitudinem ex punctis.

Impoßibile est igitur impartibile moueri, aut transmutari omnino. Poßet.n.hoc modo moueri, s. si tempus componeretur ex instantibus. quoniã semper moueretur, & transmutaretur in instanti, et sic nunquã moueretur, & esset iã
I *motum. Et iam declarauimus hoc esse impoßibile. tempus.n.non cõponitur ex instantibus, neq; linea ex punctis, neq; motus ex finibus. dicẽs.n.hoc nihil magis dicit, quã quòd motus componitur ex partibus indiuisibilibus. ac si diceret quòd tempus cõponitur ex instantibus, & longitudo ex punctis.*

88 Cum declarauit, ꝙ indiuisibile nõ mouet, vult dare cãm in hoc, & est, quia tẽpus, & motus, & magnitudo sunt continua, & ꝙ hoc nõ esset possibile, nisi tþs componeretur ex instantibus, & motus ex finibus motuũ, & magnitudo ex punctis. & hoc intendebat, cũ dixit: Posset .n. moueri, &c. D.d. qm̃ semp moueret, &c.i. ex hoc.n. sequeretur vt motũ semp transferretur de instanti ad instans, & de magnitudine indiuisibili ad magnitudinẽ indiuisibilẽ. mot⁹.n. indiuisibile tunc eẽt, si esset in magnitudine indiuisibili, & in tpe indiuisibili, & eẽt mot⁹ cõpositus ex finibus motuum. D. induxit impoſſe, qđ sequitur ex hoc, &
d. qm̃ semp moueretur in instanti, &c.i. si ita esset, tunc motũ iam eẽt motũ, & trãsmutatũ absq; eo, ꝙ ante moueret, i. tunc finis motus esset sine motu. nã motus, qui est in tempore indiuisibili, necesse est vt sit in diuisibilis: & sic eẽt finis motus. & in fine motus dr̃ motum iã eẽ motum. & hoc intẽdebat, cum d. & sic nunquã moueret, &c. D. d. dicẽs.n. hoc, &c.i. dicens.n. motũ esse indiuisibile, cõtingit ei dicere, ꝙ motus componit ex motibus indiuisibilibus, & ꝙ magnitudo cõponitur ex punctis. Et hoc, ꝙ dixit, manifestũ est. qm̃ a causa in cõtinuatiõe motus est hæc, ꝙ motum est de natura continui. & hæc est causa ẽt in hoc, ꝙ tempus sit de natura continui.

K

L

M a Cã ĩ hoc ꝙ mot⁹ sit cõtinu⁹, ẽ qa motũ ẽ de nã cõtinui. Idẽ. 1. cõ. 5. & ibi.

Amplius aũt et ex his manifestũ est ꝙ neq; pũctũ, neq; aliud indiuisibile vllũ contingit moueri. Omne.n. qđ mouet, impossibile est per maius moueri seipso prius, ꝙ aut per æquale, aut minus. sicut hoc, manifestũ est ꝙ & punctũ per minus, aut æquale

A æquale mouebitur primũ . qm̃ autem indiuisibile est, impossibile est minus moueri prius . p̃ æquale ergo sibĩpsi . quare erit linea ex punctis. semper. n. cum per ęquale mouetur, omnem lineam punctum mensurabit . si autẽ hoc impossibile est, & moueri ĩdiuisibile impossibile est.

Et apparet etiam ex dictis quoniam impossibile est punctum moueri neq; aliud indiuisibile. Omne .n. motum impossibile est moueri

B *per spatium maius ipso, antequã moueatur aut per æquale, aut per minus . ergo manifestum est etiã quòd, cum punctus mouetur, prius mouebitur, aut per minus seipso, aut per æquale: sed punctus est indiuisibilis: ergo non mouebitur per minus: ergo mouebitur per æquale . quapropter linea cõponetur ex punctis. nam, cum punctus semper moueatur per æquale, mensurabit totam lineam : sed hoc est impossi*

C *bile; ergo & impossibile est indiuisibile moueri.*

89 Hæc est alia declaratio à prædicta. in prima. n. vtitur eisdẽ propõnibus, quibus vsus est, cũ declarauit φ oẽ motum est diuisibile, & declarauit per eas inducendo ad impõse. declarauit, s. φ oẽ, qđ nõ diuiditur, nõ mouet̃. &, si apparet s̃m conuersionẽ per cõtrapositionem φ, si omne motũ est diuisibile : ergo oẽ, qđ nõ diuidit̃, non mouetur. sed Arist. intendit in oĩbus, q̃ declarauit, naturã rei, de qua loquit̃, nõ res accidentales. Auẽpa. vero nõ bene d. fingit. n. φ diuisibilitas, quã negauit à moto, est alia à diuisibilitate, quam dedit hic moto : & φ illa diuisibilitas, quã illic declarauit, est diuisibilitas cõtinui, s̃m illud, ex quo, & s̃m illud, ad qđ. & iã determinauimus hoc superius . Hæc autẽ declaratio fundata est sup propositiões alias. Quarũ vna est, φ impossibile est aliquid pertrãsire spatiũ maius ipso, quin prius pertranseat aut ęquale, aut minus : deinde posuit, φ punctus impoſſe est vt pertranseat minus se, anteq̃ mouet̃ per maius : ex

D In hoc sex to. c. 32.

quo sequit̃ ipsum moueri p̃ æquale . & hoc sequitur lineã cõponi ex punctis : qđ est falsum . impossibile ergo illud, ex quo sequitur, est impossibile. Quòd autẽ, si indiuisibile mouetur p̃ æquale, linea erit cõposita ex punctis, manifestum est. qm̃ motũ tunc pertransit spatium, qñ mensurat illud per se. si igitur indiuisibile mensurat lineã, quam pertransit ergo mensurat illã per puncta contigua, q̃ sunt partes illius, & qđ est tale, videtur componi ex punctis. Et hoc, qđ dixit necesse est. & si non, contingeret quęstio Zenonis. Nam, si motum esset indiuisibile, & moueretur per ĩdiuisibilia, s. per puncta, & puncta in linea sunt infinita, necessario sequitur nunquam motum peruenire ad finem spatij. & ista consecutio hic est alio modo ab eo, quo vtitur ea Zeno. E F

Amplius aũt, si omne in tempore mouetur, in ipso aũt nunc nihil, oẽ autem diuisibile tẽpus est, erit aliqđ tẽpus minus quouis eorum, quæ mouentur, in quo mouetur per tm̃, quantum

ipsum

G ipsum est. Hoc igitur erit tps, i quo mouetur ppea ꝙ oẽ ĩ tpe moueť. tps aũt oẽ diuisibile esse demr̃atũ est pri⁹. Si ergo pũctũ mouetur, aliqđ erit tempus minus, in quo ipsum motũ est. sed impossibile est: in minori .n. per minus necesse ẽ moueri. quare erit diuisibile id, qđ indiuisibile est in minus, sicuti & tẽpus in tempus. vnico .n. modo moueret id, qđ impartibile est, & indiuisibile, si esset in ipso nũc impartibili moueri possibile. eius-

H dem .n. rõnis est in ipso nũc moueri, & indiuisibile qd moueri.

Et declaratum est etiam, quòd omne tempus est diuisibile. Si aũt punctus mouetur, erit tempus minus tempore, in quo mouetur secũdum illud. sed hoc est impoßibile: nam illud, quod mouetur in tempore minori, necesse est vt sit minus: ergo indiuisibile erit diuisibile in minus secundum proportionem illius temporis ad istud. quoniã hoc

I *solummodo posset impartibile, & indiuisibile moueri, scilicet si esset poßibile impartibile moueri ĩ instanti. ratio .n. eadem est in hoc, quòd motus sit in instanti, & in hoc, quòd indiuisibile moueatur.*

90 Hæc est tertia declaratio, ꝙ omne indiuisibile non moueť. & fundatur sup hoc, qđ narrabo. Primo autẽ ponit ꝙ omne, qđ moueť, mouetur in tpe: deinde ꝙ oẽ tps est diuisibile in tẽpora: ergo omne motum mouetur in tpe diuisibili in tẽpora. Deinde posuit, ꝙ oẽ tps, quod est pars tẽporis moti, motũ moueť in eo per spatium minus spatio, p qđ moueť in toto tempore: ex quo cõcluditur ꝙ oẽ motum moueť in tẽpore in partibus illius tẽporis, per minorẽ magnitudinem. D. posuit ꝙ omne motũ in aliquo tpe p spatium ęquale suę magnitudini, moueť in partibus illius tpis p minus sua magnitudine: ex quo sequitur vt omne motum sit diuisibile. Et dicit: Et declaratũ est ꝙ oẽ tps est diuisibile. si igiť punctus moueať erit hoc tps minus tpe, in quo punctus mouetur p spatiũ æquale suæ magnitudini. qđ est impoſſe. D. d. qđ .n. mouetur minus, &c. i. & hoc sequiť, quia iã posuimus ꝙ oẽ, qđ moueť in tpe minori tpe, ĩ quo moueť aliqđ ęquale magnitudini eius, necesse est vt moueať in eo per aliqđ minus magnitudine eius. Si igitur punctus mouetur in tẽpore minori tpe, in quo moueť ęquale, contingit ipsum esse diuisibilẽ ſm proportionẽ temporis, ĩ quo mouetur æquale ei, & ad tps, qđ est minus. In hoc igitur syllõ nõ expressit, nisi duas propõnes. quarum vna est, ꝙ omne tps est diuisibile. secunda autem, ꝙ, cũ motum mouetur, minori tpe moueť p minus, q̃ per qđ moueť in maiori tpe. & dimisit propõnẽ dicentẽ, ꝙ in oĩ tpe põt fieri motus. & similiter dimisit conclusiões, quas nos exposuimus superius. D. d. qm̃ hoc solummodo. &c. i. &, qa sequitur ex hoc, vt non sit tps minus tpe, in quo punctus moueť per aliquod sibi ęquale: ex quo nõ sequitur impossibile. D. d. eadem .n. ratio est, &c. i. qm̃ vtrunq; sequitur

K

Tex. cõ.

L

M

A ad reliquum, s. quoniam posito aliquo indiuisibili moueri, sequitur motum esse in instanti: & similiter posito quòd motus sit in instanti, sequitur indiuisibile moueri.

Nullã magnitudinẽ esse infinitã. Cap. 3.

MVtatio aũt nulla est infinita. omnis. n. ẽ ex quodam in quiddã, & ea, q̃ est in contradictione, & q̃ est in cõtrarijs. Quare earũ, q̃ ſm cõtradictionẽ sunt, affirmatio, & negatio terminus est. vt genera
B tiõis quidẽ id, qđ est, corruptionis vero id, qđ non est. Earũ autem, quę sunt in contrarijs, ipsa contraria. hæc. n. sunt extrema mutationis. quare & alterationis omnis est, contrarijs. n. quibusdã est alteratio. Similiter autẽ & augmentatiõis, & diminutionis. augmentationis. n. terminus est qui ſm naturã propriã est perfectę magnitudinis, diminutionis vero huius remotio.

C *Et nulla transmutatio est infinita. iam. n. declarauimus, quòd transmutatio est de aliquo in aliquid, aut in contradictorijs, aut in contrarijs. In contradictorijs vero fines erunt affirmatio, & negatio. v. g. quoniam finis generatiõis est esse, corruptionis vero finis non esse. In contrarijs vero fines sunt duo cõtraria. hic. n. duo sunt extrema transmutationis. sunt igitur fines omnis alterationis: alteratio enim fit ex contrarijs. Et secundũ* D *hoc & augmenti, & diminutiõis erunt. finis. n. augmenti est peruenire ad perfectam quantitatem propriam rei, finis vero diminutionis est maxime distare ab hac dispositione.*

91 Intendit declarare q nullus quatuor motuum est infinitus, neq; ex vtroq; extremo, neque extremo, ad qđ est motus, pter translationẽ circularẽ posita. n. infinita ex vtroque extremo sequitur impoſe. Et d. Et nulla transmutatio est infinita. & intendit hic per transmutationem, modos quatuor motuũ. D. d. iã. n. declarauimus, i. in initio Quinti. D. d. aut in contrarijs. Et intendit per contraria opposita, quę inueniunť in alteratione, quę dicunť cõtraria principaliter, & proprie, & quę inueniunť in augmẽto, & diminutione, s. magnũ & paruũ. D. d. In cõtrarijs vero fines eorũ erunt contraria, i. q̃ dicunť pprie. D. d. Et ſm hoc & augmẽti, & diminutiõis erũt fines. i. qm̃ maximũ augmẽtũ, & maxima diminutio erũt fines eorũ. oẽ. n. generabile naturale hẽt aliq̃ quãtitatẽ naturaliter in initio gñationis, & fine, & ista quãtitas habet extrema & mediũ. v. g. qm̃ quantitates embryonũ sũt termĩatę, s. minimi embryõis, & maximi embryõis: & siſr quãtitates hoĩum sunt terminatæ, s. maximi & minimi. vñ impoſe est augeri in ĩfinitũ, aut diminui. nã si trãsiuerit quãtitatẽ naturalẽ ĩ diminutiõe, & in additiõe, statim corrũpeť ens. actio. n. cuiuslibet entis pficiť p q̃titatẽ, & qualitatẽ terminatã: sicut ẽ dispõ ĩ entib⁹ artificialibus.

Null⁹ mot⁹ ẽ ĩfinit⁹ pter motũ circularẽ. Idẽ ĩfr. c. 94.

E

Cõtraria ĩ alteratiõe sũt cõtraria principalr, & ppie. vide p hoc. 4. cœ. c. 38.

F

Oẽ gñabile nãle h3 aliquã q̃titatẽ nãlr ĩ initio gñatiõis, & fine, & ista q̃titas hẽt extrema, & mediũ. vid cõsiſe 3. c. 32. & q ibi.

Latio

G Latio autem sic quidē nō erit finita. non.n.oīs ī cōtrarijs est. Sed, qm̄ impossibile ē diuisum esse sic ex eo, quia non cōtingit esse diuisum: (multipliciter.n. dr̄ impossibile:) diuidi non cō tingit id, qd sic impossibile est diuidi, nec omnino qd impoſſe est fieri, fieri: neq; quod mutari īpoſſe est, continget vtiq; mutari in id, in qd poſſe est mutari.

Sed translatio hoc mō non erit finita. quoniam non omnis translatio est in contrarijs. H *Hoc autem, quia illud, quod impoßibile est diuidi hoc modo, .ſ. non recipit diuiſibilitatem: cum illud, quod impoßibile est diuidi dicitur multis modis: impoßibile est illud, quod hoc modo non poteſt diuidi, vt ſit diuiſum, & quod impoßibile est vniuerſaliter eſſe non erit: & quod impoßibile eſt etiam tranſmutari, non tranſmutatur ad illud, ad* 92 *quod non poteſt tranſmutari.*

I Quia cōtrarietas in loco non inuenitur in oībus trāslationibus, sicut in trāslatiōe animati, & in quibus inuenit̄, nō manifeste inuenit̄ cōtrarietas in eis, vt in trāslatiōe naturali in loco, ſ. quatuor elementorum: a translatio.n. alia est ex anima, & alia à natura, & alia recta, & alia circularis: incœpit hic demonstrare q; non pōt declarari translatiōnē rectam esse finitā eo mō, quo declaratur hoc in cęteris motibus, & d. Sed trāslatio hoc mō, &c.i. sed ex hoc mō declarationis nō apparet translationē esse finitam. & causa in hoc est. qm̄ non oīs translatio K ē de cōtrario in cōtrariū, vt est trāslatio animaliū. D. dedit modū, quo pōt hoc declarari in translatiōe, & d. Hoc autē, quia illud, qd̄ impossibile est diuidi hoc mō, &c.i. ſm autem q; manifestū est per se, q; illud, qd̄ impossibile est diuidi, i. quia nō recipit diuisibilitatem, impossibile est vt incipiat diuidi: & similiter illud, qd̄ impossibile est generari, impossibile est ipsum incipere generari: & vr̄r illud, qd̄ impoſſe est vt trāsmutetur, nunquā incipiet transmutari. ex hoc autē pōt hoc apparere. L Et d. cum illud, qd̄ īpossibile est diuidi, dicitur multis modis, præseruando se ab ęquiuocatione. Nā indiuisibile dr̄ illud, cuius genus innatum est diuidi: vt cum dicimus q; corpus cœleste est indiuisibile. & dicitur ēt illud, cuius genus nō est innatū diuidi: vt cū dicimus q; vox est indiuisibilis. & ipse intendit hic p indiuisibile illud, qd̄ est de genere diuisibili. D. d. impossibile est illud, qd̄ hoc mō, &c.i. & dico q; nunq̄ diuidetur illud, qd̄ impossibile est diuidi, cū ītellectū fuerit ex hoc illud, qd̄ intendimus per indiuisibile: cū M indiuisibile dicatur multipliciter. &, quia diuisibilitas est similis in hac intentione transmutationi, dixit: & quod impossibile est vniuersaliter, &c.i. & hoc, qd̄ diximus de diuisibilitate, commune est generationi, & transmutationi, ſ. q; omne, qd̄ impossibile est generari, impossibile est ipsum incipere in generatione: & a vniuersaliter omne, quod impossibile est transmutari, impossibile est ipsum incipere in transmutatione.

Cōtrarietas ī loco ñ īuenit̄ ī oīb9 trāsmutatiōībus et ī q̄b9 īuenit̄ ñ ē manifesta. Idē. 5. ph. c. 9. et. 8. ph. c. 16. & 62. & 4. cœl. c. 33.

a Translatio ex aīa à nā recta circularis.

Indiuisibile duplex.

a Vr̄r oē, qd̄ īpoſſe ē trāsmutari, īpoſſe ē ipm̄ īcipe in trāsmutatiōe. idē 1. cœ. te. c. 58. & 3. cœ. t. c. 19 & 4. cœ. t. c. 33.

Si

A Si ergo id, quod fertur, mutetur in aliquid, & possibile erit mutari. quare non est infinitus motus, neq; feretur infinito motu. impossibile.n.est transire illum. Quod igitur sic non est infinita mutatio, vt non finiatur terminis, manifestum est.

Et, si translatum transmutatur ad aliquid. poßibile est transmutari. ex quo sequitur vt nullus motus sit infinitus, & vt motus non recipiat aeternitatem. quoniā
B *impoßibile est pertransiri. Manifestum est igitur, quòd impoßibile est vt transmutatio sit aeterna secundum hunc modum, scilicet vt non habeat finem terminatū.*

93 Cum posuit principiū, s. ꝙ illud, qđ impoſſe est trāſmutari, nunq̄ incipiet in trāſmutatiōe, posuit aliud principiū, & est ꝙ illud, qđ transmutatur rectè, tūc pōt transmutari, cū trāſmutatur ad aliquē finē. nā impossibile est ipsum transmutari ad nihil s. qm̄, si hoc esset, tunc motus eēt ociosus. D. posuit ēt ꝙ ucqd trāſ
C mutatᷓ trāſmutatᷓ ad aliqđ ēt in trāſmutatione, q̄ est via ad esse, & conclusit, ꝙ illud, qđ transmutatᷓ ad infinitū, impoſſe est transmutari. deinde coniungit huic, ꝙ illud, qđ impossibile est transmutari, nunq̄ incipiet trāſmutari, & cōclusit ꝙ trāſlatum in infinitū impoſſe est vt incipiat in translatione, ergo translatū recte in infinitū impoſſe est esse. Et d. Et, si translatū transmutatur ad aliquid, poſſe est transmutari: &, si trāſmutetur ad nihil, id est ad non finē, impoſſe est trāſmutari. & totū

hoc intelligēdū est de trāſmutatione, q̄ est via ad esse. D
D.d. ex quo sequitur vt nullus motus sit īfinitus, i. rectus. nā illud, qđ mouetᷓ in infinitū, non mouetᷓ ad aliqđ ens. D.d. cām in hoc, & d. qm̄ impossibile est pertrāſiri. qm̄ illud, qđ mouetur in infinitū, nunq̄ pertrāſibit spatiū: sed illud, qđ impossibile est fieri, nunq̄ incipiet fieri: ergo translatū in infinitum non est, & hoc intendebat cum d. Manifestū est igitᷓ ꝙ impoſſe est transmutationem esse ęternam hoc modo, i. recte, & hoc essentialiter. Et ipse non expressit in hoc sermone, nisi solummodo propōnes, E
quæ sunt necessariæ in concludendo illud, qđ intēdit concludere fm suum morem in abbreuiatione.

Sed, si esse posit sic, vt tēpore sit infinita, vna, & eadem existens, cōsyderandū est. Nā vna quidē, si non fiat, nihil fortassis prohibet. vt si post lationē alteratio sit, & post alterationē augmentatio, & rursus generatio. sic.n. semper quidē erit tpe motus, sed nō vnus, ppea ꝙ nō est vnus ex omnibus. Vt autē fiat F
vnus, non contingit infinitum esse tempore, preter vnū. hic autem est vnus, ipsa circulo latio.

Sed consyderandum est vtrum sit poßibile vt sit hoc modo, s. vt in aliquo tempore sit transmutatio infinita, & eadē. Si aūt nō vnus, nihil prohibet, vt si post translationem sit alteratio, & post alterationem sit augmentū, deinde generatio. hoc.n. modo potest esse in tempore principium motus, sed nō

G *Vnus. nam ille, qui fit ex istis omnibus, nõ est vnus. Sed, cum fuerit vnus, impossibile est vt sit infinitus in tempore, præter vnũ. & est translatio vna. q̃ fit circulariter.*

94 Cum declarauit, ꝙ impossibile est vt vnus motus rectus sit infinitus, vult perscrutari de hoc simpl'r, s. vtrum sit possibile. vt vnus motus sit infinitus, & si non rectus. Et d. Sed consyderandũ est, &c. i. sed consyderandum est vtrum nullus motus vnus sit ĩfinitus, aut aliquis vnus motus
H sit infinitus. qđ declaratum est esse impossibile in motibus rectis. Et, cum induxit illud, de quo perscrutandum est hic, dixit: Si autem non vnus, nihil prohibet vt hoc sit, i. si autem iste motus non fuerit vnus, sed sese, nullum impossibile videtur sequi ex hoc: ĩmo in Octauo istius libri declarabitur hoc eẽ possibile. D. d. qm̃ hoc modo erit in tempore principium motus, vt mihi videtur, qm̃ hoc modo potest esse in tẽpore, quod semper fuit, & erit motus factus. & si non, tunc omnis mo
I tus esset æternus. & hoc est accidẽs motui. D. d. sed nõ vnus. idest, quia motus congregati ex pluribus vno motu istorum non est vnus, s. ille qui est finitus. &, cum iste non est vnus, infinitus non erit vnus. & hoc declaratum est ex illo, quod dictũ est in vno motu, in Quinto istius libri. D. d. Sed, cum fuerit vnus, &c. i. sed, cum posuerimus vnum motũ, impossibile est vt sit infinitus præter translationem circularem: ex qua non sequitur impossibile: immo declarabiť in Octauo hoc esse necessarium.

ARISTOTELIS
DE PHYSICO AVDITV
LIBER SEPTIMVS,
Cum Auer. Commen.

SVMMAE LIBRI.

A tex. 1. vsq; ad. 9. declarat, omne, qđ mouetur, habere motorem.
A tex. 9. vsq; ad 14. probat, omnia mota in loco reduci ad primum, nec eẽ processum in infinitũ ĩ mouẽtibus, et motis.
A tex. 14. vsq; ad. 21. ostendit primũ Mouẽs simul eẽ cũ eo, quod ab eo moueť.
A tex. 21. vsq; in finẽ quærit, vtrũ oĩs mot⁹ habeat cum oĩ motu comparationem. L




Mne, qđ mouetur, necesse ẽ ab aliquo moueri. si * igiť in seipso nõ habet prĩcipiũ motus, manifestum est ꝙ ab altero moueť. si autem in seipso, accipiať in quo A B, qđ moueať, non ex eo, quia partiũ huius aliqua mouetur. Primũ igitur opinari A B à seipso moueri, ꝑpea ꝙ totũ moueť, & à nullo externorum, simile ẽ, M ac si qs ipso D E mouẽte ipsum E F, et illo moto opineť D E F à se ipso moueri. ꝑpea ꝙ nõ intueť vtrũ ab vtro moueať, vtrũ D E ab E F, an E F ab ipso D E.

*a. L enim

Omne motum necessario mouetur ab aliquo. si autem principiũ motus non fuerit ex ipso, manifestum est, ipsum moueri ab alio: nã motor eius erit aliud. si aũt principium motus huius fuerit ex ipso, acci-

A *accipiatur per se, et sit A B, ita, quòd moueatur, non quia aliquid ex eo mouetur. Dicamus igitur prio, si fuerimus imaginati quòd A B non mouetur ab aliquo, quia secundum totum mouetur, et motus eius nõ est ab aliquo extrinseco, ex quo aliquis est opinatus, cũ D H mouet H Z, et mouetur, quòd D Z non mouetur ab aliquo: quod non scit quod mouet, & quid mouetur, vtrum Z H mouetur à D H, aut D H à Z H.* D

Demonstratio, probans, omne, quod mouetur, ab alio moueri, quamuis non apparet ipsum mouens.



1 Appet sẽsui aliqd moueri ex se, absque eo, q; distinguat motor à moto. Idẽ 2. ph. c. 3.

IN hoc tractatu incipit pscrutari, vtrũ oẽ motũ hẽat motorẽ, cũ appareat, sensui aliqd moueri ex se, absq; eo, q distinguat motor à moto sensu, vt in quatuor elemẽtis. & quidã dicũt q ista demro, quã induxit in hoc tractatu nõ est vera, adeo q Gal. fecit in hoc tractatũ, in quo nitit declarare corruptionẽ istius demronis. & quidã expositores dicũt, q illud, qđ declarauit in initio istius tractatus, est superfluũ, cũ hoc sit declaratũ pfectius ĩ Octauo. & nos cõsyderabimus bñ ĩ hoc. Et dicit: Oẽ motũ, &c. i. ex hoc, qđ dicã. Et, quia rerũ motarũ alia mouet ex se. & alia mouet ab extrinseco, in quibus manifestũ est ea moueri à motore, d. si aũt prĩcipiũ motus, &c. i. mota aũt, q mouent ab aliquo extrinseco, nõ ex se, manifestũ ẽ ipsa moueri ab alio. motor. n. eorũ apparet esse aliud, vt motus lapidis à baculo, & baculi à manu. D. d. si aũt principium motus, &c. i. mota vero, q videntur moueri ex se, nõ ex extrinseco, sunt illa. de quibus intẽdim⁹ declarare ipsa moueri à motore alio. ponat igitur tale motum moueri per se, non per partẽ eius, i. moueri fm totũ, nõ quia pars eius moueret totũ. illud. n. qđ mouetur fm totum. quia pars eius mouet totum, est motum per accidẽs, vt motus corporis totius animalis p motum caloris naturalis, aut musculorum. a motum enim primum per se in animalibus est cor, quod non mouet fm totũ, quia pars eius mouet se, & mouet totũ. & hoc ẽ intelligendũ ex hoc, qđ dixit & moueat A B, nõ qa aliquid ex eo mouetur. Et dixit hoc, quia istud motũ, de quo vult perscrutari, s. q mouetur per se, debet esse motum secundum totum,

C Qui sint isti expositores. vid. infr. c. 7. et 1. 8. ph. 33. &. 2. -. &. 45. c. &. 4 cõe. c. 25.

F

a Motũ primũ p se ĩ aĩalib⁹ est cor. Idẽ infra c. 4. & 6. ph. 59. & 3. đ aĩa. 55. &. 2. cõe. 12. oppositũ. 1. đ aĩa. 37. vbi d. q sũt pedes. Vide cõe. 2 im.

G tum, non ſm partẽ, vt dictum eſt in principio Quinti, ꝙ rei motę quiddã attribuitur motui, quia pars eius mouetur tm̃, reliquũ aũt mouetur ab iſta parte. qm̃ hoc intellectũ fecit Gal. & multos hoĩes errare in ĩtẽtiõe huius demõnis: & exiſtimauerunt ꝙ ex iſtis propõnibus propoſitis hic non ſequit̃ illud, qđ intẽdebat cõcludere. Et, cũ induxit genus moti, ĩ quo eſt dubitatio, & determinationẽ, quæ debet eẽ in moto, de quo vult declarare ipſum habere motorẽ, & eſt ipſum non moueri ſm totũ, quia pars eius mouet ſe, & mouet totũ cum tale cõpoſitũ H eſt ex pluribus vno moto, perſcrutatio aũt eſt hæc de vno moto ſimplici, dixit: Dicamns igitur primo, &c. i. dicamus ergo ꝙ exiſtimare hic eẽ aliqua, quę mouet ſe, pp hoc, ꝙ apparet ſenſui, non eſt ſufficiens. nã illa, quę vident̃ moueri ſm totum, & ſunt cõtinua, pñt diuidi in duas ptes, motorẽ, ſ. & motũ. & exiſtimat̃ ꝙ motor in eis nõ eſt diſtinctus à moto. v. g. vt ſit motor ĩ illa re D H, & motũ H Z, & D Z totũ motũ mouetur ex ſe, per qđ exiſtimat̃ ꝙ totũ mouet ſe, & eſt D Z, cum non ſentitur, vtrũ vnũ eorũ moueat reliquũ.

I Et, cum induxit cauſam, qua accidit homini dubitare in quibuſdam motis, & exiſtimare ipſam moueri ex ſe ſine motore, incœpit declarare quòd omne motum habet primum motorem.

Amplius id, qđ à ſeipſo mouetur, nunquã ceſſabit moueri ꝑpea ꝙ aliquid aliud ſtetit, qđ mouebatur. Neceſſe eſt ergo, ſi quid deſinat moueri eò, ꝙ aliud aliquid ſtetit, hoc ab altero moueri. hoc aũt, cũ manifeſtum factũ ſit, neceſſe eſt oẽ, quod mouet̃, moueri ab aliquo. Qm̃. n. acceptum eſt A B moueri, diuiſibile erit. omne. n. qđ mouet̃, diuiſibile eſt. diuidatur igitur ĩ C. neceſſe eſt igitur, B C quieſcẽte, quieſcere & A B. ſi. n. nõ accipiatur moueri. B C igitur quieſcente, mouebitur vtiq; A C. nõ ergo mouet̃ per ſe A B. ſed ſupponebatur, per ſeipſum moueri primum. manifeſtũ eſt igit̃ ꝙ C B quieſcẽte, quieſcet & B A, et tunc deſinet moueri. ſed, ſi qđ ex eo, qa aliud qeſcit, ſtat & ceſſat moueri, hoc ab altero mouetur. manifeſtũ eſt igitur ꝙ omne, quod mouet̃, ab aliquo mouetur. diuiſibile enim eſt omne, quod mouetur: & parte quieſcente, quieſcet totum. K L


Et dico etiam, quòd omne, quod non mouetur ab aliquo, non ceſſat à motu, ſi aliquid aliud ceſſet. Ergo neceſſe eſt quòd omne, quod ceſſat a motu per ceſſationem alterius, moueatur ab alio. quoniam, hoc ſi fuerit manifeſtum, neceſſe erit quòd omne motũ, cum ſit diuiſibile, moueatur ab aliquo. Quoniã cum videmus A B moueri, neceſſe eſt vt ſit diuiſibile. quoniam iam declarauimus quòd omne motum eſt diuiſibile. diuidatur igitur ĩ C: ergo neceſſe eſt ſi C B quieuit, vt A C quieſcat. ſi igitur non quieuerit, moueatur. ergo C B M

quieſcit,

A *quiescit, & C A mouetur. ergo A B non mouetur per se. sed positum est ipsum moueri per se. ergo declaratum est quòd, cum C B quieuerit, quiescet B A ēt à motu. sed, cum fuerit aliquid, quod quiescet à motu per quietem alterius, illud mouetur ab illo necessario. ergo manifestum est quòd omne motum mouetur ab aliquo. nā omne motum est diuisibile: &, cū pars quieuerit, totum quiescet.*

B

Demonstratio, probans quod omne, quod cessat à motu, per cessationem alterius, ab alio mouetur.



2 Quia manifestū est ꝙ oē, quod
C non mouetur ab aliquo, non cessat per cessationem alicuius, q̄m non quiescit nisi à se: &, cum posuit hāc propositionē, s. dicentē ꝙ omne, qđ non moueť ab aliquo, omnino nō cessat à suo motu per cessationē alterius: & hoc per se, nō per accidēs. & siue cessatio alterius fuerit per quietē, aut per corruptionē, sequiť per conuersionē per contrapositionem ꝙ oē, qđ cessat per cessationē alterius à motu, mouetur ab alio. Et hoc intendebat, cum d. Ergo necesse est, si aliquid cessat à suo motu, &c. i. & siue illud, per cuius cessationē, aut p cuius corruptionem cessat motus, fuerit ipse motor, aut aliquid, ex quo sequiť quies, aut corruptio motoris. Et, cū posuit ꝙ omne qđ quiescit per quietē alterius essentialiter, moueť ab illo: & si illud, per cuius quietē quiescit, nō sit motor, sed aliquid, ex cuius quiete sequiť quies motoris, aut eius corruptio: q̄m omne, qđ cessat eēntialiter per cessationē alterius, necesse est vt illud alterū sit, aut ipse motor, aut aliquid ex cuius quiete sequitur quies motoris, aut corruptio motoris: si autē hoc non fuerit, erit quiescens ab alio p accidens. D. d. q̄m, si hoc fuerit manifestū, &c. i. &, cū positū sit ꝙ quicquid quiescit p quietē alterius, moueť ab alio: & est declaratum ꝙ oē motum est diuisibile: apparet ex hoc ꝙ oē motū moueť ab alio. D. incœpit narrare modū consecutionis, & d. Q̄m, cum videmus A B moueri, &c. i. q̄m, cum posuerimus primum, & per se, i. nō per aliquā partē ī ipso, necesse est vt istud primū sit diuisibile. nam declaratū est ꝙ oē motum est diuisibile. D. d. diuidatur in c. i. & cum oē motum est diuisibile, diuidať igitur primū motum, qđ ponimus in puncto c. necesse est igiť, cū imaginati fuerimus ex hoc moto ꝙ est aliqua pars quiescens. v. g. c B, necesse est vt totū quiescat, s. A B. i. q̄m, cum pars C B quierit, quiescet pars A C. &, cum pars quiescit, necesse est vt totū quiescat. Et, cum posuit ꝙ necesse est vt istud motū quiescat, cum quieuerit aliqua pars eius, incœpit declarare hoc, ducendo ad inconueniens, & d. si igiť nō quieuerit, &c. i. si igitur tota

G ta magnitudo A B nõ quieuerit, cũ quieuerit pars C B, tũc pars A C mouebitur post quieté C B. & sic illud motum non erit motũ primo, & p se, sed erit motum per illam partẽ, quę remansit mota post quieté partis quiescentis: sed positum est primum motum, & inconueniens est. Et hoc, quod dixit, ꝙ motũ, ex quo quiescit aliqua pars, & corrumpit, & reliqua remanet mota, nõ est primum motum, est manifestum per se, cum concedatur hic esse primũ motum: & est manifestum per se hic esse primum motum hmõi. Et istam propositioné ignorauit Gal. & alij, qui non intellexerunt hanc demſonem, existimauerunt. n. ꝙ il-

Digressio, in qua oñ dit error Gal. & aliorũ ñ itelli

H lud, quod mouetur per se, nõ sequitur cũ aliqua pars eius quieuerit, vt totum quiescat, sed sequitur vt remaneat motum per partem, non p totum: quia intellexerunt hic per motum per se, illud, quod opponitur moto per accidens, non moto p partem eius. Et, quia hoc intellexerunt per motum per se, ideo nõ fuit necesse apud eos, cum in hoc moto quieuerit aliqua pars eius. vt residuum quiescat. & ideo nõ apparuit eis modus declarationis, quẽ Arist. intendebat in hoc loco. Et necesse est hic esse prima mota, quia corpora naturalia nõ diuidunt in infinitũ in eo, ꝙ sunt corpora naturalia. v.g. qm̃ primum motũ in igne est minima pars, quę põt esse ignis in actu: & similiter primũ motum caloris naturalis animaliũ est ẽt minima pars, quę potest mouere illud animal. & manifestum est in hoc modo motus, ꝙ, cum fuerit imaginatum ꝙ, cum pars eius quiescit, totum quiescit. cum igitur fuerit de-

gẽtiũ demſonem Arist.

I

Corpa nãlia ñ diuidunt ĩ ifinitũ ĩ eo, ꝙ sũt corpa nãlia. Idẽ. 6. ph. 32. & ibi diffuse.

K claratum ꝙ, cum pars primi moti quieuerit, statim totum quiescet: & omne, qđ quiescit à motu p quietem alterius necessario mouetur ab alio: concludit in prima figura, ꝙ primum motum est motum per aliud. &, quia omne motũ ex se necesse est, si ipsum non fuerit primũ motum, vt in eo sit primum motũ, sequit vt omne motũ ex se habeat motorem, & in hoc erat dubiũ de elementis, in animalibus vero manifestum est ꝙ motor differt à moto. Declaratum est igitur ex hoc sermone ꝙ ista demonstratio est vera, & quod est de genere signorum cer-

L torum: licet non sit de genere demſonum † simplicium. Et põt quis dicere ꝙ propositiões, q̃ vsitatę sunt in ea, non sunt vñes omni moto ex se. cum in corpore cœlesti impossibile est dicere ꝙ, cum quieuerit ps, quiescit totum, cum imaginari hoc sit impossibile. ista autẽ demſo fundata est super hoc, ꝙ partẽ quiescere in omni moto est possibile. quod est impossibile in corpore cœlesti: & silr in aĩa, quam Pla. ponit mouere se. Ad hoc aũt dicendũ est, ꝙ

Dubium. † a. l. simpliciter.

Solo.

M partem quiescere corporũ, & de quibus demratum est, qm̃ impossibile est vt corrumpant, aut quiescant, quodammodo est possibile, quodammodo impossibile. est. n. possibile, fm ꝙ est corpus, impossibile est autẽ, fm ꝙ est aliqđ corpus, v.g. neq; leue, neq; graue. &, quia cõsyderatio hæc est de corpore, fm ꝙ ẽ corpus, cum motum, fm quòd est motum, est corpus, ideo illud, qđ positum est hic, est possibile, ergo possibilitas hæc non datur corpori cœlesti, nisi modo possibili. Et sciendum est, quòd multa necessaria

Corp⁹ cœleste pt qescer, igtũ corp⁹, ñ ĩt igtũ aliqđ corp⁹. vid ĩ fiñ ď velocitate mot⁹. 6. ph. c. 15. & ď regularitate, & diuersitate motus. 5. ph. 45. &

A ria sequũtur p se multa possibilia. & ꝙ propter hoc est possibile in signis, vt propositiones eorum sint cõpositę ex possibilibus, & necessarijs: sed tamẽ necesse est, vt maiores sint necessarię: quoniam hoc mõ contingit ꝙ conclusio sit necessaria, sicut in hac demõratione, & plures demonstratiões Sexti istius libri sunt huiusmodi. Sed dissolutio, sup quã sustentandũ est in hoc loco est, qm̃ propositionum sylli inducentis ad inconueniens, aliæ sunt categoricę. aliæ hypotheticę. Hypotheticę autem sunt duobus modis. est.n. modus, in quo pręcedens est possibile, aut necessarium, si consecutio necessaria. v.g. si sol ascendit, dies est. & in hoc ponitur pręcedens, & concluditur consequens, aut destruitur oppositum cõsequentis. a Est alius modus, in quo præcedẽs est impossibile. & in hoc semp destruitur cõsequens, & nunquam ponitur antecedens. sed talibus propositionibus vtuntur in syllogismo ducente ad inconueniens. Cum igitur dixerimus quòd, si corpus cœleste, quòd si pars eius quieuerit, totum quiescet, necessario mouetur ab alio, est C consecutio vera: ac si diceremus ꝙ, si lapis volat, habet alas: licet lapidem volare sit impossibile: quem admodum corpus cœleste impossibile est vt pars eius quiescat. sed, cũ posuerimus cœlum moueri ex se, sequitur necessario oppositum pręcedentis illius cõtinuationis, quod est partem quiescere, ita, quòd totum non quiescat: ac si poneremus aliud, ex quo sequeretur quòd id, quod volat, non habet alas, verbi gratia si poneremus quòd volatile esset retentibile in aere per se.

2 gen. terrę & si generatiõe. 2. cœl. cõ. 104.

Propõnũ sylli ducẽtis ad icõueniẽs alię sũt categoricę aliq̃ hy B potheticę. Vid. 1. Priorũ diffuse 1 digressione ppria de syllis hypotheticis.

a Vid cõsise. 4. ph. c. 93. & 8. phy. c. 78.

SVMMA SECVNDA. D

I spe, ab hac sunt. vel.n. qualia passi sunt rememorātes delectant̄, vł sperātes q̄ expectāt. quare necesse ē oēm huiuscemodi voluptatē à sensibilib⁹ fieri. Qm̄ aūt voluptate, doloreq; inato, & virtus, & vitiū innascit̄: in his.n. sunt: voluptates vero, & dolores alteratiōes sunt sensitiui: manifestū q̄, cū alteratur aliqd, necesse et has abijci, atq; assu-

mere. Preterea generatio q̄dē ipsorū cū alteratione, ipsa aūt nō est alteratio. At vero neq; in intellectiua parte aiæ est alteratio. sciens.n. maxie eorū, q̄ ad aliqd dr̄. hoc aūt manifestū est. ſm.n. nullā potentiā motis scia innascit̄: sed cū extiterit aliquid. ex ea.n. q̄ ſm partē, experiētia, vlem accipim⁹ sciam. Neq; itaq; act⁹ generatio est: nisi quis & respectionē, & tactū generatio K
nes dicat. tale.n. est actus. rursus aūt ipsius vsus, et ipsius actus nō ē gñatio: nisi quis respectionis, & tactus putat generationē esse, & ipsum operari his silr. q̄ vero à principio sciē acceptio, nec est generatio, nec alteratio. nā, quia quietus est, residetq; discursus, scire, sapereq; dicimus. ad ipsum aūt quiescere nō ē gñatio. oino.n. nulli⁹ mutatiōis, L
quēadmodū dictū est prius. M
Præterea veluti, cum ex ipso ebrium esse, dormire ué, vel ægrotare i cōtraria mutatus fuerit aliquis, nō dicimus sciētē factū esse rursus: q̄uis impotēs erat vti scia prius: cum neq; qn̄ à pricipio habitū assumat. nā, quia residet aia, ex morali virtute prudēs fit qd, & sciens. quocirca & pueri neque addiscere possunt, neque

A que secundum sensus similiter, atque seniores iudicant. multa enim perturbatio, & motus. sedantur autem, & quiescunt, aliquādo quidem a natura, aliquādo vero ab alijs: in vtrisque autem, cum quædam eorum, quæ in corpore alterantur: quemadmodum in excitatione, & actione, quando fit vigilans, & excitatur. Manifestū igitur ex dictis quod
B alterari, & alteratio in sensibilibus fit, & in sensitiua animæ parte, in alia vero nulla, nisi secundum accidens.

SVMMA QVARTA.

Vtrum omnis motus habeat cum omni motu comparationem.

Quis motus cui motui sit comparabilis. Cap. I.

Dubitabit autem aliquis, vtrum omnis motus omni compa
C rabilis est, an non. Si igitur omnis comparabilis est, & æque velox est, quod in æquali tempore per æquale mouetur, erit circularis quædam æqualis rectæ, & maior etiam, & minor. Amplius alteratio, & latio quædam æqualis erit, cum in æquali tempore aliud alteratum sit, aliud vero latum. erit ergo passio æqualis longitudini. sed impossibile est. At, cum in æquali tēpore per æquale mota fuerit, tunc æque velox est: æqualis autem non est passio omnis longi- D
tudini: quare nō est alteratio lationi æqualis, aut minor: quare non omnis comparabilis est.

Et quæritur, vtrum motus coniungetur cum motu, aut non. Quoniam, si omnes motus coniunguntur sibi, & conuenientia in velocitate sunt illa, quæ in tempore æquali mouentur per æquale, tunc aliquis motus circularis erit æqualis recto. ergo aliquis motus circularis erit maior, aut minor illo. Et alteratio, & translatio erūt æquales, E
cum in tempore æquali hoc alteratur, & hoc mutat locum. ergo passio erit æqualis, longitudini: sed hoc est impossibile. Quoniam tunc velocitas est æqualis, quando duo pertransēūt in æquali tempore aliquod æquale: sed passio, & longitudo non sunt æquales: ergo neque alteratio, & translatio sunt æquales, neque vna minor est alia: ergo necesse est vt non omnis motus con F
iungatur cum omni motu.

21 Hæc est Quarta quæstio istius tractatus. In prima .n. declarauit quod omne motum habet motorem. In secunda vero, quòd omnia mota in loco reducuntur ad primum motū, quod mouetur a motore in ipso. Tertia autem est, quod omnis motor est insimul cum eo, quod ab eo mouetur in loco. Quarta vero est ista, vtrum omnis motus habet proportionem cum omni motu. Et dixit: Et quæritur, &c. & intendit per con-

G iunctionem superpositionẽ, & mensurationem, ita, ꝙ omnes mot⁹ possunt diuersari ſm magis, & minus. D.d. Quoniá, si omnes motus, &c. .i. qm̃, si omnes motus mensurẽt se adinuicem, aut superponuntur sibi adinuicem, sequitur vt motus circularis sit æqualis recto. Qm̃, si duo motus fuerint superpositi, aut mensurantes se adinuicem, tũc duo spatia, per quæ est motus, erunt talia. Et hoc intendebat, cum dixit: & cõuenientia in velocitate. &c. Et, cum induxit hoc improbabile, induxit aliud maius, & dixit: Et alteratio, & H translatio erunt æquales, &c. i. &, si quilibet motus mẽsuret quemlibet motum, sequitur aliud inopinabilius prædicto, & est, vt alteratio sit æqualis translationi, cum fuerint positæ in tempore æquali. D. induxit impossibile, quod sequitur ex hoc, & dixit. ergo passio erit æqualis longitudini. i. &. si alteratio est æqualis longitudini, necesse est vt qualitas sit æqualis loco, aut minor, aut maior. D. ĩduxit cãm ĩ hoc, qđ ẽ ĩposẽ, et dixit: sed hoc ẽ ĩposẽ, &c. i. sed hoc est ĩposẽ, quia æqualia in velocitate I dicuntur æqualia, quia in eodem tẽpore pertranseunt idem spatium in quantitate, & qualitate. &, si in translatione, & alteratione inuenitur æqualitas, necesse est vt qualitas sit æqualis loco: quod est valde inopinabile. Et, cum hoc multum apparet in alteratione, & translatione. s. qm̃ non dicuntur vniuoce, induxit conclusionem intentam, ita, ꝙ iam compleuit suã declarationem, & dixit: ergo nec alteratio est æqualis trãslationi. Et cum declarauit ꝙ alteratio non est æqualis translatiõi: .d. ergo necesse est vt nõ oĩs mot⁹,

Motus circularis si ẽ æqualis recto, Idẽ 4. phy. c. 129.

&c. i. vt nõ oĩs mot⁹ mensuret oẽm K motũ, cũ alteratio, & translatio sint mot⁹, tñ nõ æquales: & mensurãtia se adinuicem sunt illa, in quibus inuenitur æqualitas, &, quia aliquantulum est dubium de coniunctione motus translationis rectæ cum circulari, reuersus est ad illum.

In circulo autẽ, & recta, quomodo accidet? Inconueniens. n. est, nisi sit circulariter similiter hoc moueri, & hoc super rectã. sed confestim necesse est aut velocius, aut tardius: vt, si hoc decliue sit, hoc autem accliue. L

Sed considerandum quomodo est de circulo, & linea recta. Malum enim est dicere quòd hoc impossibile est, vt moueatur circulariter, & moueatur idem recte, & eodem modo. sed necesse est, vt cũ moueatur taliter vt motus eius sit velocior, & tardior sicut est necesse in eo, quod mouetur quandoque superius, & quandoque inferius. & hoc non nocet.

Cum induxit inopinabile, quod M cõtingit, si motus rectus sit propor- 22 tionalis motui circulari, incœpit inducere modum, quo potest quis existimare ꝙ isti positioni non sequitur improbabile, & dixit: Sed considerandum est, &c. i. quoniam manifestum est quòd motus alteratiõis non est proportionalis motui translationis, sed illud, de quo perscrutãdum est, est vtrum motus rectus sit proportionalis motui circulari, & ipse circulus lineæ rectæ. &, cum inter motum circularem, & rectũ sit pro-


A proportio, necesse est vt causa i hoc sit, quoniam inter lineam circularem, & rectam est proportio. & ideo perscrutatus est hic de circulo, & linea recta, & dixit: Sed consyderandum est, &c. Deinde induxit modum, quomodo existimatur quòd non sequatur hanc positionem improbabile, & dixit: Malum enim est dicere, &c. idest inconueniens est enim dicere quòd impossibile est vt aliquid moueatur circulariter motu æquali in velocitate sui motui recto. sed necesse est in eo, quod mouetur circulariter, & mouetur recte, vt B alter motus sit alio velocior, aut tardior, aut æqualis. Et hoc intendebat, cum dixit: sed necesse est, cum mouetur, &c. idest, quoniam quemadmodum motus rectus est velocior, & tardior alio motu recto, & similiter circularis cum circulari, ita est de recto cum circulari. Deinde dicit: & hoc non nocet, idest, & existimatur quòd nullum inopinabile sequitur ex hac positione.

Amplius nihil differt i ratione, si quis dicat necessarium esse confestim velocius, aut tardius C moueri. erit enim maior, & minor circularis recta. quare & æqualis. Si enim i A tempore, hoc D quidem lineam B transijt, illud vero lineam C, maior erit linea B linea C. sic enim quod velocius est dicebatur. ergo, si & in minori æquale, velocius est. quare erit aliqua pars ipsius A, in qua B circuli partem * æqualem transibit, & illud in toto A lineam C. * a.l.aliqd

Si igitur aliquis dixerit, quòd hoc necesse est, vt motus in loco sit E *velocior, & tardior, quoniam motus circularis debet esse maior, aut minor motu recto, ex quo sequitur vt sit æqualis ei. Quoniam, si aliquod motum mouetur in tempore A motu B, velocius quam motu C. quoniam hoc modo vocabimus velocius. ergo necesse est, si mouetur in minori tempore æqualiter, vt sit velocius. ex quo sequitur, vt tempus in quo B pertransit circulum, sit pars temporis A, &* F *in quo pertransit A lineam C, sit totum tempus.*


Demó-


G Demonstratio quòd, si motus circularis sit maior, vel minor in velocitate quam rectus, quòd possit etiam æqualis esse. K



H L

A Tempus.





I M

C linea recta.

---

23 Cũ dixit ꝙ visum est ꝙ inter motum circularem, & rectum est comparatio ſm velocitatem, & tarditaté, sicut accidit hoc in motibus rectis, cum omnes sint in loco, incœpit declarare qũo sequitur, si dicant᷑ velociores, & tardiores, vt dicantur æquales. & iterauit sermonem a capite, & dixit: Si igitur aliquis dixerit &c. i. si igitur aliquis dixerit ꝙ necesse est, vt in quibuslibet duobus motib⁹ positis in loco, vt alter sit velocior,

A cior,& alter tardior. quoniam oēs duo motus diuersi in loco, alter est maior,alter minor: & cum magnitudo,& paruitas inueniantur ī eis: ergo velocitas, & tarditas:ergo & æqualitas. omne enim,in quo potest esse velocius,& tardi⁹,pōt esse æquale. Et,cum posuit ꝙ omnes duo motus in loco possibile est vt alter sit maior,& reliquus minor,& in omni,in quo inuenitur velocitas, & tarditas,inuenitur æquale, & posuit ꝙ motus rectus,& circularis,ſm ꝙ ambo sunt in loco, inuenitur in eis velocitas,& tarditas,secundum magis B & minus:conclusit ꝙ in motu recto & circulari inuenitur velocius,& tardius,ergo & æquale. Et,quia ad certificandum propositionem dicentē ꝙ omne,in quo inuenitur velocius, & tardius inuenitur in eo æquale, melius est vti exemplificatione, dixit:Qm̄,si aliquod motum mouetur in tempore A,&c.i.ponaᵗ igitur ꝙ aliquod motum circulare, v.g. B, mouetur in tempore A motu velociori, q̄ motus alterius moti, quod mouetur in eo.v.g. C. ergo necesse est vt,velocius pertranseat spatium æquale ei, quod pertransit tardius ī C tempore minori. talis.n.est definitio velocioris. D.dixit:ergo necesse est,&c.i.&,cum sit positum ꝙ velocius est illud, quod in minori tēpore pertransit æquale spatium,erit ēt verum conuersum.s. ꝙ illud, quod mouetur in minori tpe per æquale spatium, est velocius. & intendebat per hoc verificare definitionem.&, cum fuerit coniūctum huic,ꝙ motum circulare potest esse velocius, aut tardius recto:cōcluditur ex hoc ꝙ motum circulare, & rectum mouentur per spatium æquale in minori tpe. Et hoc intēdebat, cū dixit: D ex quo sequitur,vt tempus. i. & sequitur, cum posuerimus ꝙ motum circulare.s.B est velocius q̄ motum C,& mota sunt in eodem tempore, .s.in A,& B circulare perficiat circulum in parte temporis A,in quo toto compleuit C lineam rectā. & sic possibile est vt aliud motum per lineam rectam sit velocius,q̄ motum C,ita, ꝙ velocitas sui motus ad motum C,erit sicut velocitas motus B, ad motum C. ex quo sequitur vt motus rectus sit æqualis circulari. Et hoc intendebat concludere,vt videtur. & dimisit conclusionem, quia E bene apparet ex propositionibus, quas induxit. deinde induxit inopinabile, quod opponitur huic conclusioni.

At vero, si sunt comparabilia,accidit id,quod nuper est dictum, esse æqualem rectam circulo.sed comparabilia nō sunt: neq; igitur ipsi motus. Sed quæcunq; non sunt æquiuoca, omnia comparabilia sunt. veluti, cur comparabile non est, vtrū acutius sit stilus,an vinum, aut vltima.quia .n. æquiuoca sunt, F non comparantur.sed vltima ipsi,quæ est iuxta vltimam comparabilis est: quoniam idem significat acutum in vtrisq;.ergo non idem velox,hic,& ibi. multo autem adhuc minus in alteratione,& latione. Cōparabiliū conditiones.

Sed,si coniungantur, continget illud,quod prius diximus, scilicet quòd linea recta sit æqualis circu

cu

G *culo: sed non coniunguntur, neque coniungũtur etiam motus. Sed omnia, quæ non sunt vniuoca, non coniunguntur. verbi gratia dicere, quare ista non coniunguntur, scilicet est acutius perforans, aut vinũ, aut neuma, quod dicitur vita. Dicamus quia ista sunt æquiuoca, et ideo non coniunguntur. sed neuma, quod dicitur vita, non coniunguntur cum neumate, quod dicitur amara vita: quia acumen in eis ha-*
H *bet eandem rationem. & forte velocitas hic non est velocitas illic. & hoc dignius est in alteratione, & translatione.*

24 Cum induxit sermonem, ex quo existimatur ꝙ motus rectus est proportionalis motui circulari, reuersus est ad improbabile, quod contingit huic positioni, & dixit: Sed, si cõiungãtur, &c. i. & sequetur quia motus rectus non habet rectitudinem, nisi propter magnitudinem rectã, & similiter motus circularis ꝓpter magnitudinem circularem. Si igi-
I tur motus rectus sit æqualis motui circulari, cõtingit necessario vt magnitudo recta sit æqualis circulari: ergo superponuntur. sed notum est ꝙ linea recta non superponitur circulari: & necesse est, vt illa, quæ mẽsurant se adinuicem, vt superponantur sibi adinuicem. Et dixit illud, qđ diximus prius, & per se non dixit prius, quod sequitur ex hac positione, vt linea recta sit æqualis circulari. quoniam hoc sequitur ex illo, qđ sequitur ex prima positione, scilicet ꝙ vt motus circularis coniungatur cum motu recto, & est vt motus circularis sit æqualis recto. Quoniam, K
si ex hoc, quod ponitur quòd duo isti motus coniunguntur, sequitur vt sint æquales, & ex hoc, ꝙ sunt æquales, sequitur vt magnitudo recta sit ęqualis circulari. D. dixit: sed non coniunguntur. i. non habebũt proportionem inter se, quia non superponuntur sibi. D. d. neq; etiã motus cõiunguntur. i. &, cum inter magnitudines non est proportio, ergo neque inter motus. Deinde dedit causam, quare non coniunguntur, & dixit: Sed omnia, quę non sunt vniuoca, non coniunguntur. Dein- L
de induxit exemplum de æquiuocis & dixit: verbi gratia, &c. idest, qm̃, si aliquis quæsiuerit quare non est cõparatio inter acumen stili perforantis, & vini, & neumatis acuti, quod dicitur acutius acuto, dicitur, quia hoc nomen acumen dr in eis æquiuoce. in instrumento enim ratio eiꝰ est abscindere ligna, in vino autem pungere linguam, in neumate vero percutere auditum fortiter. Deinde dicit: & forte velocitas hic, &c. idest, & forte hoc verbum velocitas dictũ de motu circulari, & de motu recto M
est etiam æquiuocum. & dixit, forte, quia non ita apparet æquiuocatio in eo, sicut in hoc nomine acumen. Et, quia hoc apparentiùs est i velocitate, quæ dicitur de alteratione, dixit: & dignius est, &c. idest, &, cum dicimus ꝙ hoc nomen a velocitas æquiuoce dicitur de motu circulari, & recto, quanto magis dicitur æquiuoce de alteratione, & trãslatione.

a Velocitas æquiuoce dr motu circulari, & recto & multo magis de alteratiõe & translatione.

An primum quidem hoc nõ verum est, ꝙ, si non sint æquiuoca,

A uoca, comparabilia sunt. Multũ enim idem significat in aqua, & aere, & comparabilia non sunt. Si autem non, duplum quidem idem (duo. n. ad vnum) & non comparabilia sunt.

Et potest quis dicere, primo quidem, quòd iste sermo non est verus scilicet quòd illa, quæ nõ sunt æquiuoca, coniunguntur. Hoc enim nomen Magnum debet habere eandem rationem in aqua, & aere: et non coniunguntur. Deinde si nõ fuerit hoc, necessario duplum erit in B *eadem ratione. est enim proportio binarij ad vnum: & non coniunguntur.*

25 Cum posuit quòd illa, quæ non sunt vniuoca, non coniunguntur, incœpit dubitare super hoc, & dixit: Et potest aliquis obijcere nobis in declaratione eius, quòd motus circularis nõ coniungitur cum recto. Primo quidem vero in propositiõe, dicente ꝙ illa, quæ non sunt æquiuoca, sunt proportionalia. nõ enim omnia vniuoca sunt proportionalia. verbi gratia, quoniam hoc nomen magnum eandem habet ratio C nem in aqua, & aere. sed aqua non coniungitur cum aere, cum sint diuersa duabus differentijs cõtrarijs. & etiam duplum eandem habet rationem. nihil enim aliud est, quam proportio binarij ad vnum. & non omnia, quæ sunt dupla, coniunguntur. cum enim istud mel sit duplũ istius aceti, tamen inter mel, & acetum non est comparatio. Et hoc intendebat, cum dixit: est enim proportio, &c. i. definitio enĩ dupli est proportio binarij ad vnũ. vniuoca D autem sunt illa, quorum definitio est eadem, & non coniungunt, sicut illa, quę sunt dupla adinuicem.

An & in his eadem ratio. etenim & multum æquiuocũ est, sed quorundam & rationes æquiuocæ sunt. vt, si dicat aliquis ꝙ multum est tantum, & adhuc aliud tãtum, & æquale æquiuocum, & vnum quoq́; si contingit, confestim æquiuocum. si autem hoc, & duo.

Ad hoc autem dicamus, quòd sermo de istis duobus idem est. magnum enim etiam est de æquiuocis. sed quorundam nominum definitiones etiã sunt æquiuocæ, verbi gratia, quoniam si aliquis dixerit quòd magnum est illud: quod est talis quantitatis, & talis excessus, & quòd duplum est æquale bis, tunc dicere est talis quantitatis, & æquale erit æquiuocum. & vnum etiam est æquiuocum necessario. & si vnum est tale, & binarius etiam erit tale. E F

Cũ dubitauit in ꝓpositiõe, dicẽte ꝙ vniuoca sunt coniungibilia, qm̃ multũ, & paucũ sunt vniuoca, cũ habeant easdẽ definitiões, tñ nõ cõiũgunt in oĩbus, q̃ dñr multa, & pauca, & siĩr de duplo, & dimidio, dicit dissoluendo ꝙ ista, & similia nõ sũt vniuoca vera. Vniuoca. n. sunt illa, quorũ definitiones sunt eędẽ voce, & rõne. definitiões aũt istorũ sunt eędẽ fm vocẽ, & diuersę fm rõnẽ. Et dixit: Ad hoc ãt dicamꝰ &c. i. ad hoc ãt dicamꝰ, ꝙ dissolutio I istis duobꝰ de 26

Idẽ I ꝓdicamentis cap. 1.

G de quib' induximus exemplum, est prima dissolutio, quam diximus in causa eorum, quæ non coniungun tur, & est, quia sunt æquiuoca, Aequiuocorum. n. alia sunt, quorum definitiones sunt diuersæ voce, & ratione. alia vero sunt, quorum definitiones sunt æquiuocæ, sicut nomina eorum. & hoc intendebat, cum dixit, sed quorundam etiam definitiones sunt æquiuocæ i. & ista, de quibus dubitamus, sunt hmõi. & hoc, ꝙ definitiones eorum sunt æquiuocæ, facit existimari ea esse eadem in

Aeq̃uocõ duplex.

H ratione, sicut est dispositio in multo, & pauco, & duplo, & dimidio. Et, cum dixit ꝙ definitiones istorum sunt ęquiuocæ, declarauit hoc, & dixit. v. g. &c. i. & hoc, ꝙ definitiones istorũ sunt ęquiuocæ, apparet, qm̃, si aliquis dixerit in definitione magni, quod est talis quantitatis. tunc hoc nomen quantitas erit æquiuocum. & silr, cum dixerit in definitione dupli, ꝙ est æquale bis, tunc hoc nomen æquale erit ęquiuocum. Et, cum narrauit ꝙ ista nomina sunt æquiuoca in hac definitione, narrauit etiam ꝙ in definitione etiam di

I cẽte, ꝙ est illud, cuius proportio ad illud, cuius est duplum, est sicut proportio binarij ad vnitatem, est etiã æquiuocatio, & dixit: & vnũ etiam est æquiuocum. i. ꝙ accipitur in definitione dupli. &, si hoc nomẽ vnũ est æquiuocum, ergo & binarius erit etiam æquiuocum. Sed notandum est ꝙ non sunt æquiuoca pura, sed de modo æquiuocorum, quæ dicuntur ambigua.

Verum propter quid alia cõparabilia sunt, alia vero non, si vna quidẽ est natura? An, quia sunt in alio primo susceptiuo. e- K
quus igitur, & canis comparabilia sunt, vtrum albius. in quo enim primo idem est, superficies: & secundum magnitudinẽ similiter. aqua autem, & vox nõ: in alio nanque.

Et si hoc non fuerit ita, quare quædam coniunguntur & quædã non, & natura eorum est eadem? Et potest aliquis dicere, quòd hoc est, quoniam inuenire hoc in primo recipiente est diuersum. equus igi-
tur, & canis coniunguntur in ra- L
tione, secundum quam dicitur v- 9
trum sit albius. illud enim, in quo primo inuenitur, est idem, scilicet superficies: & similiter coniunguntur in magnitudine. aqua autem, & sonus non coniunguntur, quia sunt in diuerso.

Et si dissolutio in magno, & du- 27
plo non sit, sicut diximus, & fuerit vniuoca, accidet ambiguitas. s. quare quædam vniuoca coniunguntur secundum magis, & minus, & quædam non coniunguntur, & naturã
rationis, quam significant vniuoca, M
habent eandem. & dixit hoc, quia notum est per se ꝙ omnia vniuoca debent coniungi secundum oĩa, ex quibus continuantur. D. incœpit contradicere huic qõni, & dixit. Et potest aliquis dicere, &c. i. & potest aliquis dissoluere hanc qõnem. qm̃ magnum, & paruum, & duplum, & dimidium, etsi sint vniuoca, sunt non coniungibilia, & econtra alijs vniuocis per accidens. s. propter recipiens qm̃ illud, quod significat hoc nomẽ

A nomen magnum,& duplum, non diuersatur in se, sed secundum diuersitatem recipientis. Si igitur acciderit istis diuersitas, erit propter recipiens. Ista igitur nõ coniungunt, qm̃ subiectum eorũ est diuersum: & coniunguntur, quia eandem habent rationem. De. induxit exemplum super hoc. & dixit: equus igit, & canis, &c. i. illa, in quibus accidit, vt sint coniungibilia, ſm ꝙ sunt vniuoca, & coniungibilia, ſm ꝙ sunt æquiuoca. s. ſm subiectum eorum, sunt sicut equus albus, & canis alb⁹, qui coniunguntur ſm albedinem.
B dr̃ enim ꝙ alter est albior reliquo. albedo enim in eis eandem habet rationem. nam illud, in quo inuenitur albedo, est idem. s. superficies. Et intendebat, quòd ista coniũguntur secundum illud, quod est vniuocũ in eis, & est color albus, & non coniunguntur secundum subiectum remotum coloris, & est equus, & canis. & silr̃ est dispositio de magno, & paruo in eis. & hoc intendebat, cũ dixit: & similiter coniunguntur in magnitudine. i. quia magnitudo in eis est eadem. D. d. aqua autem, &c, idest, vt mihi videtur, aqua aũt,
C & sonus non coniunguntur, cũ ratio magnitudinis in eis est diuersũ in se, scilicet cum dicimus aqua magna, & sonus magnus. Et hoc nomen coniunctio, quo vtitur, in rei veritate est cõtinuatio: ita, ꝙ ex istis fit vnum.

An manifestum est ꝙ erit sic quidem omnia vnum facere. in alio autẽ dicere vnumquodꝙ esse, & erit idem æquale, & dulce, & album, sed in alio,

D *Dicamus autem in hoc: quoniã manifestum est, si hoc fuerit tale, possibile erit vt omnia ponantur idem: & dicantur, si vnumquodq; eorum est in aliquo alio ab eo: in quo est aliud: & sequitur, æquale erit idem, & dulce, & album. sed illud, in quo est hoc, est aliud ab eo in quo est hoc.*

Vult dubitare in secunda solutione, quam dixit de magno, & paruo, 28
E vbi dixit, qm̃ sunt vniuoca, sed accidit eis vt non coniungantur ꝑpter diuersitatem recipientis, sed secũdũ se coniunguntur. Et dixit: Dicamus igitur in hoc, &c. i. sed dicam⁹, qm̃ manifestum est, si posuerimus talia ex rebus vniuocis, ꝙ contingit ex hoc, vt omnia sint idem præter hoc quod dicamus ꝙ vnumquodq; eorum est in aliquo alio ab eo, in quo est reliquum. Et intendebat ꝙ quędam vniuoca diuersantur secũdum subiectum, v.g. color. Si igitur posuerimus ꝙ magnum, & paruum, & talia æquiuoca non diuersant, ni
F si ſm subiectum, contingit vt oĩa sint vniuoca. & sic æquale habebit eandem rationẽ in numeris, & magnitudine, & tempore. Et intẽdebat ꝙ, cum fuerit concessum ꝙ eorum, quæ sunt alia, diuersantur ſm subiectum tantum, & conueniunt in se, & alia conueniunt ſm vtrũq;, & ꝙ non est hic alia diuersitas, & in vniuocis inueniuntur isti duo modi, necesse est vt omnia sint vniuoca: nisi ponantur hic esse aliqua quæ diuersantur in vtroq;. s. in ratione, & in subiecto rõnis: ita, ꝙ nõ conueniãt in aliquo. & tale non est.

G Amplius susceptiuum nō q̄d uis est, sed vnum vnius primū. Sed non solum oportet comparabilia non æquiuoca esse, sed & non habere differentiam, neque quod, neq; in quo. dico autem, vt color habet diuisionem. Non ergo est comparabile s̄m hoc, vt vtrum coloratum sit magis album, quam nigrum. hæc enim comparantur, non s̄m aliquem colorem, sed quaten⁹ color est, sed secundum albedinē. Sic & circa motum, æque velox

H quod in æquali tempore mouētur per ęquale, † {tantum longitudinis in hoc.}

fa.l. tm̄. si igit̄ lōgitudīs I hoc, aliud.

Et etiam primum recipiens nō est quodcunque vnum, sed est vnum, quod recipit vnum. Et nō sufficit vt coniungibilia non sint æquiuoca tantum, sed cum hoc indigent, vt inter illa non sit diuersitas, neque in ratione, neque in eo, in quo sunt. verbi gratia, quoniam in colore accidit diuisio. Ergo in

I *hoc nō coniunguntur duo, ita, quòd dicatur, vtrum sit magis coloratum, non intelligēdo vtrum sit magis in eodem colore, sed in capitulo coloris, & coniunguntur secundum albedinem. Et sic dicimus etiam in motu, quoniam est etiam conueniens in velocitate, cum in tempore æquali pertransiuerit spatium æquale talis quantitatis.*

29 Cum perscrutatus est de hoc. s. inter quos motus inuenitur comparatio secundum magis, & minus, & K declarauit q̄ motus diuersi in genere non coniunguntur, vt velocitas, & tarditas in translatione, & alteratione, & dubitauit in motibus conuenientibus in genere, & diuersis in specie, vt motus rectus, & circularis, & declarauit q̄ non coniunguntur propter hoc, q̄ illa, quæ coniunguntur, oportet vt non habeāt nomina æquiuoca, neq; in recipiente, incœpit dicere hoc, & dixit: Et etiam primum recipiens, &c. i. & hoc, quod dictum est, q̄ eadem res inuenitur in subiectis diuersis, non est verū. qm̄, si ita esset, tunc idem reciperet L a quocunq;: & sic nō essent hic materię propriæ formis naturalibus, neq; præparatio propria. & ideo necesse est vt vnius transmutati transmutatum sit vnum subiectum necessario. s. propinquum. ex quo vr̄ q̄ genus non est subiectum propinquum formarum. Et deinde dicit: Et non sufficit, &c. i. & non sufficit ī rebus, in quibus inuenitur coniunctio, vt non sint æquiuoca, sed vt ēt non diuersentur in ratione, neq; in subiecto propinquo. & istæ sunt vltimæ species. Illa autem, quæ conueniunt in ratione generali, & diuersantur in differentijs, & subiectis ꝓprijs, vt color, qui est vnum quid genere, sed diuersatur secundum differentias, & secundum subiectum proprium vnicuiq; dr̄ię non coniungūtur. & hoc intendebat, cum dixit. v. g. quoniam in colore, &c. i. qm̄ color non coniungitur cum colore, secundum q̄ est color tantum. quoniam color diuiditur per differentias attributas colori diuisiuas: & istæ differentiæ sunt diuersæ secundum formas. & subiectum: nisi com

Necesse ē vt vni⁹ trās mutati, trāsmutatū sit vnū subm̄ necessario. s. ꝓpīquū. consule. 8. ph. cō. 46 & 8. Meta. t. cō. 11 & 12. Idē 9. Meta. t. c. 12. & 12 meta. 12.

M

A paratio cadat inter illa duo in eadẽ specie coloris: qm̃ in istis potest esse comparatio, & coniunctio, ver. g. in duobus albis: qm̃ posse est dicere alterum esse albius reliquo, aut sim̃r. & hoc intendebat cum dixit: non intelligendo, &c. i. & illa, quę conueniunt in colore, qui est genus, & diuersantur secundum differentias, verbi g. albũ, & nigrũ, non comparantur adinuicem, ita, ꝙ dicatur ꝙ hoc est magis coloratum, q̃ hoc, sine eo, ꝙ comparatio cadat inter illa in eodẽ colore. qm̃ tunc comparatio erit ve-
B ra. nam idem color in specie est idẽ in forma, & subiecto. D. d. sed in capl'o coloris. i. & diximus, ꝙ comparatio inter illa non est vera in gñe coloris, non in specie. & iõ dixit: & coniunguntur secũdũ albedinẽ. i. & coniunguntur, qñ accipiunt̃, ſm ꝙ sunt in eadẽ specie. v. g. in albedine. Et, cum verificauit quæ sunt cõiungibilia, & q̃ sunt ea, q̃ conueniũt in rõne, & subiecto, declarauit ꝙ motus, qui coniungunt̃ debẽt eẽ hm̃oi & quod non dr̃ eos esse ęquales, nisi conueniant in rõne motus, & ĩ subiecto motus, quod est magnitudo,
C deinde d. Et sic dicimus ĩ motu, &c. Et intendebat per hoc, ꝙ impossibile est de quantitatibus esse æquales nisi rectas tantum, aut circulares tã tum, scilicet quę sunt eiusdem speciei, cum istę sibi superponant̃. & iõ dicimus ꝙ quantitates curuæ non æquabuntur, nisi sint eiusdem circuli. Quod autem dicunt Geometrę, ꝙ linea recta est breuissima linea, ducta inter duo puncta, dicitur large. & ęqualitas dicitur de eis fere ęquiuoce. & similiter hoc, quod dicunt, quòd circunferentia alicuius circuli est æqualis figuræ polygonię, dixit: & Geometer decipit̃ hoc D quia possibile est existimare lineã rectam, quæ incuruetur, & fiat circularis. &, quia hoc accidit in mente, attribuit hoc proprie Geometræ.

Si autem aliud quidẽ alteratum est, aliud vero latum, æqualisnè erit hæc alteratio, & æque velox lationi? sed inconueniens est, causa autem, quia motus habet species. quare, si quæ ĩ æquali tempore lata sunt per æqualẽ longitudinem, æque velocia erũt æqualis recta, & circularis. Vtrum ergo causa sit, quia latio E genus sit, an quia linea genus? tempus enim semper idem, impartibile specie. An sim̃l illa specie differunt, etenim latio spẽs habet, si illud, super quod mouetur species habeat. Amplius autem, si per quod, vt si pedes, ambulatio, si alæ, volatio. An non, sed figuris latio est. Quare quæ in ęquali tempore mouentur ꝑ eandem magnitudinem, æque velocia sunt. eandem autem in- F differentem specie, & motu indifferentem specie.

Si igitur aliquis dixerit quòd, quando in ista longitudine demonstrata, hoc alteratur, hoc vero trãsfertur, ergo ipsa alteratio conuenit in velocitate cum translatione, dicemus quòd hoc est improbabile. et causa in hoc est, quia motus hẽt species. ergo necesse est, si illa, quæ mutãt in tẽpore æquali lõgitudinẽs æquales, sint æqualis velocitatis,

G *vt motus rectus sit æqualis motui circulari. Vtrum igitur sit causa quòd trãslatio est genus, aut quod linea est genus? temporis enĩ semper duæ species sunt indiuisibiles. Dicamus igitur quòd hæc duo sunt insimul, scilicet diuersitas ĩ specie. trãslatio enim habet species: quia illud per quod fit iste motus habet species. Et forte erit hoc, cum fuerint eius: per quod fit motus. Verbi*
H *gratia quoniam quod habet pedes motus eius est ambulatio, & quod habet alas: motus eius est volatio. Sed non est ita, scilicet quoniã motus translationis nõ diuersatur in specie propter diuersitatem instrumenti: sed translatio erit in hoc diuersa secundum figuras. Ergo necesse est vt illa, quæ in tempore æquali mouetur per idem spacium: sint æqualis velocitatis. & dico idem: in quo non est diuersitas ĩ specie, neque in motu.*
I
30 Quia definitio motuum æqualiũ est pertransire in tpe æquali spatiũ æquale. s. idem ĩ specie, reuersus est etiam ad dubitandũ sup hãc definitionem, ex qua sequitur vt alteratio sit æqualis trãslationi. qm̃ posset inueniri aliqua translatio in aliqua lõgitudine demr̃ata, & aliqua alteratio in illa eadem longitudine. ex quo sequitur vt alteratio sit ęqualis translationi, quę sunt diuersę in specie. Et hoc intendebat, cum dixit: Si igitur aliquis dixerit. &c. Deinde induxit causam, ex qua accidit inæqualitas in motu: & est, q̃a K sunt diuersæ in specie, nedum in genere. & ideo dixit: & causa in hoc, &c. D. ergo necesse est, si illa, q̃ mutant, &c. i. ergo necesse est, si in duobus motibus conuenientibus in velocitate nõ determinetur, vt eiusdẽ speciei sint, quod non erit, nisi motus sint eiusdẽ spẽi, & illud, p qđ est motus, eiusdẽ spẽi, sed solummodo dicat̃ q̃ ęqualia in velocitate sunt illa, quę in tpe æquali pertranseunt longitudines ęquales sine aliqua determinatione, necesse est vt motus non sint æquales. &, si non, tunc motus circularis, & rectus essent æquales. Et sil'r, cum posuerimus conue- L nientiam in eo, in quo sunt mot' in specie, & non posuerimus conueniẽtiam duorum ipsorum motuũ. Et, si accidit, cum duo motus fuerint eiusdem gñis, vt conueniant in spẽ p conuenientiam eius, per quod sunt in specie, & vt diuersentur per diuersitatem eius, vt accidit motui circulari, & recto. D. d. Vtrum igit' sit cã, &c. i. vtrum igitur est causa in hoc, q̃ trãslatio circularis nõ sit æqualis trãslationi rectę, vtrum hoc q̃ translatio est genus, & circularis, & recta sunt spẽs eius? aut hoc, q̃ linea est genus, & circularis, & recta sint M spẽs eius? D. d. tpis. n. &c. i. temp'. n. est idem in specie. & impoẽ est existimari ipsum esse causam in diuersitate trãslatiõis rectæ ad circularẽ. & intendebat, vt mihi vr̃, per duas species ei', præteritum, & futurum. Deinde dicit. Dicam' igitur, q̃ hęc duo sunt insimul, &c. i. dicamus igitur q̃ hęc diuersitas motus recti, & circularis fit ex ambobus insimul. scilicet ex diuersitate eius, per quod est motus in specie, & diuersitate ipsius

A sius motus. Et,quia causa in diuersitate motus circularis a recto in specie est diuersitas magnitudinis rectę à circulari specie, dixit: translatio enim habet species,&c.i. sed trãslatio est species: quia magnitudo, per quam est motus, est species. D. d. Et forte erit,&c.i. & forte existimatur ꝙ diuersitas translationis in specie est propter diuersitatem instrumentorum, quibus fit trãslatio etiã specie. v.g. quoniam ambulatio differt a volatione, vt vr̃, quia instr̃ia, quibus fit ambulatio, differunt ab instr̃is, q̃bus fit volatio, s. pedes, ab
B alis. D.d. Sed non est ita.i. sed hoc, quod existimatur, non est verum. qm̃, cum hoc fuerit bene consyderatum, apparebit ꝙ translatio nõ differt in specie propter diuersitatem instr̃i, quo fit translatio. Diuersitas .n. instrumenti facit in translatione diuersitatem figurę. diuersitas autẽ, quæ est in figura, non est secũdum differentias substantiales rei. Figura enim est qualitas. differẽtia autem translationis debet esse de natura generis, in quo fit translatio, scilicet de natura vbi. Et, cum declarauit ex omnibus istis definitionem motuum ęqualium, dixit: Ergo necesse est, vt illa, quæ mouentur,&c.i. ergo
C necesse est, vt illa, quę mouentur p idem spatium, aut numero, aut specie, quorum motus est idem in specie, vt sint ęqualia, & ideo dixit, & dico idem,&c.

Diuersitas, q̃ e ĩ figura, nõ ẽ s̃m d̃rias substãtiales rei. figura.n. est qualitas. Vide .3. c. 16

Quare hoc consyderandum, quæ sit differentia motus. Et significat sermo iste a ꝙ genus non vnum quid est, sed ob hoc latent multa. Sunt autem b æquocationum aliæ quidem multum distantes, alię autem habẽtes quandam similitudinẽ, aliæ vero propĩquæ, aut genere, aut similitudine rationis. quapropter non videntur ęquiuocationes esse, cum sint. Quando igitur altera est species, si idem in alio, aut si aliud in alio? Et quænam definitio, aut quo discernemus ꝙ idem est album, & dulce, aut aliud, ex eo ne, quia in alio videtur alterum, an qui omnino non idem? D

a Gen⁹ nõ ẽ vnũ q̃d, sed ob hoc latẽt multa.

b Æquocationũ plures modi.

Et ideo consyderandum est diuersitas in motu quid sit. Et iste sermo significat quòd genus nõ est idem. & deceptio inuenitur ex hoc loco ĩ pluribus absque eo: quòd participatur. Aequiuocorum autem alia distant multum: alia autem in eis est quædam ambiguitas, & alia sunt propinqua aut in genere: aut in comparatione. & ideo non existimatur illud, quod est huiusmodi de æquiuocis: quæ sunt talia, & quæ talia. Quando igitur erit species diuersa: vtrum quando eadem fuerint in alio, sed quando aliud fuerit in alio? Et qui est terminus illius? terminus eius est distinguere, & perscrutari, vtrum album sit idem, & vtrum dulce sit idem, aut diuersatur, quia inuenitur in alio, aut quia vniuersaliter non est idem? E F

32 Cũ narrauit ꝙ ęqualia sunt cõuenientia in specie mot⁹, & ĩ eo, ĩ quo

G est motus & scire hoc est difficile, dixit: Et ideo consyderandum est, &c. i. & ideo consyderandũ est quid sit diuersitas specifica in motu. D. d. Et iste sermo, &c. i. & iste sermo in definitione est sermo, qui significat per se ꝙ genus, in quo est motus, est diuersum. Et hoc, quod dixit manifestum est. qm̃ definitio, quæ notificat ꝙ illa, de quibus dicitur, sunt diuersa, est definitio, q̃ declarat ꝙ genus illarum rerum est diuersum. & hoc commune est omnibus ęquiuocis. v. g. quia definitiones eorum, de
H quibus dr̃ hoc nomen canis, sunt diuersę, videtur ꝙ illa sunt diuersa in genere. Si igitur hoc fuerit manifestum per se, tunc erit manifestũ per se, ꝙ hoc nomen canis dr̃ æquiuoce de illis, de quibus dicitur. sed, quia hoc non apparet per se ex definitionibus in omni materia, accidit errare in hoc pluribus. Et ideo dixit: & deceptio accidit, &c. i. & definitiões quorundam faciunt opinari quòd natura eorum est eadem: vnde existimantur esse vniuoca, & nõ sunt. Et, cum narrauit ꝙ in definitionib' non est sufficientia dare in omni lo
I co ꝙ genus est diuersum, aut nõ diuersum, incœpit declarare in quib' locis apparet hoc ex definitionibus manifeste, & in quibus nõ, & dixit: Aequiuocorum autem, &c. i. æquiuocorum autem alia sunt diuersa ĩ se, alia sunt maxime diuersa in se: & in istis non latet ex definitionibus quod nomen est ęquiuocum. ĩ alijs vero est quędam ambiguitas, & latent aliquantulum, sed tamen sunt propinqua illis. alia vero sunt valde propinqua, aut in genere, aut in cõparatione. Et, quia iste tertius mod' latet valde, dixit: & ideo non existimatur, &c. i. propter ambiguitatem K istius modi æquiuocorum fuit iudicium, quod eorum est de modo vniuocorum s̃m existimationem ĩcertam. & hoc intendebat, cum dixit q̃ sunt talia, & quę talia. i. quę sunt ęquiuoca, & quæ vniuoca. D. d. Quñdo igitur, &c. i. cum ista ambiguitas in diuersitate specierum sit propter propinquitatem naturarum ipsarũ, qñ igitur erit species diuersa a specie? idest, qñ igitur erunt duæ naturæ ambiguæ duæ species, vtrum qñ eadem fuerint in diuersis. aut qñ diuersa fuerint secundum formam, & subiectum: & hoc intendebat cum L dixit, sed cum fuerit aliud in alio. D. d. Et quæ est definitio illius, &c. i. &, cum ista ambiguitas est in eis, quæ igitur est definitio eorum, quę conueniunt in specie, idest. & definitio eorum, cum dispositio in eis ambigua sit, vtrũ sint idem, aut diuersum, & cũ hoc nõ sit manifestũ p se, pscrutandum est de illo, vtrum sit idem, aut nõ. v. g. de albo, vtrum sit idem ĩ oĩbus, de quibus dr̃ albũ. & similiter dulce, vtrum sit idem ẽt in omnibus, de quib' dr̃ dulce. Et intendebat, ꝙ est ars inducens ad cognitionem conuenientię, & diuersi- M tatis in speciebus, cum non fuerint manifestę per se, est secundum regulas datas in Septimo Topicorum vbi sunt dati loci de eodem, aut diuerso. Deinde dicit: aut diuersatur, quia ĩuenitur, &c. i. quoniam pscrutandum est vtrum sit idem, aut diuersum, quia est in subiectis diuersis, aut quia est diuersum in se. &, qa existimatur ꝙ causę diuersitatis sũt plures istis duabus causis, dixit, aut quia vniuersaliter non est idem?

De

A De alteratiõe autem quomodo est æque velox alteri alteraᶜ Si itaq; est sanari alterari, est autem hunc quidem velociter, illum autẽ tarde sanari, & simul quosdam, quare est alteratio ęq̃ velox. in æquali enim tempore alteratum est. Sed quid alteratum est? æquale enim hic non dicitur, sed, vt in quantitate æqualitas, ita hic similitudo. Sed sit idem, quod mutatur in ęquali tempore, æque velox. Vtrum ergo eo, in quo passio, an passio
B ne oportet comparare? hic igitur, quòd sanitas eadem sit, est accipere, aut quòd neq; magis, neq; minus, sed siſr existit. Si autem altera passio sit, vt alteratur id, quod dealbatur, & id, quod sanatur, his nihil inest idẽ, neq; æquale, neq; simile, vt iam hæc species faciũt alterationis. & nõ est vna, vt neq; latio. quare considerandum est quot sunt species alterationis, & quot latiõis. Si igitur quæ mouentur specie differunt, quorum sunt motus
C secundum se, & non s̃m accñs, & motus ipsi specie differunt: si autem genere, genere: si vero numero, numero.

Et considerandum est de alteratione quomodo vna erit æqualis alteri. Dicamus igitur quòd, si acquisitio sanitatis est alteratio, & sit poßibile istud sanari velociter, & istud tarde, & duo sanatur in simul, ergo aliqua alteratio erit
D *æqualis in velocitate: fiunt enim in æquali tempore. Quid igitur alteratur? æqualitas enim non dicitur hic, sed illud, in quo dicitur de quantitate æqualitas, dicitur in eo hic similitudo. Sit igitur æqualitas in velocitate in eis, quæ transmutantur, eadem transmutatione in æquali tempore. In vtroque igitur quærenda est coniunctio in re, in qua est paßio, aut in ipsa paßione. hic autem possumus accipere*
E *eandem sanitatem, quia nõ est addens, neque diminuta, sed est eodẽ modo. Si autem fuerit diuersum, vt, cum dicimus alterari ĩ eo quòd acquirit albedinem, & in eo, quòd acquirit sanitatem, & hoc non est idem, neque æquale, neque simile: sed ex istis nunc fiunt species alterationis. & non est eadem alteratio, quemadmodum non est eadem translatio. & ideo sciendum quot sunt species alterationis, & species translationis. Si igitur mota*
F *fuerint diuersa in specie, scilicet quæ habent motus essentialiter, non accidentaliter, tunc motus eorum etiam erunt separati in specie: &, si fuerint diuersa in genere, in genere: &, si in numero, in numero.*

Cum declarauit q̃ translatio est æqualis alicui translationi, vult quęrere hoc etiam in motu alteratiõis, & dixit: Et considerãdum est, &c. i. 32

G & consyderandum est de alteratione, quomodo æqualitas imaginatur in ea, cum coniunctio non imaginetur in motibus, nisi per æqualitatẽ, & dixit hoc, quia æqualitas est propria quantitati, non qualitati. D. d. Dicamus igitur ꝙ, si acquisitio sanitatis, &c. i. qm̃, cum fuerit positũ ꝙ acquisito sanitatis est alteratio, & ꝙ possibile est aliquem hominem sanari velocius, q̃ alium hominem, & possibile est vt duo homines sanentur insimul ab vna ægritudine in tempore æquali, tunc alteratio erit æqualis alterationi. D. d. fiunt. n. in tempore æquali. i. & istæ duæ sani
H tates dicuntur æquales, quia fiunt ĩ æquali tpe. Et, quia tempus est extrĩsecum a re, & non sequitur ex æqualitate eius æqualitas motuũ, si æqualitas non fuerit in substantia motuum, incœpit quærere qualitatem, in qua inuenitur de alterabilibus, & dixit: Quid igitur alteratur. i. sed, si posuerimus ꝙ alteratio est æqualis alterationi, quid igitur alteratur, ita ꝙ recipit æqualitatem? si est necesse vt æqualitas inueniatur in eis secundum substantiam. D. d. æqualitas enim, &c. i. æqualitas enim impossi-
I bile est vt dicatᷣ in qualitate. sed illa de quibus dr̃ æqualitas in quantitate, dicitur similitudo suis respõdentibus in qualitate. Et intendebat, ꝙ æqualitas, quæ dr̃ de quantitatibus, quæ neq; addunt, neq; diminuũtur adinuicem, est respondens similitudini, quæ dicitur de qualitatibꝰ, quæ non sunt fortiores, aut debiliores se adinuicem. D. d. Si igitur æqualitas in velocitate, &c. i. &, cum ita sit, si æqualitas dicitur de alteratione, intelligendum est in eis, quæ trãsmutantur. eadem transmutatione, nec addente, nec diminuente in æquali K tempore: qm̃ tunc non erit dr̃ia inter illd̃, qd intelligitᷣ de æqualitate, ĩ qualitate, & illud, quod intelligitur de similitudine. Et, qa aliquis põt dicere, forte æqualitas attributa alterationi est vera p subiectum alterationis: subiectum. n. eius est quantũ necessario, dixit: In vtroq; igitur, &c. i. & dicenti hoc dicendum est, in vtroq; igitur est quærenda coniunctio, vtrũ in subiecto passionis, aut ĩ ipsa passione. contingit. n. dicẽti ꝙ æqualitas est in ea fm subiectum tãtũ, vt coniunctio sit subiecti, nõ passionis. & hoc accidit passioni. f. est L eius p accñs. Sed necesse est consyderare vtrunq;, vt post declarabimus. & iste sermo esset possibilis, si esset pośe inuenire duas passiones similes. & ideo dixit post: hic aũt possumus accipere, &c. i. & coniunctio nõ inuenitur in ea, fm subiectum: qm̃ possumus inuenire duas sanitates similes oĩbus modis, quarum altera non addit, neq; diminuitᷣ a reliqua. D. d. si autem passio fuerit diuersa, &c. i. si aũt duæ passiones. i. qualitates fuerint diuersæ in specie. v. gr. vt aliquid sanetᷣ, & aliquid albificetur, tunc nõ dñr esse eædem in specie, ne M que æquales: & si æqualitas earũ sit ĩ tpe æquali: neq; similes. & hoc, qd dixit manifestum est per se. Deinde dicit: sed ex istis, &c. idest, si a tali diuersitate existente inter sanitatem, & albedinem fuerit species alterationis. Deinde dixit: & non est eadẽ alteratio. i. & ista maxima diuersitas in alteratione inuenitur, quia alteratio nõ est eadem in specie, quẽadmodũ neq; translatio est eadem in specie. D. d. & ideo sciendum est, . i. & iõ, cũ voluerimus scire motum con-

A coniungibiles qui sunt, oportet nos scire species alterationis, & species translationis, quot sunt. Deinde dedit regulam in hoc, & dixit: Si igitur motus fuerit diuersi, &c. i. & via ad numerandum species motuum est consyderare mota per se, non p accidens, scilicet translata per se, & alterata per se. Si igitur fuerint diuersa, & motus eorum erunt diuersi in specie, &, si in genere, in genere, &, si in numero, in numero. Et ista via est via numerandi motum: quia motum apud nos est notius motu.

B **Sed vtrum oportet ad passionem respicere, si eadem sit, aut similis, si eque veloces sint alterationes? an ad id, quod alteratur, vt si huius quidem* tale dealbatum sit, huius autem tantum? An ad vtrumque. Et eadē quidem, aut alia passiōe, si passio eadem sit: aequalis autē, aut inaequalis, si illud sit inaequale.**

*a.l. tm.

Sed oportet nos consyderare, vt cognoscamus duas alterationes, q̄ sunt aequales in velocitate in passione, vtrum passio sit eadem in C *eis, aut similis, aut in alterato. v. g. vt consyderemus quod istud est album talis quantitatis, & istud talis quantitatis. Dicamus igitur respondendo quoniam oportet consyderare de vtroq;, ita, quòd dicamus de alteratione quòd est eadē, aut non eadem secundum passionem, cum sit eadem. Et dicamus ĩ ea quòd est aequalis, aut nō aequalis, secundum diuersitatem illius.*

D Cum quaesiuit prius in vtroque, an oporteat quaerere coniunctionem in illo, in quo est passio, aut in ipsa passione, respondit primo illic, quoniam possibile est accipere coniunctionem in passione. & cum nō narrauit, vtrum cum hoc oportet consyderare subiectum, aut non consyderare, iterauit hic quaestionem, & dixit. Sed oportet, &c. idest sed oportet nos perscrutari, & scire illud, per qđ alteratiōes sunt aequales, vtrum, quia passio in eis est eadem in specie, aut sunt similes propter alteratum, scilicet quia quantitas, quę alteratur in eis, est vna. Et, cum dixit, aut ĩ alterato, exposuit hoc, & dixit: verbi gratia vt consyderemus, &cę. idest vt consyderemus de similitudine duarum passionum ęqualitatem subiectorum. Deinde d. Dicamus igitur respondendo, &cę. idest dicamus igitur quòd vtrunque est consyderandum, scilicet similitudinem passionis, & aequalitatem subiecti. Deinde exposuit modum consyderandi, & dixit: ita, quòd dicamus in alteratione, &cę. idest quoniam necesse est consyderare vtrunque, ita, quòd sciamus de duabus alterationibus, vtrum sint eaedem in specie, aut non, idest similes. & hoc erit, quando subiectum fuerit idem. Et dixit hoc. quoniam, cum quantitas subiecti fuerit diuersa, diuersabitur passio necessario. & hoc intendebat, cum dixit: Et dicamus in ea, quòd est ęqualis, aut inęqualis, &cęte. idest & quasi cum exigit cum aequalitate passionis vt subiectum sit idem, idest ęquale, induxit rationem super hoc, & d. & necesse est consyderare subiectum: quia dicimus quòd passiones sunt aequales.

33 E F

G les, aut inęquales secundum subiectum. Et debes scire ꝙ consyderatio coniunctionis in alteratione, si fuerit secundum subiectum tantũ, erit per accidens. &, si fuerit secundum solam passionem, non erit illic ęqualitas perfecta, sed solummodo similitudo. ergo in consyderatione ęqualitatis perfectæ hæc duo exiguntur, scilicet similitudo passionis, & æqualitas subiecti.

Documentum.

Et in generatione quoque, et corruptione idem consyderandum est, quomodo æque ve- **H** lox generatio est, si in æquali tẽpore generetur idem, & indiuisibile, vt homo, sed non animal. velocior autem, si in ęquali aliud. non enim habemus aliquod duorum, in quibus ipsa diuersitas, vt dissimilitudo. Et, si est numerus substantia, maior, & minor numerus eiusdem spẽi est. sed est innominatũ qđ commune est, & vtrunque, vt maior passio, aut excedens magis, quantum autem maius.

I *Et consyderandum est de generatione, & corruptione, & quomodo generatio est æqualis velocitatis. & forte erit talis, cum æquali tempore generatur idem indiuisibile, vt homo, non animal. & erit velocior, cum non fuerit in æquali tempore. non enim habemus nomen, quod continet duo hæc, neque aliud, vt hoc nomen dissimile. Et, si substantia est numerus, dicemus numerum maio-* **K** *rem, aut minorem de numeris conuenientibus, in specie: sed illud, quod commune est eis, & illud, quod est proprium vtrique, non habet nomen, sicut passio maior dicitur fortior, & quantum dicitur maius.*

Cum declarauit illa, quæ exigun 34 tur in coniunctione alterationis, & modum consyderandi, vult declarare hoc similiter in motu generationis, scilicet qui coniunguntur de eis, & qui non coniunguntur, & dixit: Et consyderandum est de gene **L** ratione, & corruptione, & cęt. idest quomodo dicitur generatio ęqualis generationi. & dixit hoc, quia scito modo ęqualitatis, scietur coniunctio, cum ęqualitas sit propriũ cõiunctionis. D.d. & forte erit hoc, &c. i. & forte sufficit in hoc, ꝙ generatio sit ęqualis generationi vt sint in tempore ęquali, & vt sit idem indiuisibile in specie non in genere, vt aĩal, cum aĩal sit diuisibile ĩ spẽs. D.d. & erit velocior, &c. idest in talibus istis generationibus, quæ sunt in eadem specie, dicitur in eis ꝙ vna est velocior altera, cum non fue- **M** rint in æquali tempore. Deinde dixit non enim habemus nomẽ, &c. idest contenti sumus in definitione velocioris, & æqualis in generatione ad hoc. quia duæ generationes cõuenientes in specie, & in tpe nomẽ nõ habent, sicut habẽt qualitates conuenientes in tpe, & specie: & est similitudo, & dissimilitudo in diuersis: & ęqualitas in conuenientibus in quantitate, & inæqualitas in diuersis. Deinde dixit. Et, si substãtia est numerus, &c. idest et conuenientia

B est ſm aliquẽ eorũ, incœpit destruere eos ad cõfirmãdũ suã demſonẽ. & iõ induxit in vnoquoq; eorũ cõclſonẽ, quã induxit in pria demſone. &, si demſo eius esset fundata su p modũ cõtradictiõis, nõ induceret cõclſonẽ, nisi semel. Et, quia existimatio magis apparens est, ꝙ vtraq; pars moti ex se mouet reliquã ſm reciprocationẽ, incœpit destruere, hoc, dicendo, hoc aũt erit essentialiter, aut accidẽtaliter. Et, si fuerit essentialiter, continget vt nõ sit in eis motũ ex se, & ẽt vt aliquid moueat se, ſm ꝙ mouet̃. &, cum destruxerit

C duas diuisiões, destructũ erit vt illđ, qđ mouet̃ ex se, sit tale. Expositores autẽ, cũ destruxerunt diuisionẽ, q̃ ẽ essentialiter, existimauerũt ꝙ positio eẽt destructa. & hoc est ſm peccatũ. Et hoc ẽt, qđ dicunt, ꝙ, si totũ mouet̃ à parte, continget vt pars, q̃ mouet, moueat̃ essentialiter, immo sequit̃ ẽt vt illa pars moueat̃ ex se, necessariũ est vt destruat̃ ista positio, dicendo, ꝙ qõ reuertitur in hoc, qđ mouet̃ ex se, qũo mouet̃, & cõtingit ẽt, ꝙ illud, qđ fuit positũ motũ primũ, nõ sit primũ motũ. & ẽt totum

Secundus error.

mouerі à parte est p accidẽs. Rñsio igitur remanebit ĩ mõ, qui est p accidẽs ipsum esse. impoſſe est. n. in rei veritate de mõ, ſm quẽ pars mouet partẽ, cũ nullo mõ imaginat̃ ꝙ pars mouet totum, nisi p accidens: & remotius est imaginari ꝙ totum mouet partẽ essentialiter. Nõ est igitur vtẽdum istis duobus modis, donec diuidant̃ ſm esse essentialiter, & accidentaliter, sicut fecit Arist. Sed hoc nõ fecit in his duobus modis, neq; habuit curã de eis, cum nullus existimet in primo moto ex se ꝙ pars illius mouet totũ, aut ꝙ totum mouet partẽ: cum pars mouens debet distingui à parte mota ſm esse, aut ſm definitionẽ. Et, cum ita fuerit, tunc motũ ex se diuidetur in duas ptes, in motum ex se, & motũ à moto ex se: & tunc nõ imaginabitur ꝙ ps mouet totum, aut ꝙ totum mouet partẽ, nisi p accñs. Et, quia isti duo modi, q̃ sunt p accñs, sunt manifesti, non habuit curã de eis Aris. sed habuit curã destruere eos, in q̃bus nõ bene apparet eos esse p accidens, sicut fecit ĩ partibus, q̃ mouẽt se adinuicẽ, & in ponendo ꝙ q̃libet pars mouet se, in quo dixit ꝙ, si motum ex se fuerit tale, cõtinget vt illę partes moueant, sed p accidẽs. Aris. igit̃ nõ vtit̃ de istis modis, nisi eis, in q̃bus latet eos esse p accidẽs: & sunt illi modi, de quibus põt aliquis existimare ꝙ aliquis eorũ ẽ motum p se. De eis autẽ, de quibus apparet accidẽtalitas, non habuit curã Arist. & sunt ꝙ totum mouet partẽ, aut ꝙ pars mouet totum. Si igit̃ aliquis dixerit ꝙ Aris. debet destruere istos modos, s. totum mouere partẽ, & ptem mouere totum, ſm ꝙ sunt per accidens, dicemus ad hoc, ꝙ Aristõ. dimisit

D E F

Dubium.

Solutio.

G dimisit eos pp hoc, q accidentalitas est manifesta in eis: & nõ voluit destruere, nisi eos, in quibus accidẽtalitas non est manifesta p se, cũ hoc, sicut diximus, q nullus existimat vt motum ex se sit tale, s. de eis, in quibus accidentalitas ẽ manifesta p se.

Qm̃ aũt mouet aliud quidẽ, qd mouetur ab alio, aliud autẽ immobile existens: & mouetur hoc quidẽ mouens, illud aũt nihil mouens, ipsum seipsum mouens necesse est ex ĩmobili esse, mouente tñ, & adhuc ex eo, qd

H mouetur, non mouet aũt ex necessitate, sed qualitercunq̧ euenit. Sit. n. A mouens quidẽ, & ĩmobile: B vero id, qd & mouet̃ ab A, & mouet id, in quo C: hoc aũt motũ quidẽ ab ipso B, mouẽs aũt nihil. si. n. & p plura veniat aliqñ in C, sit per vnũ solũ. totum ergo A B C ipsum seipsũ mouet: sed, si aufero ipsum C, ipsum quidẽ A B mouebit ipsũ seipsum: ipsum. n. A est mouẽs, B vero, id qd moueq̃: ipsum autem C non mouebit ipsum seip

I sum, neq̧ penitus mouebit̃. At vero neq̧ B C mouebit ipsa seipsam sine ipso A. nã B mouet ex eo, quia mouetur ab alio, nõ qa à seipso parte aliqua. ipsum igit̃ A B solum seipsum mouet. Necesse est igit̃ ipsum seipsum mouens habere mouens, immobile tñ, & id, qd mouetur, nihil autẽ mouet ex necessitate, tangentia aũt aut vtraq̧ seinuicẽ, aut alterum alterum. Si igit̃ continuum est id, qd mouet: (qd. n. mouetur continuũ esse necessarium est:) manifestum est q totũ ipsum seipsum mouet, nõ eò, q ipsius aliquid hmõi sit, vt ipsum seipsum moueat, sed totum mouet ipsum seipsũ, & mouẽs, & motũ, eò, q ipsius aliquid est ipsum mouens, & id, qd mouetur. non. n. totũ mouet, neq̧ totum mouetur, sed mouet qdẽ ipsum A, mouetur autem ipsum B solum. ipsum autẽ C ab ipso B non amplius. impossibile enim est. K

L *Et, quia aliquid mouet, aut ita, quòd moueatur ab alio, aut ita, quòd nõ moueatur: & aliquid mouetur, aut ita, quòd moueat, aut ita, quòd non moueat omnino, necesse est, vt illud, quod mouet se, sit ex non moto, sed est motor et ex moto, sed non necessario est motor, sed currit secundum vtrũlibet. Sit igitur A motor, sed non motum: & B motum ab A, & mouens C: & C moueatur ex B, & nihil*

M *moueat omnino. quoniã, cũ ad hoc perueniemus cum medijs pluribus vno, ponatur vnum medium tãtũ esse. A B C igitur totum mouet se. sed, si abstulerimus C, remanebit A B mouens se: A. n. est motor, & B motum: et C non mouet se, immo non erit omnino motor. Neque B C mouebit se sine A: B. n. mouet, quia mouetur ab alio, non à parte aliqua ipsius: A B. n. solum mouet se. Necesse est igitur*

vt

A *vt illud, quod mouet se, habeat in se motorem, sed est non motum, et motum. sed est non motor alicuius necessario, dum vtrunq; conuenit cum reliquo, aut tangit ipsum. Si igitur motor fuerit continuus: motum vero necessario est continuũ: manifestum est quòd tota res erit mouẽs se, nõ quia quiddã ipsius est tale, s. mouens se, sed tota res mouet se, sed est motũ, & motor, ita, quòd quiddã eius ẽ motor, et quiddã est motũ. non. n. ipsum secundũ totũ mouetur, neq; ipsum secundũ totum mouet, sed mouet secũdum A, & mouetur secundũ B tantũ.* D

Motor tantum.	Motum, & mouens.	Motum tantum.
A	B	C
Anima.	Calor naturalis.	Corpus musculi.

B E

43 Cum declarauit ꝙ moti ex se quẽdã pars est motor, qui nõ mouetur, & ẽ forma, & qdã pars mouet, vult declarare ꝙ oẽ motũ ex se primũ & essentialiter cõponitur ex parte, q̃ mouet tm̃, & ex parte, q̃ mouet: & ꝙ pars mota non est de necessitate pp hoc, vt sit motor alterius partis, sed in quibusdã motis ex se erit motor, s. in eis, quę sunt nõ prima, & in quibusdã nõ erit, s. in primis. Et intendebat declarare p hoc, ꝙ necesse est vt in motis ex se, in quibus sunt plura vno moto sit motũ ex se pri- C mum. qm̃, si pars mota eẽt semper motor, cõtingeret vt motũ ex se diuideret in plures partes duabus. Ipse igit ponit has partes esse finitas, & declarat ꝙ motũ primũ ex se in talibus cõponit ex motore, & moto tm̃. Et, cũ voluit declarare hoc, incoepit diuidere modos motoris, & d. Et quia aliquid mouet, &c. i. & qa motor est duobus modis, aut motor, q non mouet oĩno, qñ mouet, & est illud, ad qd̃ Iducit nos sermo: aut motor, qui mouet, qñ mouet: illud autẽ, qd̃ mouet, & tũc mouet, nõ ẽ necesse sp vt sit motor, sed forte erit motor & motũ, & forte erit motũ non motor alicuius rei: necesse est vt motũ ex se componat ex motore nõ moto, & ex moto, sed qd̃ non de necessitate est motor. & hoc est, qd̃ est motũ ex se primũ, s. qd̃ nõ mouet à sua parte. Illud aũt, qd̃ mouetur ex se pp aliquã partẽ ipsi⁹, sicut ẽ dispõ in aĩali ſm totũ, & primum motũ in eo est motor necessario. sicut calor naturalis, qui ẽ motor & motũ in animali necessario. qm̃, cũ fuerit separatus à mẽbris, q̃ mouentur, corrũpet. Hoc igit est illud, qd̃ intendebat declarare in hoc sermone, s. ꝙ motũ ex se cõponit ex duabus partibus tm̃, quarũ vna est motor tm̃, & alia motũ, & ꝙ motũ ex se continuũ naturaliter, si primitus nõ fuerit tale, necessario ẽ ĩ eo motor talis. Et, cũ d. hoc, dedit exẽplũ de litteris, & d. Sit igit A, &c. i. sit igitur motũ ex se, compositũ ex motore, qui nõ mouet, s. A, & ex motore, qui mouet ex A, plus vno, v. g. vt sit cõpositũ ex A, & B, & C: A aũt mouebit B, & nõ mouet: & B mouet C, &

Calor naturalis est motor, & motũ I aĩali. F Id. 4. c. 37 & 7. phy. cõ. 2.

G & moueť ab A, & c moueť ex B, & nihil mouet. D.d. qm̃, cũ ad hoc pueniemus, &c.i. & indifferenter siue istud motũ ex se cõpositũ ponatur cõponi ex motis, & motoribus multis, ita, ꝙ primus motor mouet postremũ motũ cũ plurib' medijs, aut cũ vno medio, in hoc, qđ intẽdim' declarare, s. ꝙ in oĩ moto ex se tali ẽ motũ ex se primũ, qđ cõponitur ex duabus partib' tm̃, & ꝙ illud ẽ motũ ex se, nõ aliqua alia pars ptiũ, q̃ sunt in illo. D.d. ponať igiť esse per vnũ mediũ tm̃. i. &, cũ nulla dñia ẽ in hoc, ꝙ ponať mouere cũ plurib' H medijs finitis, aut cũ vno medio, ponať mouere cũ vno medio, s. ponať cõponi ex tribus. mediũ. n. vnũ existit in tali numero. D.d. A B C igiť totũ mouet se. i. &, cũ posuerim' ꝙ moués se mouet partẽ postremã ipsius, s. A, manifestũ est ꝙ istud ex se motũ cõponiť ex A, & B, & C. v.g. ꝙ musculus est motũ ex se, & cõponiť ex tribus, s. ex corpore musculi, & ẽ postremũ motũ, & ex calore naturali, q est motor, & motũ, qui transit in neruis, & aĩa mouẽte, q̃ est forma in illo calore naturali. D.d. sed, si abstulerimus c, &c. i. sed, si abstulerimus c, ex hoc moto ex se, qđ cõponiť ex A B C, tũc remanebit illđ, qđ componiť ex A B, motũ ex se. Et, cũ d. ꝙ illud remanẽs, cõpositũ ex A B, est illud, qđ in rei veritate mouet se, dedit cãm in hoc, & d. A. n. ẽ motor, &c. i. & sequiť necessario vt illđ, qđ mouet se, sit cõpositũ ex A B: qa A est motor, cũ sit necessariũ vt moués se habeat motũ, & B est primũ motũ ab A. C autẽ nõ est motũ. qđ ẽ necessariũ inueniẽdo motũ ex se, s. quia C nõ est pars, quæ moueť ab eo. & hoc intendebat, cũ d. & C non

Aĩa ẽ forma I calor nã li. Idẽ. 7. Met. c. 31.

mouet se. i. & C nõ est illud, qđ mouet se, nec est motũ, qđ est ĩ illo, qđ mouet se, cũ sit declaratũ ꝙ illđ, qđ mouet se, cõponiť ex duobus, s. A, & B. & C forte non erit oĩno motor, & remanebit residuũ motũ ex se, s. illud, qđ cõponiť ex A, & B. D.d. Neq; B C ẽt mouet se sine A. i. neq; possumus ẽt dicere, ꝙ B & C est illud, qđ mouet se sine A. Et intẽdebat cõcludere diuisionẽ, qm̃ nõ possumus dicere, ꝙ illud, qđ poniť ex A, & B, & C, est illud, qđ mouet se. qm̃, si auferť C, remanebit A B moués se. neq; ẽt possumus dicere hoc in solo A: A. n. nõ moueť sine B: neq; ĩ solo B, sine L A: qm̃ necesse est vt B habeat motorẽ: remanet de necessitate vt illud, de quo dicimus mouere se, sit cõpositũ ex A, & B. Et, cũ narrauit ꝙ B nõ ẽ moués se, dedit cãm in hoc, & d. B. n. mouet, qa moueť, &c. i. & B nõ est motũ ex se, quia positũ fuit moueri ex alio, s. ex A, nõ ab aliqua pte ĩ ipso. qm̃, si moueret ab aliqua pte in ipso, tunc illa pars esset mouens se. D.d. qm̃ A B solũ est illud, qđ mouet se. i. qm̃ illđ, qđ cõponiť ex A B, ẽ illud, qđ est necesse vt moueatur ex se. & intẽdebat ꝙ B nõ fuit positũ in põne diuidi in parte, q̃ est motor, nõ motũ, & in parte, q̃ ẽ motũ, M sed posuimus A motorẽ, & B motũ. Et, cũ posuit oĩa ista, dedit cõclõnẽ, & d. Necesse est igiť, &c. declaratũ ẽ igiť ex hoc, ꝙ illud, qđ est motũ ex se, in rei veritate cõponiť ex motore, qui nõ moueť, & ex primo moto. Iã igiť cõclusit illud, qđ intendebat declarare, & ẽ, ꝙ motũ ex se cõponiť ex duabus ptibus, s. ex motore nõ moto, & ex moto, qđ nõ mouet de necessitate. D.d. dũ conuenit vtrunq; reliquo, aut tãgit ipsum. i.

A ꝙ nõ seqr̃ vt motũ moueat de necessitate, dũ mouetr̃ à suo motore. ista.n. cõcomitãtia erit ex duobus. in prĩo autẽ moto erit, dũ fuerit cõueniẽtia inter ipsum, & motorẽ: in medio autẽ dum tangit tertiũ. medium aũt necesse ẽ vt tãgat corpus. primus aũt motor necesse est vt cõueniat. D.d. Si igit̃ motor fuerit cõtinuus, &c.i. si igit̃ primus motor est de natura continui, quia est in cõtinuo in rei veritate, qđ est motũ, manifestũ est ꝙ totũ est in toto continuo moto, nõ ĩ quodã eius. qm̃ nõ posuimus ipsum pp suã continuita-
B tẽ cum aliqua parte eius, sed cũ toto. &, cum ita sit, motũ ex se est ſm totum, sed non eodem mõ, sed motor pp A. & motũ pp B. Et d. Si igit̃ motor fuerit cõtinuus, quia primus motor nõ est virtus in corpore, ita, ꝙ diceretr̃ cõtinuum pp naturã cõtinui cum ipso, s. corporis. D.d. sed est motum, & motor, &c.i. non continuum, s. ꝙ in eo est motor, & motũ insimul, sed est, sicut d. mouens. secundum A, & mouetr̃ ſm B tantum.

Dubitationẽ aũt hẽt, si auferat aliqs aut ab ipõ A, si cõtinuũ
C est, id, qđ mouet quidẽ, sed ĩmobile est, aut ab ipso B, qđ mouetur, an reliquũ vtiq; ipsi⁹ A mouebit, aut reliquũ ipsius B mouebit̃. si.n. hoc, non vtiq; erit, q̃ primo mouetr̃ à seipsa, quæ A B. remota.n. ab A B adhuc mouebit seipsam reliqua A B. An potẽtia quidem vtrunq; nihil prohibet, aut alterũ, id. s. qđ mouetur diuisibile eẽ, actu aũt indiuisibile. si aũt diuidat̃, nõ vlterius eẽ eãdẽ hñs potẽtiã. quare nihil p-hibet ĩ ijs, q̃ diuidi pñt, potẽtia D prĩo inesse. Manifestũ est igitur ex his ꝙ est primũ mouens ĩmobile. siue.n. confestim id, qđ mouet̃, ab aliquo ãt mouet̃, stet ad immobile primũ, siue ad id, qđ mouetur quidẽ, ipsum aũt seipsum mouẽs est, & sistẽs, vtroq; mõ accidit vtiq; id, qđ primũ mouet, ĩ oĩb⁹ eẽ motis ĩmobile.

Et quæritur in hoc, si ex A, si fuerit cõtinuũ, et est motor n̄ motũ, aut ex B, quod est motũ, diminuatur aliquid, vtrũ illud, quod re- E *manet ex A, sit motor, et illud, quod remanet ex B, sit motũ. Quoniã, si hoc fuerit, tũc A B nõ erit primũ motũ ex se. quoniã ex A et B auferetur aliquid, et reliquũ mouet se. Dicamus igitur ad hoc quòd nõ est inopinabile vt vtrũq;, aut alterũ, s. motum sit in potẽtia diuisibile, in actu autem nõ. sed, si diuidatur, tunc natura eius non erit illa eadem natura. & ideo nõ est inopinabile vt in diuisibilibus* F *sit in potentia aliquid primum.*

Apparet igitur ex hoc, quòd primus motor nõ est motũ. quoniam, si motum cessabit cito, & mouetur ab aliquo, peruenietur ad primum motorem, qui non mouetur, &, si perueniatur ad motum, sed est illud, quod mouet se, & facit ipsum quiescere, sequitur ex illo modo, & ex isto insimul vt primum in oĩbus motis sit non motũ.

Cum

G Cum declarauit quod motũ ex se cõ
44 ponitur ex motore non moto, & ex moto, quod non mouet de necessitate, & quod, si mouens inueniatur compositũ ex pluribus vno moto, necesse est vt dissoluatur in motũ ex se primũ, scilicet in illud, cui est proprium vt primũ motũ in ipso non moueat de necessitate: motũ.n. ex se, quia est duobus modis, mõ, in quo primũ motũ à primo motore mouet de necessitate, & mõ, in quo primũ motum nihil mouet de necessitate, incœpit dubitare de hoc, scilicet in motũ primũ ex se esse. Potest.n. aliquis dicere, quod nõ est possibile vt
H primum motum per se sit, neque primus motor. quoniam motũ est cõtinuũ per se, & motor etiam est cõtinuus, quia est in continuo, & cõtinuũ diuiditur semper in diuisibilia. Et ideo d. Et quaeritur de hoc, &c.i. & quaeritur in hoc, quod diximus, scilicet quod mouẽs se primum est, quod componitur ex motore nõ moto, & ex moto indiuisibili, i. nõ motore tali mõ. Potest.n. aliquis dicere quod, si ex motore, qui nõ mouetur (si motor sit de natura cõtinui, quia est forma continui) diminuatur aliquid, aut ex moto, cũ de necessitate
I sit de natura continui, aut ex motore (si accidit ei continuitas) remanebit residuum motum ex se: & sic nõ erit hoc mouẽs seipsum primũ, neque motor primus. Et hoc intẽdebat cũ d. Quin, si hoc fuerit, &c. D. dedit solutionẽ, & d. Dicamus igitur ad hoc, &c.i. dicamus igitur soluendo quod non est remotũ vt vtrunque sit diuisibile in potentia in infinitum, si vtrunque fuerit continuũ, aut alterũ, scilicet motum, si nõ fuerit positũ quod motor est de natura eius, cui accidit cõtinuitas, & est materialis, vt declaratũ est, in actu aũt est impossibile. D.d. Sed si diuidatur, &c.i. & est impossibile K vt motum diuidatur in actu in infinitũ, & similiter motor. quoniam tũc diuisio perueniet ad hoc, quod eorũ natura corrumpetur. v.g. quod, si primum motũ ex se fuerit ignis iste demõstratus, à quo auferemus partẽ, & postea aliã, & postea aliã, perueniemus ad talẽ quãtitatẽ, quae si diuidatur, corrũpetur ignis, cũ minima quãtitas ignis sit determinata. Et similiter est de aĩali annulloso, ex quo, si diuisa fuerit aliqua pars, remanebit residuũ non motũ ex se. &, cum ista diuisio non procedat in infinitũ, manifestũ est hoc esse motum ex se primum, & motorẽ primũ. Et tale motum esse posuit pro principio, in principio Septimi, ad declarandũ quod omne motũ habet motorem. D.d. & ideo nõ est inopinabile, &c.i. & ideo non est impossibile vt in diuisibilibus in potentia sit aliquid primũ: licet, secundum quod est in potentia, nõ sit in eis primũ: sed est necesse hic esse primum. &, si non, nõ esset motus. Et d. in motore: quoniam primi motores apud ipsum sunt duobus modis, scilicet motor materialis, i. qui cõstituitur per rẽ motam, & hoc est in rebus generabilibus, & corruptibi- M bus. & motor nõ materialis, & hoc nõ dicitur continuum, nisi per accidẽs. continuitas.n. essentialiter est impossibilis in omni moto primo. quoniam est nõ corpus. non.n. loquitur in hoc loco, nisi in moto ex se simpliciter: in moto aũt ex se, quod est impossibile esse in toto primus motor, manifestũ est quod non dicitur continuũ omnino, quia nõ mouetur neque essentialiter, neque accidentaliter. & hoc nõ accidit, nisi in motoribus, qui constituuntur per rẽ motã ab eis, sicut in animabus aĩaliũ. principia aũt prima, quae sunt in mo-

Minima quantitas ignis est determinata.
Idem tex. 62 idem. 6. ph. 32. 49. 59 91. idem. 1. ph. 36. 37 38. idem. 2. de aia. 41. 97. & 1. Coe. 116.

Motor duplex.

A tis ex se ęterna, motor in eis nõ est diuisibilis neq; essentialiter, neq; accidẽtaliter. D. d. Apparet ex hoc igitur, &c. i. &, cũ manifestũ sit ꝙ motum ex se non põt diuidi in infinitum, manifestum est ꝙ in motis ex se est talis motor, s. qui nõ mouetur omnino. D. dedit modum, ex quo apparet hoc & d. qm̃, si motum cessabit, &c. i. si mouetur ex se non ex alio. & hoc intẽdebat cum d. cessabit. & oẽ motum mouetur ab aliquo, peruenietur in hoc moto ex se ad motorem, qui non mouet᷑. qm̃, si componitur ex pluribus vno mo
B to, necesse est puenire ad motorẽ, q nõ mouetur. &, quia tale nõ est medium inter motorẽ, qui nõ mouetur in eo, & inter motum, iõ d. cessabit cito. D. d. &, si perueniat᷑ ad motum, &c. i. &, si motum positum nõ mouet se, sed perueniat ad mouens se, vt prius declaratum fuit: & omne mouens se est in eo motor, qui non mouetur: sequit᷑ necessario ex illo moto, & ex isto, vt hic sit prim⁹ motor, qui non mouetur. Et quasi diceret, &, quia oẽ motum non fugit alterum istorũ, s. ꝙ aut erit motum ex se, aut ex alio: & motum ex
C alio puenit ad motum ex se: & motum ex se habet motorẽ, qui nõ mouet᷑: sequitur ex vtroq; mõ, vt omne motum habeat motorem, q nõ mouetur, i. ꝙ omnes motus reducũtur ad talem motorem, aut ad vnũ, aut ad plures vno. [a] Et dixit: est illud, quod mouet se, & facit ipsum quiescere. quia iam accepit in descriptiõe moti ex se, quod est illud. qđ habet quiescere ex se. & in hoc differt motum ex se secundum suã opinionẽ, à motib⁹ corporũ simplicium, cũ ista existiment᷑ moueri p se.

a Motũ ex se ĩ aĩalibus dr̃ à moto ex se ĩ corporib⁹ simplicibus.

Primum mouẽs esse perpetuum, et vnum, ipsumq; nec per se, nec per accidens moueri. Cap. 5. D

QVoniã aũt oportet motũ semp esse, & nõ intermitti, necessarium est esse aliquid perpetuum, qđ primum mouet, siue vnum sit, siue plura, & primum mouens immobile esse.

Et quia motus necesse est vt sit semper, et nunquã deficiat, sequitur necessario vt sit hĩc aliquis primus motor, siue vnum, siue plura, et quòd primus motor nõ sit motũ. E

Cum declarauit in Sexto ꝙ est ĩpoẽ ꝙ motus æternus sit, nisi circularis, & declarauit ĩ principio Septimi ꝙ oẽ motum habet motorem, & postea declarauit in illo tractatu ꝙ mota mouentia se adinuicẽ in loco reducunt᷑ ad motum ex se, & declarauit ĩ principio istius tractatus ꝙ nunq̃ motus deficiet, neq; in pterito, neq; ĩ futuro, sequit᷑ ex hoc, ꝙ primum motum ex se, ad quod reducũtur oẽs motus ex se in loco, sit ęternum. &, si non, esset possibile vt
F motus deficeret in aliqua hora, cũ ipsum sit cã illi⁹. & ꝙ pp hoc necesse est vt sit hic vnus mot⁹ æternus: & est ille, fm quẽ mouet᷑ istud motum primũ. D. d. post hoc quęstiones contingentes in hoc, et vidit ꝙ necesse est iterare pscrutationẽ de motu in hoc tractatu, & cõplere sermonẽ de hoc ĩ propõnibus, quibus vsus est in Sexto, & Septimo. Et vlr vidit ꝙ melius est congregare illud totũ, & declarare qđ remanet ad declarandũ de dispõne entiũ ĩ motu, & quiete, & declarare qs motus sit iste

G iste motus, & vtrum motor illius sit in materia, aut non in materia. Et incœpit diuidere entia in oẽs dispõnes, quę possibile est vt existimetur esse fm ipsas in motu, & quiete. Et postea dissoluit quæstionẽ contingentem ĩ hoc, ꝙ omne motum habet motorem ex motibus corporũ simplicium, & declarauit ꝙ ista nõ mouẽtur ex se. D. declarauit ꝙ oĩa mouentia, quæ mouentur in loco, reducunt̃ ad motũ ex se. Et postea declarauit, ꝙ motũ istud, & motor componitur ex vno moto, & ex primo motore, qui nõ mouetur. Et cũ compleuit hanc declarationem perfecte, & est illa, quã declarauit in Septimo non perfecte: qm̃ illic nõ declarauit ꝙ primum motum debet componi ex motore, qui nõ mouetur, & ex primo moto: reuersus est etiam ad illud, quod declarauit in principio istius tractatus, s. ꝙ nulla est hora, in qua deficit mot⁹, ad cõcludendũ illam eandẽ conclusionẽ, quam conclusit in principio istius tractatus, ex hoc, qd̃ declaratũ fuit in eo, ꝙ motus nunq̃ deficit, & ex illo, qd̃ declaratum fuit in Septimo, s. ꝙ mouentia, quę mouentur in loco, reducũtur ad motum ex se. qm̃

Nota qualiter declaratio Septimi ẽ ĩperfecta. vide ꝓ hoc ẽt. 4. cœl. cõ. 25.

H

I illa conclusio perfectius apparebit hic, cum sermo de propõnibus, sup quas fundata conclusio est pfectior ĩ hoc tractatu. & cõclusio est, ꝙ est hic motus vnus ęternus. Et, q͂a omnia ista sunt, sicut narrauimus, reuersus est ad primã propõnẽ, quam verificauit in principio istius tractatus, & d. Et, quia motus, &c. i. &, cũ declaratum sit ꝙ omnia mouẽtia, quæ mouentur, reducuntur ad primum motum ex se, quod componitur ex primo moto, & ex motore, q

Expõ tex.

non mouetur, & iã declaratũ est ꝙ in nulla hora deficit motus, necesse est vt primus motor, ad quem reducuntur alij motus, sit ęternus, & sit absolutus ab oĩ transmutatione, & vt motum ab eo ẽt sit absolutũ ab oĩ transmutatione, nisi à motu in loco: & siue ille motor, qui est talis fuerit vn⁹, aut plures. Et fuit necesse vt ipse non quiescat à mouere, nec illud, qd̃ mouet̃ ab eo à motu, quia est cã motuũ. Et demonstratũ est ꝙ motus nunq̃ deficit. &, si ille motor in aliqua hora nõ moueret, tũc deficeret motus. Et fuit necesse etiã vt non sit transmutabile, neq; essentialiter, neq; accidẽtaliter. qm̃, si ita esset, tunc esset motor prior illo. Et, cũ manifestum sit, ęternũ esse motorem, & motum ab eo ęternum. qm̃, si non esset ęternum, tunc moueretur ab eo per accidens, & sic eẽt illic motor prior illo: ergo necesse ẽ vt sit hic motus ętern⁹. Vtrũ autẽ iste motor est vnus, aut plures perscrutandum est in alia scientia.

K

L

Vide. 12. Me. te cõ. 42. & ide.

* Vnumquodq; igit̃ immobilium quidẽ, mouentium aũt, perpetuum esse nihil ad p̃sentẽ sermonẽ. Quod aũt necessariũ est esse aliquid, quod semp̃ immobile quidem ipsum sit omni extranea mutatione, & simpliciter, & ſm accidens, motiuum aũt alterius manifestum est considerantibus sic. Sit aũt, si quis velit, in quibusdam contingẽs, vt sit aliqñ, & non sit sine generatione, & corruptione. fortassis. n. necessarium est, si quid impartibile aliqñ quidẽ est, aliqñ aũt nõ est, sine mutatione aliqñ quidem

* a. l. At vnũ qdq;.

M

A quidē esse, aliqñ aūt non esse oē tale. Et principiorū immobiliū quidē, motiuorū aūt quędā aliqñ quidē esse, aliqñ aūt nō esse, cōtīgat & hoc. sed nequaq̃ oīa quidē possibile ē. manifestū.n. est, q causa q̃dā ĳs, q̄ ipsa seipsa mouent, inest, vt aliqñ quidem sint, aliqñ aūt nō sint. qđ.n. ipsum seipsum mouēs ē, oē necesse est magnitudinē hr̄e, si nihil mouetur impartibile. id aūt. qđ mouet, nulla necessitate ē ex dictis. Vt igit̃ alia quidē generen-
B tur, alia vero corrumpantur, & hoc sit continue, nulla cā est immobiliū quidē, non semper autē existentiū. neq; rursus eorū, quæ semper quidē hæc mouēt, horū aūt alia. ipsius.n. qđ semꝑ est, & continui neq; vnūqđque ipsorum cā est, neq; omnia. nā sic se habere perpetuum. & ex necessitate est. omnia autem infinita, & non simul omnia sunt.

Vtrum aūt vnumquodq; mouētium, q̄ non mouētur, sit æternum,
C *non est intrans modo ad propositū. Quoniā aūt necesse ē vt sit hic aliquid, quod in se non sit motum, & sit absolutum ab omni transmutatione simpliciter, & per accidēs, quod mouet aliquod aliud, declarabitur hoc modo. Ponatur igitur hoc eē poßibile in quibusdā vt sit quandoq;, et nō sit quādoq; sine generatione, & corruptione. dignius est.n. illud, quod nō diuiditur, quā-do fuerit quandoq;, & non fuerit* D
quandoq;, vt esse cuiuslibet talis, aut nō esse sit necessariū, vt sit sine transmutatiōe. Ponatur igitur quòd poßibile est vt quædam principia, et q̄ sunt non mota, sed sunt mouentia, sint quandoq;, & quādoq; nō sint. sed nō est poßibile vt oīa sint talia. manifestū est.n. quòd hic est alia cā eorū, q̄ mouent se in eē eorū quādoq;, et nō eē eorū quādoq;. oē.n. mouēs se, necesse ē vt habeat magnitudinē, cū illud, quod E
non diuiditur, non mouetur. motor autem non sequitur aliquo mō vt habeat magnitudinem. Causa vero in hoc, quòd quædā generātur, & quædam corrumpuntur, et hoc esse perpetuum, non est vnū eorū, quæ sunt nō mota. sed nō sunt semper in esse mota, ita, quòd ista moueant semper, & per hoc moueāt alia. quod enim est tale, nec non vnum huius, neq; omnia erunt cā rei perpetuæ continuæ. ista.n. dispo- F
sitio, secundum quam sunt ista, est æterna, & necessaria. ista autem omnia sunt infinita: sed non omnia existunt insimul.

Cum declarauit q necesse est vt 46
sit hoc motum ex se æternum, compositum ex motore, qui non mouetur, & ex moto æterno, d. Vtrū autē vnūqdq;, &c. & intēdit aīas aīaliū, q̄ sunt hic. istę.n. animę mouent, & non mouentur. & quęstio in eis est

G existens. Plato. n. dicit q oẽ mouẽs se est ęternũ: & anima apud ipsum est ęternũ. Et, quia ista perscrutatio magis pertinet ad perscrutationem de aĩa, d. q nõ intrat mõ sermonẽ hũc. & intẽdit q ista pscrutatio est alia ab illa. Et in lib. à quo extraxi verbũ Aristo. inuenit talẽ litterã (si aũt vnumquodq; mouentiũ, q nõ mouent, fuerit aliqđ ęternũ, nõ intrat hunc sermonẽ). i. quęrere autẽ vtrũ vna aĩarum sit æterna, aut oẽs sint generabiles, & corruptibiles, nõ ptinet ad hũc locũ. & hoc est quasi meli⁹: qm̃ qđã partes aĩę vñr eẽ generabiles, & corruptibiles: sed dubi

H tatur de eis in motore, qui dr̃ intellectus. Et in li. Themistij inuenim⁹ loco istius, qm̃ aũt oẽ ęternum mouet, ita, q nõ mouet, nõ intrat hunc sermonẽ. & est tertius sermo à pdictis. D. d. Qm̃ aũt necesse est, &c. i, qm̃ aũt necesse est vt sit hic motor, qui nõ mouet, absolutus ab oĩ trãsmutatiõe simplr̃, s. eẽntialiter, & accidẽtaliter, qui mouet aliquid aliud semp: & est primũ motũ ab ipso, vt declaratũ est à pdictis, & declarabit ẽt hoc mõ. Et intendebat p hoc, qđ dixit, aliquid aliud, qđ in se nõ mo-

I uet, motorẽ, qui nõ mouet, qui ẽ altera duarũ partiũ moti ex se. Et intendit p hoc, qđ dixit: absolutũ ab oĩ transmutatiõe, qđ non accidit ei aliqs mod⁹ trãsmutatiõis, nec generatio, nec corruptio, nec alteratio, nec augmẽtatio, nec diminutio, nec motus localis. Et, cũ d. simplr̃, & per accidẽs, forte intẽdit p simplr̃ illud, qđ est cõe ei, qđ est essentialiter, & ei, qđ est accidẽtaliter. trãsmutatio. n. simplr̃ diuidit in essentialiter, & accidẽtaliter. & ſm hãc expõnẽ dixit rememorationẽ de altero duo- Priacx; ß.

rũ modorũ, in quos diuidit trãsmutatio simplr̃, & tacuit reliquũ, s. propalauit modũ, qui est p accidens, & tacuit modũ, qui est essentialiter. Et forte intẽdit p simplr̃ essentialiter. Transmutatio. n. simplr̃ est essentialis, cũ sit transmutatio vera: transmutatio aũt non simplr̃ est accidentalis. simplr̃. n. dr̃ de transmutatiõe in substãtia: nõ simplr̃ vero de trãsmutatiõibus cæterorũ pdicamentorũ. Et intendit p hoc, q d. q mouet aliquid aliud, partẽ, q est primũ motũ, qđ ẽ scđa pars primi moti ex se. Et, cũ voluit hoc declarare alio mõ à pdicto, d. Ponatur igit q hoc sit posse in quibusdã, &c. i. & ponat q qđã istorũ mouẽtiũ, q nõ mouent, iueniant qñq;, & qñq; nõ, nõ ſm modũ q generant qñq; eẽntialiter, aut corrũpunt, cũ nõ sint corpora, sed ſm q esse, & non esse eorũ sequit illud, qđ generat, & corrũpit essentialiter. Et cũ narrauit q hoc posse est poni ĩ quibusdã motorib⁹, qui nõ mouent, incœpit narrare q hoc impossc est vt sit in oĩbus, s. vt sint generabilia, & corruptibilia p accidens, & d. sed nõ est posse, &c. i. sed, si posuerimus oĩa mouentia, q nõ mouent, esse talia, nõ erit possibile. D. incœpit declarare qualiter ẽ hoc imposse ĩ oĩbus, & d. manifestũ ẽ. n. &c. i. apparet. n. ipõne q necesse est vt sit hic aliquid mouens se, ita, q ipsum sit causa in hoc, q quædã mouentia se mouent qñq;, & qñq; non. & hoc erit ſm diuersitatẽ suæ dispositionis ad ea in propinquitate, & remotione tñ, s. in loco. Et, qa ista positio nõ põt esse in eo, quod mouet se, nisi sit corpus. qđ. n. non est corpus, nõ mouet, dedit cãm, ppquam fuit ista positio posis, s. pone-re

K

Scđa expõ

Trãsmutatio in sũba est simplr̃, in reliqs pdicamẽtis ẽ ñ simplr̃. Idẽ. 5. ph t. c. 7. & t.

L

de Gen. t. cõ. 11. & t. ph. t. c. 62

M

A re ꝙ primũ mouentiũ ſe eſt mouẽs ſe ęternũ, & d.oẽ.n.mouens ſe, &c. & q.d. & diximus ꝙ principiũ mouentiũ iſtorũ, quę ſunt qñq;, qñq; nõ, debet eſſe mouens ſemp,ſ.cõpoſitũ ex motore,qui non mouet,ęterno, & ex moto ab ipſo ęterno. Qm̃; ſi poſuerimus cãm iſtius eſſe motorem ęternũ ſine moto ęterno, non poſſemus dicere quõ erit cauſa ei', qđ eſt qñq;,& deficit qñq;.Si igitur dixerim' ꝙ mouet ſe,erit hoc poſſe, qm̃ tũc erit corpus,& ſm ſuã ꝓpinquitatẽ, & remotionẽ à re erit cauſa vt agat in ipſas diſpõnes contrarias.
B Et hęc eſt cã, pp quã quæſiuit hoc in hoc loco. & iõ d. motor autẽ nõ eſt neceſſe aliquo mõ vt habeat magnitudinẽ.& intendit ꝙ eſt motor, & non motũ. oẽ.n.corpus non mouet in loco,niſi moueatur, vt poſitũ eſt in Septimo. Et, cũ narrauit ꝙ neceſſe eſt vt ſit hoc aliquid mouens ſe ſemp, qđ ſit cã in eſſe eorũ, quę mouens ſe qñq;, & qñq; nõ,incœpit notificare conſecutionem in hoc,& d. Cã aũt ĩ hoc eſt ꝙ q̃dam, &c.i.&,quia eſt manifeſtum p ſe ꝙ mota ex ſe,q̃ ſunt hic, q̃dã generantur,& q̃dã corrumpuntur:& hoc in
C uenit ſemp in eis: nõ poſſumus ponere cãm eſſe in hoc ęternã, vnum eorũ,quę mouẽtur ex ſe, & nõ ſunt perpetuę cauſę.D.d.ita, ꝙ iſta moueant ſe ſemper.i. ita, ꝙ ponamus ꝙ vnum eorũ, quæ mouent ſe, aut plura vno moueant ſe ſemp: & propter hoc mouent alia ſm cõtinuitatẽ,& perpetuitatẽ. D.d.qđ.n.ẽ tale, &c.i.& neceſſe eſt, cũ generatio, & corruptio eorũ, q̃ ſunt apud nos, ꝑpetuę ſint,ponere motũ ex ſe ſemp, qm̃ nullũ eorũ,q̃ mouentur ex ſe,q̃ ſunt generabilia, & corruptibilia, nec oĩa poſſunt eſſe cã rei perpetuæ continuę. D.dedit cãm, pp quã fuit neceſſe vt iſta generabilia,& corruptibilia nõ ſint quædã cauſæ quorundam, ſicut põt aliquis dicere,v. g. ꝙ hõ generatur ſemper ab hoĩe, & equũ ab equo, & d.iſta.n.diſpoſitio, &c.i. & impoſſe eſt vt iſta diſpõ perpetua ſit ĩ eis pp vnũ eorũ. vnũquodq;.n.eorũ eſt corruptibile,& non eſt ẽt poſſe vt hoc ſit in eis ex ſeipſis, ſ. vt quædam ſint cãæ quorundam eſſentialiter. cauſę.n.quę ſunt eſſentialiter de neceſſitate,ſunt finitę, & inſimul.& iſta nõ ſunt talia.Et hoc D
intẽdebat,cũ d.iſta aũt oĩa ſunt infinita,& non ſunt inſimul.Qm̃ aũt iſta ſunt ꝑpetuę generationis,& corruptionis, manifeſtũ eſt pp hoc, qđ declaratũ eſt hic,& ꝙ eſt hic motus primus ęternus, qui continet totũ. Et hoc apparet ẽt per ſe.qm̃, ſi eſſet poſſe vt hõ generaretur à non ſemine hoĩs, tunc de neceſſitate ille homo diceretur hõ æquiuoce cũ iſto homine. qm̃,qñ materia fuerit diuerſa, diuerſabit̃ & forma.& ſi nõ, nõ eſſent hic materię proprię, neq; formę proprie:& tunc qđlibet generaretur à quolibet, & in qđlibet. & tũc vł materię eſſent ocioſæ, & ſuperfluę. Qm̃, ſi eſſet poſſibile vt hõ generaret̃ à terra,ſicut vermis,tunc aut eſſet neceſſarium,aut in maiori parte,aut in minori parte. Et, ſi eẽt neceſſariũ, tunc hõ non generaretur ab hoĩe oĩno. Et, ſi eſſet in maiori parte, tunc hõ generaret̃ ab homine in minori parte. & ſic hoc eẽt caſualiter. Sed ſi hoc eſſet in minori parte,ſ.caſu,tunc eadẽ ſpecies inueniretur natura, & caſu. &, quod fit caſu, ſemp eſt oppoſitũ ei, qđ fit natura.Et ẽt,ſi ita eſſet, tũc cõparatio,

E Digreſſio

Qñ nũ fuerit diuerſa, diuerſabit̃, & forma. idẽ.4.cœ.
F c.37.&.8. Me.t.c.11.

Prima rõ.

Secũa rõ.

G tio,& respectus causarum ad causata non esset,& sic auferretur natura necessarij. Et ēt declaratū est q̄ illđ, qđ fit casu, fit à causis inuentis pp aliquam cām naturalē, & in maiori parte, qn̄ impediunť ab inueniēdo causatum ab eis. qđ non est innatum fieri ab eis. Et, cum ita sit, necesse est, si homo generatur casu, vt generetur à causis, quæ fuerunt pp aliquam speciem, & impediebātur à generatione illius speciei. & ideo causæ eius, qđ est casu, non sunt terminatę. Et, cum ita sit, esset possibile vt hō generaretur ex semine asi

Tertia rō. 2. t. ph. cō. 48.

Nulla spēs ē à casu. Idē. 7. Me. c. 22.

H ni, aut ex semine equi, & vīr ex infinitis materijs. & ideo nulla species inuenitur casu: sed illa, q̄ inueniuntur casu, sunt monstruosa non naturalia. & totum hoc manifestū est per se. Sed diximus ista contra negantes hoc esse manifestū per se: sicut Auic. qui dicit poſe eē hominē generari à terra, sed cōueniētius in matrice. & iste sermo ab hoīe, q dat se scīę, est valde fatuus. Si igiť dicatur q̄ non apparet ex istis generabilibus q̄ sunt ęterna, nisi fm pręteritum: & demū non cōplebitur, nisi ponanť ęterna in pręterito, & in futuro: dicemus ad hoc, qm̄, cū declaratū sit q̄ impossibile est vt deficiāt

Vid̄ cōsilīe cōtra Auic. 2. Met. c. 14.

Dubium.

Solo.

I in p̄terito infinito, declarabitur q̄ ē impossibile in eis vt deficiant in futuro. qm̄, si deficerent in futuro, deficerēt in p̄terito infinito. qm̄ illud, in quo est potētia infinita, non est determinatū magis ad vnū tēpus, q̄ ad aliud. &, si deficerent in p̄terito, non essent nūc: ergo impoſe est vt deficiant oīno. a Si igitur aliquis dixerit q̄, cū declaratū sit de natura istorū, q̄ nunq̄ deficiunt genere, qđ indigent motore, & moto, quę non

Illđ, ī quo ē pōa infinita, nō ē magis determinatū ad vnū tps, q̄ ad aliđ. Idē. 1 cœ. c. 128. 133. et 134.

a Obiectio Solutio.

deficiunt fm indiuiduum? &, si indigent hoc de necessitate, qūo? Dicamus ad hoc q̄ ista indigent motore extrinseco, vt largiatur eis esse, nedum perpetuitatē. qm̄, si ista non haberent cām primā in motu, tunc nō essent. &, si essent, esset poſe vt deficerent. qm̄ q̄dam essent tunc causæ quorundā per accidēs: & qđ est p accidens, non est semp, nec necessariū. Qūo aūt indigent de necessitate motore moto ex se extrinseco, qui semp moueat, aut qui continet totum? Dicamus q̄ mota non generabilia manifestū est q̄ indigent

K

Dubium.

Solutio.

L apud generationē moto ex se. generatio. n. in eis non est ex seipsis, s. q̄ est, quia quædam non generant q̄dam. & ideo esse istorū nō fuit perpetuum. In generabilibus aūt generās propinquū est in ipsis, & iō fuit ęternū, s. q̄ generans in istis nō dat, nisi principiū generationis, deinde dimittit generabile, quousq; perficiatur sua generatio, necesse ē vt sit hic cōplens illud generatum ex se p principium, qđ est in eo, & conseruans ipsum. & hoc erit largiēdo calorē similem calori, quē largitus est primus generās, aut conseruādo il-

M lum calorē, per quē generatum fuit generatū ex se. qm̄, quēadmodum motū in loco, hoc ex se indiget motore extrinseco, ita est in generabilibus ex se. Et, cū ita sit, necesse ē vt non compleať generatio alicuius eorū, q̄ generāt se, nisi sit illic generās extrīsecū p̄ter generās ꝓpīquū, qđ est in ipso generato, per qđ generatū fuit generatū ex se, s. qđ dedit principium generandi. Et, quia generans extrinsecum est alterans necessario, necesse est, fm q̄ sequitur, vt alteratio eius sit alteratio tempe-

rata,

A rata,s.similis calori naturali, p quē cōpletur illud ens, necesse ē vt alterans cum alterato nō sit in eodem situ in toto tempore crementi, sed qn̄q; appropinquatur ei, & qn̄q, remouetur ab eo, ita,ꝙ generatū acquirat ex hoc vnū calorē in forma in toto tēpore sui cremēti. Et, cum ita sit,necesse est vt alterans appropinquetur qn̄q; alterato, & remoueat̃ qn̄q; ab alterato.Et,cū ita sit,ē motū in loco: & oē motum in loco reducitur necessario ad motū ex se:ergo necesse ē vt extra ista generabilia sit motū ex se,aut vnū,aut plura

B vno,qđ semper mouet.Et nō sequitur ex hoc,vt appropinquetur,& remoueatur,sed, & ſm ꝙ agit duo cōtraria insimul,s.generationē, & corruptionē. Cum igitur declaratum sit ꝙ ista,indigent in sua generatione moto ex se extrinseco, & posuerimus ꝙ generatio istorum est ęterna, necesse est vt istud motū ex se, quod est necessarium in generatione eorū,& corruptione sit ęterne,& vt sit semper.&,si nō,indigent motore priori ipso.& sic in īfinitū. Et, cum declarauit hoc, iterauit ipsum ad rememorationem, & dixit.

C Manifestum est igit̃ ꝙ quamuis decies milies aliqua principia immobilium quidē, mouētiū aūt, & multa eorū,q̄ ipsa seipsa mouent,corrūpant̃, alia vero insuper generent̃, & hoc qdē immobile existens hoc mouet, alterū āt hoc, at nihilo min⁹ aliqd eē,qđ cōtinet. & hoc præter vnūqdq; eē id, qđ est cā vt alia quidē sint,alia vero nō, & cōtinuę mutationis.et hoc qdē his, hæc aūt alijs causa motus sint.

Manifestum est igitur quod, si essent hic principia inumerabilia, s.principiorum,q̄ mouent, & non mouentur, & plura mouentium corrumpuntur,deinde generātur, & istud,quod non est motum, mouet aliud, & aliud mouet aliud, hoc non faceret aliquo modo, nisi esset hic aliquid, quod cōtineret ēt hoc in vnaquaq; rerum, quod est causa in esse quorundam, & non esse quorunda in hac transmutatione continua, ita, quòd hoc sit E *causa motus istorum, & ista sunt causa motus aliorum.* D

47 Manifestum est igitur ꝙ, si fuerint hic principia infinita ex mouētibus, quę non mouent̃ ex se, & ex motis ex se, q̄ componunt̃ ex istis principijs,q̄ non sunt corpora,& ex primis corporib⁹ motis ab eis,quorum qđlibet corrumpit̃, deinde reuertit̃ ipsum,& mouēt se adinuicē, s.vt quędā generent q̄dā,ita, ꝙ motor in eis nō moueatur ab alio, sed ex se, v.g.ꝙ istud moueat illud ita, ꝙ nō moueat̃ ab alio, & iste motor F moueat̃ ab alio, & sic in infinitū, v.g. vt Soc. generet Platonem ex se,& Soc. generetur à Cicerone,& Cicero à Virgilio, & vnūquodq; istorū in hoc motu mouet̃ ex se, & sic in infinitū, manifestū est ꝙ hoc non erit, neq, est posse alio mō ab eis, ſm ꝙ possibile est ponere,ꝙ hic est motū ex se,qđ continet ista ex extrinseco, quod est causa in esse quorundam istorum,& in non esse quorundam ſm continuitatem, & perpetuitatē, ita, ꝙ motor æternus sit causa motus

G rus istorum, quę mouentur ex se generabiliū, & corruptibiliū ſm perpetuitatem: & erūt ista causę aliarum rerum, q̄ mouent. Et, cū d. & istud, quod non est motum, &c.i.& istud demōstratum ex istis mouet hoc demonstratum, & est non motum ab alio, sed ex se: & aliud ēt ab isto mouet aliud ab illo, & sic erit ī infinitū: impoſſe est vt ista sint, nisi ponat hic aliqđ motum ex se, continens omnia ista aliquo mō continentię. Et hoc intendebat, cum d. hoc nō faceret aliquo modo, &c. & intendit alio mō ab eis, ſm quorū H vnū imaginatur hic eē motum ex se continens oīa: immo necesse est imaginari motum ex se continens ea aliquo mō continentię. & nos iā declarauimus modū continentiæ, quem innuit. Et non dimisit ipsum non distinctū, vt mihi vr, nisi quia manifestū est p se q, si ista mota ex se generabilia, & corruptibilia non essent determinata, & continuata à motibus corporum cœlestium, nō essent, nedum vt continuaretur esse in eis. & iō, si positū fuerit totū generari, contingeret vt esset pars alterius mundi. Et modus generationis istorū, q̄ mouent se adinuicem, per accidēs est. quia sunt quasi instrumēta, per quę mouent corpora cœlestia, s. q hō non dat in generatione hominis, nisi illud, qđ est quasi instrm: & corpa cœlestia sunt quasi artifex, & virtutes īformatiuę, quas vocat Arist. virtutes aīę ī lib. de animalibus, fiunt ēt à corporibus cœlestibus. Et tu bene scis q non de necessitate debet instrm esse finitum, sed necesse est, si fuerit hic artifex, q operatur per instrm generabilia, & corruptibilia, & semp operatur, aut

Primū documentū. Idē. 1. Meteor. ca. 1.

Secundū.

Mod' gñationis istorū, q mouēt se adinuicē, est p accñs.

I

Tertium.

sint hic instrumenta infinita. & ēt K quando Socra. generat Platonem, & Plato Ciceronem, tunc Plato nō generat Ciceronem propter generationem eius ex Socrat. sed propter voluntatem eius, scilicet, quia proijcere voluit semen in illam fœminam. a Socrat. enim generare Ciceronem est per accidens. Ergo illud, quod Loquentes nostræ legis existimauerunt esse impossibile, iam apparuit esse necessarium. & errauerunt in hoc, quia acceperunt illud, quod est essentialiter, loco eius, quod est accidentaliter: & existimauerunt esse impossibile L illud, quod non est impossibile, scilicet quòd causas esse infinitas est impossibile essentialiter, & possibile accidentaliter.

a Soc. gñare Ciceronē ē p accidens. Quarū.

Vide idē. 5. ph. c. 13. & hic sup. c. 15.

Si igitur ꝑpetuus motus est, perpetuū erit & mouēs primū, si vnū est. sin vero plura, plura ꝑpetua. Vnū aūt magis q̄ multa, & finita q̄ infinita opꝫ existimare. eisdē. n. accidētibus semp finita magis accipere oportet. Ī ĳs enim quæ natura sunt, oportet finitum, & id, quod melius est, si contingat, esse magis. sufficiens autem est, etiam si vnū, quod, cum primum immobilium perpetuum sit, erit alĳs principium motus.

Eisdem accñtib' ſp finita magis accipe oportet.

M

Et, si motus fuerit æternus, tūc primus motor erit æternus, si fuerit vnus. et, si fuerint plures vno, tūc æterna erūt plura vno. Sed melius ē opinari ipsū eē vnū, nō plures. hoc. n. cōplebitur per tria. et, si fuerint

A *fuerint plures, melius est opinari ipsos esse finitos, quam infinitos. cõtingentia enim, cum sint eadem, oportet esse melius habere finitos. res .n. quae sunt per naturam, oportet vt accipiatur ĩ eis pars finita, & melior in eo quod est possibile, & vnum sufficit. et prima rerum quae non mouentur, erit aeterna, & principium motus in alijs rebus.*

48 Cum declaratum sit ꝙ, si necessario est hic motus aeternus, ꝙ necessario erit hic motor aeternus, & motũ
B aeternum. &, quia non apparet hoc, vtrum sit vnum, aut plura, sed hoc tantum apparuit, ꝙ necesse est vt sit hic motor talis, incoepit consyderare quid est dignius ponere ĩ hoc loco. ista .n. perscrutatio propria ẽ Metaphysicae. Et dixit: & si fuerint plures vno, &c. i. & si iste motor, qui declaratus fuit esse ęternus, fuerit vnꝰ, aeternum erit vnũ: &, si plures, aeterna erunt plura. D. d. Sed melius est opinari, &c. i. vt mihi vr̃ ꝙ est meliꝰ opinari ꝙ iste motor est vnus, quia est sensibile, s. mũdus complebitur
C per tria, s. per motorem ęternum, & motum aeternũ ab eo, & per motũ non motorem: & ista cõplebuntur ꝑ vnũ. &, cum complebitur ꝑ vnũ. melius est vt inueniatur per vnum, non per plura. D. d. & si fuerint plures, melius est, &c. D. dedit causam in hoc, & dixit: contingentia .n. &c. .i. qm̃, si illud, quod contingit ĩ mũdo à positione istorum principiorũ, vt sint finita, & esse infinita sit idẽ, tunc ponere ea esse infinita est superfluum, & extra naturam. Et intẽdebat per contingentia, apparẽtia hic,

Vtrũ motor aeternꝰ sit vnꝰ, vel plures, ista ꝑscrutatio est ꝓpria Met. consile .5̃. c. 45. S; vidẽ oppositũ

1. d̃ aĩa. c. 2. &. 3. de aĩa. cõ. 5. ĩ solone. 3. qõnis. vidẽ côtr Zim.

D s. illa, quę cogunt nos ponere hic eẽ principia aeterna. Et quasi d. quoniam, quando illa, quę apparẽt hic, perficiuntur, ponẽdo principia ęterna, siue finita, siue infinita, tunc melius erit ponere ea finita. illud .n. qđ perficitur per finitum, melius est vt inueniatur per finitum. D. dixit: & vnum sufficit, i. & vnum motum ex se semper sufficit in reddẽdo causas eorum, quae apparent hic. ponendo .n. hoc, tunc res motoris habebunt principium aeternum, & tunc istud principium mediante moto aeterno erit principium rerum, quae mouentur quandoque, & quiescunt quandoq; semper: & per hanc positionẽ complebitur hic esse. &, si non, esset difficile, immo impossibile ponere aeternum esse principium generabile, & corruptibile. E

Illđ, qđ ꝑficit ꝑ finitũ, meliꝰ ẽ vt ineniat̃ ꝑ finitũ. Idẽ. 1. phy. t. c. 50.

Manifestũ autẽ est ex hoc, ꝙ necesse est esse aliquid vnũ, & perpetuũ primũ mouens. Ostẽsum est .n. ꝙ necesse est semper motũ esse. si vero semper, necesse est & continuũ esse. etenĩ qđ semper est, continuũ est: quod autem consequenter est, non est continuũ. At vero, si continuus est, vnus est. vnus autẽ, si & ab vno mouẽte, & vnius sit, quod mouetur. si .n. quiddã aliud, & aliud mouebit, non cõtinuus totus motus, sed consequẽter erit. Ex his igitur crediderit aliquis esse quid primum immobile. F

Et apparet ex hoc quod nos dicemus etiã, quòd est necessarium vt motor primus sit vnum aeternũ. Declaratum est .n. quòd necesse

est

G *est quòd motus sit semper. et si motus fuerit semper, necesse est vt sit continuus semper. æternum .n. est continuum: successiuum autem nõ est continuum. Sed si fuerit continuus, erit vnus. & vnus motus erit ab vno motore, & ab vno moto. quoniã si mouet successiue, tunc ille motus non erit cõtinuus. Ex istis igitur erit homo certus hic esse aliquod primum non motum.*

49 H Ista est alia declaratio, ꝙ primus motor est vnus. Et.d. Declaratũ est .n.ꝙ necesse est, &c.i.iam declarauimus ꝙ necesse est vt sit hic primus motor perpetuus moti æterni. Et manifestum est ꝙ, cum posuerimus hic esse motum æternum, quod mouetur motu perpetuo, necesse erit vt motus istius moti sit motus continuus, non successiuus. motus.n. successiui, licet sint in eodem moto, tñ non sunt continui, nec dicuntur esse perpetui, cum qñq; sit ĩ eis quies. D.d. Sed, si fuerit continuus, erit vnꝰ motus. & hoc est notum per se. D.d. & vnus motus erit, qui prouenit ab vno motore. D. dedit causam ĩ hoc, & d. quoniam, si mouet successiue, &c.i. quoniam, si vnum motũ mouetur à pluribus vno motore successiue, tunc ille motus non erit continuus. D.d. Ex istis igitur, &c. & intendit per primum. primum oĩum mouentium.i. &, si fuerint hic alia mouentia ab eo, quæ non mouent̃, tunc illa mouentia sequuntur ipm. qm̃ motꝰ eorũ sequunt̃ motũ illius moti primi, q ẽ velocissimꝰ motuũ.

I Hic vĩ dicer ad vnitatẽ nũeraĩe motore prĩ vnita.ẽ motoris. id.3. 11.

Et rursus, cum respexerit ad principia mouẽtiũ. Esse igitur quędam entium, quæ aliqñ quidẽ mouentur, aliquando vero quiescunt, manifestũ est. Et per hoc factũ fuit manifestũ ꝙ neq; oĩa mouent̃, neq; oĩa quiescũt, neq; alia quidem semper quiescũt, alia vero semper mouẽtur. quę nanq; ad ambo prona sunt, & potentiã hñt vt aliquãdo quidem moueantur, aliquando vero quiescant, demonstrant de ipsis. Qm̃ autẽ huiuscemodi oĩbus sunt manifesta: volumus autẽ demonstrare & duorũ vtrãq; naturã, ꝙ sunt alia quidẽ semp̃ ĩmobilia, alia autẽ, quæ semper mouentur: procedentes autẽ ad hoc, & ponentes oẽ, quod mouetur ab aliquo moueri, & hoc esse aut ĩmobile, aut quod mouetur, & quod mouetur aut a se ipso, aut ab alio semper, processimus vt accipiamus ꝙ eorũ, quę mouentur, est principium. eorũ quidem, quæ mouentur, id, qđ ipsũ seipsum mouet: oĩum aũt id, quod immobile est. videmꝰ aũt & manifeste eẽ eiuscemodi, q̃ mouẽt ipsa seipsa, vt aĩatorũ, & aĩalium genus. Hæc igitur & opinionẽ p̃bebãt, ne forte cõtingat motum fieri, cũ nõ eẽt oĩno: ꝓpterea ꝙ nos in his videmus hoc cõtingere. immobilia enim cum sint aliquando, mouentur rursus, vt videtur. K L M

*Et erit magis certus in hoc ẽt, quando consyderauerit principia motuum. Quoniam, cum manifestum sit, quòd entium quedã quan*doq;

A *doque mouentur, & quandoque quiescunt. & per hoc fuit declaratum quòd non omnia mouentur, neque omnia quiescũt, sed quædam quiescunt semper, & quædam mouentur semper. illud enim quod habet vtrunque, & habet potentiam vt moueatur, & vt quiescat, declarat ista. Et quia illud, quod habet talem dispositionem, manifestum est cuilibet: & intendimus declarare etiã naturam vtriusque duorũ*
B *modorum, s. quòd quædam entium semper non mouentur, & quædã semper mouentur: & incæpimus in hoc, & posuimus quòd omne motum mouetur ab aliquo, & quòd istud aut est non motum, aut motor, & ex se motum, aut ex alio semper, & peruenimus ad hoc, quòd mota habent principium motum, quod mouet se. & principium omnium est illud, quod non mouetur. & nos videmus aliqua talia,*
C *& sunt illa, quæ mouent se, v. gr. genus habentium animas, & genus modorum animaliũ. Ista igitur faciunt existimare quòd forte possibile est vt fiat motus sine eo, quod ante fuit omnino: quia nos inuenimus quòd hoc accidit in istis: sunt enim quandoque non mota, deinde mouentur, secundum quòd existimantur.*

Quapropter & ad dubitationem hoc est dicẽdum. habet.n. dubitationem hanc. Si enim sit ipsa E ipsi F ęqualis, & A feratur cõtinue ab extremo ad C, simul autem sit A in B signo, & D feratur ab F extremo ipsius ad G regulariter, & velocitate eadẽ ipsi A, ipsum D ante veniet ad ipsũ G, quam ipsum A ad C. prius.n. se mouens, & discedens priꝰ venire necesse est. Non ergo simul E affuit A in B, & abfuit ab eodẽ. quapropter & posterius fit. si enim simul, nõ posteriꝰ erit, sed necesse erit stare. Non ergo ponendum est, cum A affuit ĩ B, ipsum D moueri simul ab F extremo. si enim affuerit A in B, erit & abfuisse, & nõ simul, sed erat in sectione temporis, & non in tempore. Hic igitur est impossibile sic dicere in cõtinuo, sed in eo, quod reflectitur, necesse est sic dicere. Si.n. G feratur ad ipsum D, & iterum reflectẽs deorsum feratur, extremo D fine, & F principio vtetur vno signo, vt duobus. quapropter stet necesse est, & non simul affuit in ipso D, & abijt ab ipso D. ibi.n. simul esset, & non esset in eodem nũc.

Et ideo oportet nos ratiocinari per hoc in dissolutione quæstionis. est enim locus dubitationis. Quoniam, si spatium H est æquale spatio Z, & A mouetur continue de ex-

G extremitate H ad B, ad H reuertendo, & insimul fuit in puncto B, & C mouetur de extremitate Z æqualiter, & in eadem velocitate, tunc C incedit citius ad G, quam A ad H. illud enim quod incedit in processu, necesse est vt incedat citius. A igitur non fuit in B, & separabitur ab eo isimul & similiter fuit diuersum. quoniam, si esset insimul, non diuersaretur, sed necesse est vt quiescat.


H Ergo non oportet ponere quòd, cum A fuit in B, mouebatur A ab extremo B. quoniam, si A fuit ĩ B, & separatum est ab eo, et hoc impossibile est esse insimul, quoniam K positum est quod hoc fuit in differentia temporis, non in tempore. Manifestum est igitur, quòd in cõtinuo impossibile est vt hoc dicatur. in reflexo vero necesse est vt hoc dicatur, s. quies quoniã, si quãdo A mouetur, fuerit extremum B, finis, & principium, tunc vno puncto. vtetur pro duobus. & ideo necesse est quiescere, non ita, quòd insimul proueniat ad B, & recedat à B. &, si non, tunc illic insi- L mul esset, & non esset in eodem instanti.

Ratio, qua dubitatur quòd id, quod continue mouetur, aliquo signo quiescat.

I  M

Ostensio

A Ostensio, quòd necesse sit mobile, quod reflectitur, quiescere illo signo, a quo reflectitur. D



66 Rónis abbreuiatio B Cū declarauit φ illud, quod mouetur recte, qñ reflectitur necesse est vt quiescat, & non continuetur suus motus, vult dissoluere quæstionem ex hoc, ĩ qua dicitur, quare duo mota æqualia in velocitate, quãdo mouetur insimul per duo spatia æqualia, & incipiunt insimul moueri, sed cum alterum peruenit ad medium spatij reflectitur ad extremū, ex quo incœpit moueri, & reliquū directe procedit ad finem, quare motū, qđ non reflectitur, peruenit ad finem spatij, anteq̃ reflexum perueniat ad locum, ĩ quo incœpit, licet duo spatia sint æqualia. dicendū est igit ei, qui hoc quærit, quoniã motum reflexū quiescit. Et hoc intẽdebat, cū C dixit: Et ideo oportet nos ratiocinari, &c. D. incœpit dicere quæstionẽ, & dixit: est enim in hoc locus dubitationis, &c. i. quoniam, cum posuerimus A moueri ad B, deinde reflecti ab eo, ita, φ in vno instanti fuit ĩ pūcto B, & recessit ab eo, tunc non debet C incedere ad G, antequam A ad H. &, cum C incedit ad O antequam A ad H, continget φ A nō existet in B. & fuit separatum ĩsimul. quoniã, si ita esse, tunc nō diuersaretur motus eius a motu C. sic igitur est intelligendus iste locus. Et ideo videtur mihi φ aliquid est diminutū a verbis Aristo. in lib. quoniam, secundū E φ inuenitur in libro non inducitur in forma syllogismi inducentis ad inconueniens. & ideo sic debet legi. & in illa eadẽ velocitate necesse est vt prouentus C ad G, & A ad H sit insimul. sed non sunt insimul: quoniã C citius incedit ad O, quam A ad H. D. d. non igitur oportet ponere, &c. i. sed qui ponit motum continuum esse, ponit φ esse A in B, & separationem eius ex B, reuertendo, est in differentia temporis indiuisibili, nō in tpe. quod ẽ impossẽ. ergo ille motor non est cõtinuus. Et hoc intẽdebat, cum dixit: Manifestū est igitur ĩ cõtinuo φ est impossẽ hoc dicere, s. motum reflecti. D. d. in reflexo vero, F &c. i. φ motus nō ẽ continuus, & φ quiescit. D. dedit causam in hoc, & dixit: Quoniam, si, quando A mouetur, fuerit extremum B, finis, & principiū, &c. i. φ, cum pūct[us] fuit ĩ actu, diuisit tempus in duo: & ideo fuit tempus inter ea. Deinde. d. &, si nō tunc illuc, &c. i. & si non, tunc A esset in B in actu, & non esset in eodem instanti: & instans non est, nisi in potentia.

G At vero, quæ olim illata fuit solutio, non dicenda est. Non. n. contingit dicere q est in D ipsum G in sectione, neque affuit, neque abfuit. necesse. n. est ad finem venire, qui actu est, non potentia. quod igitur in medio est, potentia est, hoc autem actu, & finis quidem a deorsum, principium autem de sursum. Et motum ergo similiter. necesse est ergo stare quod reflectitur super recta. non igitur contingit cõtinuum motũ esse perpetuum super re-
H cta. Eodem aũt modo occurrẽdum est & ijs, qui interrogant Zenonis rationem, & volunt si
Zenonis rõ. semper dimidium trãsire oportet: hęc autem infinita sunt: infinita aũt transire impoßle est. Aut vt eandem hanc rõnem quidã aliter interrogant, volẽtes siml', cum quid mouetur, dimidium prius numerare. cum adest, fm vnũquodq; dimidium. quare, cum pertransierit totam, infinitum accidit numerasse nũerũ.
I hoc aũt in cõfesso ẽ impoßle esse.

Et non oportet dicere illã solutionẽ in prædicta quæstiõe prius. Quoniã impoßibile est dicere quòd motum erit super C H, aut super B, in loco differentiæ temporis, ita quòd non fuit in ipso, neq; separatũ ab eo. illud enim quod est in actu, non in potentia, necesse est vt perueniat a d finem, & puncta, quæ sunt in medio, sunt in potentia, ista autem sunt in actu, & est finis ab inferiori, & principium a superiori. Et similiter etiam est de motibus. Necesse est igitur vt reflexũ super lineam rectam quiescat. impoßibile est igitur vt in linea recta sit motus continuus æternus. Et secundum hunc modum debemus opponere sermoni Zenonis, dicentis quoniam illud, quod pertrãsit spatium, necesse est semper pertransire medietates: sed medietates sunt infinitæ: & infinita non possunt pertransiri: impoßibile L *est ergo illud spatium pertransiri. Aut qui hoc dicit alio modo, sicut alij dicunt, quòd necesse est, dũ homo mouetur, vt numeret medietates, vnam post aliam. Et tunc, cum pertransit totam medietatem, tũc numerat numeros infinitos. & manifestũ est quòd hoc est ĩpoßibile.*

Et cum declaratũ sit hic de motu, qñ non facit in magnitudine, super quam mouetur punctũ ĩ actu, 67
nisi cũ quieuerit, & tũc non oportet dissoluere quęstionem Zenonis in M
motu p illam dissolutionẽ, per quã fuit dissolula ĩ Sexto. D. d. Quoniã impoßle est dicere, &c. i. qñ impoßle 6. Ph. tx.
est dicere q mot9, qñ peruenerit ad 19.
extremum magnitudinis, quæ est C H, aut B, perueniat ad ipsum in differẽtia temporis indiuisibili, f. ĩ istãti, ita, q non fuit in extremo magnitudinis, deinde separatur ab eo. D. d. necesse est vt perueniat ad finem, &c. i. &, cum motũ mouetur super magnitudinem finitã in actu, necesse est vt perueniat ad extremũ magnitu-

A gnitudinis, quod est punctū ĩ actu, & finis motus. puncta autem, quæ sunt inter principiū, & finē magnitudinis, sunt in potētia: cum magnitudo diuidatur ſm illa potentia, nō in actu. pūctus autem, qui est finis magnitudinis, est in actu, & est finis primi motus, & principium secūdi, v.g. finis motus ab inferiori ad superius, & principiū motus a superiori ad inferius. D.d. Et similiter est de motibus. i. & hoc necesse est in oīb' motibus finitis. D.d. Necesse est igitur vt reflexum, &c. i. manifestū est igitur, ex dando causam in hoc, ꝙ

B motum describit punctum in actu super magnitudinē, & est magnitudinē esse finitam in actu, ꝙ necesse est ipsum quiescere. In sermone. n. dedit causam, ꝙ causa quietis in extremo magnitudinis est, quia describit in ea punctum in actu, hic autē dedit causam in hoc, ꝙ describit super ipsum punctum in actu, & est magnitudinē rectā esse finitam in actu. Et ideo dixit: Necesse igitur ē vt reflexum, &c. i. manifestum est igitur hoc esse necesse in oībus suis causis propinquis, & remotis. D.d. impoſſe est igit' vt super lineā rectā

C sit motus continuus æternus. i. qm̄ motus eius, quod mouet' super lineā rectam, est finitus. quia linea recta est finita, & reflexum quiescit inter motus: & quod quiescit in suo motu, non mouetur continue. Et cū dixit, ꝙ non oportet contradicere Zenoni per illam contradictionē prædictam in Sexto, cum illa sit ſm sermonem, non secundum rem, reuersus est ad narrādum ꝙ ſm hūc modū dissoluitur illa quęstio. & est ꝙ, dum motū mouetur, nō diuidit magnitudinem in actu, super quam mouetur. D.d. qm̄ illud, quod ptrāsit spatium, necesse est, &c. i. & qō ē talis. qm̄ omne, quod pertransit spatiū, necesse est, vt anteq̄ pertranseat totum spatiū, pertrāseat medietatē, & necesse est vt anteq̄ pertranseat illam medietatē, pertrāseat medietatem illius medietatis, & sic in infinitum. qm̄, cum magnitudo diuidit' ĩ medietates ĩfinitas, necesse ē vt illd̄, qd̄ ptrāsit totā magnitudinē, añq̄ ꝑtrāseat illā, ptrāseat magnitudĩes infinitas. &, cū ita sit, cōtīget vt motū ptrāseat ĩ tpe finito magnitudĩes infinitas: qd̄ ē ĩpoſſe. D.d. Aut q hoc

E dicit alio mō. &c. i. aut q inducit qōnem alio modo, dicendo ꝙ qui mouetur ꝑ aliquod spatium, potest numerare medietatem illius spatii ante illud spatium, & medietatē illius medietatis ante aliam medietatem, & sic in infinitum. ex quo cōtingit ꝙ, si aliquis homo pertransiuerit ꝑ aliquod spatium, vt numeret numeros infinitos. quod est impoſſe. Et, cum dixit, vt numeret medietates, vnam post aliam, intendit numerare medietates, quæ consequuntur se adinuicem, sicut numerās numerat vnitates, quæ consequuntur se adinuicē. sed, quia medietates sunt infinitæ, sequitur numerare numeros infinitos, & iste mod' impoſſis est alius a prædicto, & est manifestior, & nō potest cōtradici secūdū sermonem per contradictionem dictam in Sexto. illic. n. fuit dictū ꝙ, si pertransit medietates infinitas, necesse est vt ꝑtranseat eas in tem poribus infinitis. Et, cum posuit hanc quæstionē, incœpit dissoluere eam, & dixit: F

In primis ergo de motu sermonibus soluebam', quia tempus infi-

G infinita hēt in seipso. nihil.n. absurdū est, si in infinito tempore infinita trāsit aliquis. sifr aūt infinitū & in longitudine est, & i tpe. Sed hęc solo ad interrogantem quidē se habet sufficienter. interrogabatur enim, si in finito tempore cōtingit infinita trāsire, aut numerare: ad rem autē ipsam, atq; veritatem non sufficienter. si.n. aliquis dimittens magnitudinem, & interrogationem, si in finito tpe contingit infinita transire, interroget de ipso tpe hæc (habet.n. tempus infinitas diuisiones) non amplius sufficiens erit hęc solutio, sed verū illud dicendū est, quod quidem diximus in nuper dictis sermonibus. Si.n. aliquis cōtinuā diuiserit in duo dimidia, hic vno signo, tanq; duobus, vtitur. facit .n. ipsum & pricipium, & finē. sic autem facit & qui numerat, & qui ī dimidia diuidit. Sic autē diuidente, neq; erit continua linea, neq; motus. continuus.n. motus continui est: in continuo autem insunt quidē infinita dimidia, sed nō actu, sed potentia. Si vero faciat actu nō faciet continuū, sed stabit. quod quidē in numerāte dimidia manifestū ē ꝙ accidit. vnū.n. signum necesse est ipsi numerare duo. alterius .n. dimidij principium, alterius aūt finis erit, si non vnā numeret cōtinuam, sed duo dimidia. Quare dicendum est ad interrogantem, si contingit infinita trāsire, aut in tempore, aut in longitudine, ꝙ est quidem sic, est aūt non sic. actu.n. si sint, non cōtingit, potētia autē contingit. quia .n. continue mouetur ſm accūs, infinita transiuit, simplr autem non. accidit.n. lineæ infinita dimidia esse. substantia autem ipsa altera est, & esse.

H

I

K

Dicamus igitur ad hoc, quod in præteritis sermonibus dissoluimus hāc qōnē, cū diximus quoniā ī tēpore sunt partes infinitæ. quoniā nō est impoßibile vt aliquid pertrāseat res infinitas in tempore infinito. & infinitū eodē mō existit in lōgitudine, & tēpore. Sed ista responsio sufficit in hac qōne. quæstio.n. est, vtrū sit poßibile in tēpore finito pertransire, & numerare res infinitas: secundū aūt rē, & in rei veritate non sufficit. quoniā, si hō diuiserit lōgitudinem, & dimiserit quærere, vtrum sit poßibile ī tēpore finito pertransire res infinitas, deinde quæsiuit hoc in ipso tēpore: nā tēpus hēt differentias infinitas: tūc ista respōsio nō erit sufficiēs. Sed oportet nos dicere verum, & est illud, quod prius diximus, s. quòd, cū aliquod diuidens diuiserit cōtinuum in duo media, tunc vtetur hic eodē pūcto pro duobus. facit .n. ipsum principium, & finem. et similiter facit qui nūerat, aut qui diuidit medietates. Cū igitur fuerit aliquod diuisum hac diuisione, non

L

M

A *non erit continuũ, siue fuerit linea, siue motus. motus. n. continuus est continui; & in cõtinuo certæ sunt medietates infinitæ, non in actu, sed in potentia. Cum igitur posuerimus medietates in actu, tunc nõ erit continuum, sed necesse est vt quiescat. & hoc sequitur manifeste in eo, qui numerat medietates. necessario. n. numerat idem punctum pro duobus. quoniam erit finis alterius duarum medietatum,*

B *& principium alterius medietatis, sed non numerat cõtinuum pro vno, sed pro duabus medietatibus. Et ideo respondendum est quærenti vtrum sit poßibile pertransire res infinitas, aut in tempore, aut in lõgitudine, sic, quoniam quodammodo hoc est poßibile, & quodammodo impoßibile. in actu quidem est impoßibile, in potentia vero poßibile. quoniam illud, quod mouetur continue, per accidens pertransit*

C *res infinitas, simpliciter vero non. accidens enim est, quod accidit lineæ, vt essent medietates infinitæ, secundum autẽ suã essentiã nõ.*

68 Cum narrauit ꝙ rñsio ꝓdicta in qõne Zenonis non sufficit, incipit narrare modũ, ex quo illa rñsio nõ est sufficiens, & primo iterauit illã rñsionem, & dixit: i sermonibus. n. ꝓteritis. i. illa solutio nõ sufficit. qm̃ nos diximus illic in rñsione ad sermonem dicentis ꝙ. si motum ptrãsit spatium, cõtingit ipsum pertransire spatia infinita in tempore infinito, diximus hoc, s. ꝙ, si pertransit spatia infinita, pertransit ea in tẽporibus infinitis. tempus. n. in quo est motus, diuiditur in infinitum, sicut diuiditur magnitudo, per quam est motus. Et hoc intẽdebat, cum dixit: dissoluimus quæstionem, &c. Et, cũ dixit cõtradictionẽ, qua contradixit illi qõni, demõstrauit diminutionẽ, q est in illa cõtradictiõe. Quoniã, cũ dictũ fuit in qõne ꝙ, si motũ ptransit spatium, sequit vt ptranseat spatia infinita in tpe finito, non intẽditur in ea ad destruendum ipsum ptransire spatia infinita, sicut oporte

D

E ret, sed dictũ fuit rñdendo ꝙ, si ptrãseat spatia infinita, ptrãsibit illa ĩ tẽporibus infinitis, non in tpe finito, sicut dictum fuit in qõne. Et in hoc vr quasi concedere poſſe esse ptrãsire spatia infinita ex hoc, quod dixit ꝙ pertransit ea in tpibus infinitis. Sed hoc in se est imposſe, s. pertrãsiri spatia infinita. sed, si hoc fuerit concessum rñsio erit vera. Et hoc intendebat, cum dixit: qm̃ non est impossibile, &c. i. rñsio autem ꝓdicta illic, s. ꝙ, si ptrãseat spatia infinita, ptrãsibit ea in tpibus infinitis, est vero; qm̃ non est imposſe ptransire spatia

F infinita in tpibus infinitis. D. dixit: Sed ista rñsio sufficit, &c. i. sed rñsio ꝓdicta in Sexto est sufficiens quãtũ ad quæstionẽ. dicens. n. hanc qõnẽ quærit vtrum est poſſe pertrãsire, aut numerare in tpe finito res infinitas. &, cum dictũ fuit ei hoc esse imposſe, dixit ꝙ, illud, quod pertransit spatiũ, ptrãsit res infinitas in tpe infinito. & ad hoc fuit dictum, ꝙ illũ, quod pertrãsit spatiũ, si pertrãsit infinita, pertrãsit ea ĩ tpibus infinitis. qm̃, si componit spatium ex infinitis

G tis spatijs, necesse est vt tempus, in quo pertransit spatium, componat ex temporibus infinitis. Et ideo ista contradictio sufficiens est quátum ad quærentem: sed secundum rem in se non est sufficiens. & ideo dixit: secundum autem rem, & in rei veritate non sufficit. Et, cum dixit, qa non est hæc quæstio sufficiens, dedit causam in hoc, & dixit: Quoniã si homo diuiserit, &c. & intendit per differentias, instantia. & intendit ꝙ quæstio remanet, si quærens dimiserit illud, quod existimauit sequi ad motum, scilicet ꝙ motum pertransit spatia infinita in tempore infinito, & mutauerit quæstionem ad tẽpus, quærẽdo ꝙ tempus, in quo motum mouetur, componitur ex temporibus infinitis, cum diuiditur per instantia infinita: & motum mouetur per totum spatium in toto illo tempore: ex quo contingit vt motũ pertranseat res infinitas: quoniam pertransit tempus, & spatium. quod est impossibile. infinitum enim nũquam desinit, neq; pertransitur. Si hoc igitur fecerit quærens, tunc responsio prima non erit sufficiens ĩ dissolutione istius quæstionis. & hoc, quod dixit, manifestũ est. quoniam illic accepit pro possibili pertransire spatia infinita. Et, cum declarauit ꝙ responsio prædicta non sufficit secundum rem ipsam, dixit: Sed oportet nos dicere verum, &c. i. & responsio sufficiens in hoc est illud, quod declaratum est, scilicet ꝙ spatium, super quod mouetur motum, est idem in actu, & continuũ, & indiuisum. motum enim non diuidit spacium in actu, nisi quando describit in eo aliquod punctum in actu. & si, postquam describit aliqđ punctũ in actu, mouetur, vtetur tũc illo pũcto pro principio, & fine: & erit necesse vt quiescat necessario inter duos motus. Motum igitur ſm continuationẽ nõ diuidit magnitudinem in actu: ergo magnitudo est vna. & nõ sunt illic medietates infinitæ, nisi in potẽtia: ergo motũ non ptrãsit medietates infinitas in actu in tpe infinito, & est illud, qđ est impose. pertrãsire aũt medietates infinitas in potentia in tpe finito ĩ actu non est impossibile, sed est necessarium. D. d. & sic facit, qui numerat, &c. idest, & qui numerat partes spatij, non numerat eas, nisi diuidẽdo illud in actu in partes ęquales. & cum hoc fecerit, tũc numeratio erit finita necessario: & tunc diuidetur res in partes finitas numeratas. diuisio enim ĩ partes æquales terminat continuum, & numerat ipsum. diuisio vero, quæ non terminat ipsum, est diuisio, in qua maius semper diuiditur in minus. D. d. Cum igitur fuerit aliquid diuisum hac diuisione, &c. & intendit diuisionem, quæ est in actu. D. d. motus enim continuus est continui. i. & causa in hoc est, quoniam continuatio mot⁹ est propter continuationem magnitudinis. cum igitur magnitudo diuidatur, necesse erit vt motus diuidaᵗ necessario, & non remaneat continuus: cũ magnitudo, q̃ est causa cõtinuationis illius, non remanserit continua. D. d. & in continuo certe, &c. & hoc, quod dixit demonstratũ est in principio Sexti, sicut est declaratum in Tertio, ꝙ impoſe est vt in continuo sint partes in actu ĩfinitę. D. d. Cum igitur posuerimus medietates in actu, &c. i. & cũ posuerimus medietates spatij, super quod moue tur

H (margin letter beside "sit spatia infinita")

Infinitũ nunq̃ dsinit, neq; ptrãsitur. (margin note)

I (margin letter beside "hoc, quod dixit")

K (margin letter at top of right column)

L (margin letter beside "spatij, non numerat")

Diuisio in pres ęquales terminat cõtinuum, & numerat ipm diuisio vero, q̃ ñ terminat ipm ẽ diuisio, ĩ qua maius sę diuidit ĩ minus. idẽ. 3. ph. t. c. 59 (margin note)

M (margin letter)

6. ph. t. c. 4. & inde (margin note)

A tur motum, esse in actu, tunc mot' non remanebit continuus, & vnus, sed necesse erit vt mot' quiescat apd quamlibet medietatem. D.d. & hoc sequitur, &c. i. & hoc bene apparet ĩ eo, qui numerat medietates spatij, s. qui diuisit illud in actu. qui. n. diuidit magnitudinem vnã, & cõtinuã ĩ actu in duas medietates, & medietatem in duas medietates, vtit' vno puncto pro principio, & fine. vnde sequitur vt motus eius non sit continuus. Sed quæritur hic. qm̃, cum motum diuiserit magnitudinem ĩ duas medietates in actu, quiescẽdo in ea, deinde diuiserit illam medietatem in duas medietates, quiescendo etiam, tũc sequit' etiam, si medietates sunt infinitæ, ꝙ motum nunq̃ perueniet ad extremũ magnitudinis. sed peruenit: ergo magnitudo non diuidit' in magnitudines infinitas. qm̃, si diuiditur, tũc qõ Zenonis remanet, sicut dicunt quidã nostri socij. Et rñsio, vt mihi vr̃, ĩ hoc est, ꝙ motũ, anteq̃ diuidat magnitudinẽ in duas medietates, diuidit illã medietatẽ in partes ęquales in potẽtia, & sunt æquales sibi. vnde necesse ẽ vt magnitudo consumatur ꝑ hanc diuisionẽ, vt declaratũ est. qm̃, cum diuiserit medietates residuas, diuidet ẽt eas ꝑ hanc diuisionem æqualẽ, & sic consumetur magnitudo necessario. Diuisio igit' magnitudinis ꝼm medietates est diuisio ꝑ accñs: & diuisio, quę est ꝼm medietates, q̃ nõ finiuntur, est diuisio, cum qua non coniungitur diuisio, quæ facit finitatẽ, neq; in potẽtia, neq; in actu, s. diuisio, q̃ est ꝼm partes æquales. ista. n. diuisio consumit magnitudinẽ, siue fuerit potentia siue actu. Cũ igitur diuisio, quæ consumit magnitudinẽ, fuerit cõiuncta cũ diuisiõe, q̃ D non cõsumit ipsam, accidet diuisioni, q̃ nõ cõsumit magnitudinem, vt cõsumat eã. & iõ accidit deceptio ex mixtiõe eius, quod est ꝑ se, cum eo, quod est ꝑ accñs. & hoc manifestũ est fatenti veritatẽ. D.d. & iõ rñdendum est, &c. i. & propter hoc, qđ diximus, nõn oportet rñdere quærenti, vtrum sit poss̃e vt motũ ptrãseat de tp̃e, in quo mouetur, aut de magnitudine, per quam mouetur, per medietates infinitas rñsione simplici. sed dicetur ei, quia quodammodo est poss̃e, & quodammodo imposs̃e. ꝼm quidem ꝙ illæ medietates sunt existẽtes in actu, est imposs̃e, ꝼm au E tem ꝙ sunt in potentia, est poss̃e, s. vt motum pertranseat res infinitas potentia, non in actu. D.d. qm̃ illđ, qđ mouetur continue, &c. i. &, quia accidit, vt spatium finitũ, vnũ in actu, continuum possit diuidi in res infinitas. & ideo accidit moto, pertranseunti illud spatium, pertransire res infinitas non essentialiter, & primo. Et hoc intendebat, cum dixit: simpliciter vero non. Deinde d. accñs enim accidit lineæ. idest &, quando motum pertransit lineam, non pertransit medietates infinitas, quia diuisio lineæ in medietates infinitas F est ei per accidens. Et hoc intendit, cũ dixit: est. n. per accidens. i. ꝙ hoc non est ei, ꝼm ꝙ est vna, non discreta. sed, si fuerit, erit, ꝼm ꝙ est multa. qm̃ definitio, & essentia eius, secundũ ꝙ ẽ linea, q̃rit finitatẽ. Et ĩnuit hoc, qđ dictũ ẽ ĩ definitiõe lineę, s. linea ẽ, cui' vltima sunt duo puncta.

Obiectio.

B

Solutio.

C

Manifestum autem est & ꝙ, nisi aliquis faciat temporis signum (quod prius, & posterius


 diu

G diuidit) semper posterioris ad ipsam rem erit simul idem ens, & non ens, &, quando factum erit, nō erit. signum igitur vtrisque commune est, & priori, & posteriori, & idem, & vnum numero, ratione autem non idem. huius enim finis est, alterius autē principium: ad ipsam autem rē semper posterioris passiōis est. Sit enim tempus, in quo A C B, res in quo D. hæc in A quidem tempore alba, in B vero non alba: in C ergo alba, & non alba. in
H quolibet enim ipsius A verum est dicere albam, si toto hoc tempore erat alba, & in B non albā: C autem in vtrisque. non ergo dādum est in toto, sed preter vltimum nunc, in quo C: hoc autem iam posterius. &, si fiebat nō album, & si corrumpebatur albū in toto A, factum est, aut corruptum in C. quare album, aut nō album primum in illo verū est dicere, aut, cum est factum, non erit, &, cum corruptum est, erit: aut simul album, & non album,
I & omnino ens, & non ens esse necesse est. Si vero quod fuerit prius non ens, necesse est fieri ens, &, cum fit, non est, non est possibile in impartibilia tempora diuidi tempus. si enim in A tempore fiebat D album, factū est autem simul & in altero impartibili tempore, sed contiguo in B, si in A fiebat & non erat, in B vero est, generationem oportet esse quandam mediam. quare & tempus erat, in quo fiebat, Non enim eadem ratio erit & K
iis, qui non impartibilia dicūt: sed ipsius temporis, in quo fiebat, factum est, & est in vltimo signo, cui nullum est contiguū, aut consequenter: impartibilia autem tempora consequenter sunt. Manifestum autem quod, si in A toto tempore fiebat, quod nō est maius tempus, in quo factū est, & fiebat, quam id, in quo toto solum fiebat.

Et manifestum est quòd, si homo non posuerit punctum in tempore, distinguēs prius, & posterius
L *posterioris rei in re, semper tunc idem erit ens, & non ens: &, cum est ens, non est ens. punctus. n. qui est ambobus, & continuus priori, & posteriori, est idem in numero, sed in respectu non est idem. est. n. finis illius, & principium istius. in passione vero semper est postrema passionis. Sit igitur tempus A B, & passio C. & hæc passio sit in toto tempore A album, & in tē-*
M *pore B non album. in tempore igitur C erit album, & non album. quoniam in quocunque loco fuerit acceptum in A, dicetur vere quòd in eo est album, quoniam in hoc toto tempore fuit album. & in B est non album: & in C est interim. nō ergo oportet concedere quòd est in instāti insimul, sed in instāti, quod est finis: & est illud, in quo est B, & hoc est postremum. & , si fit albū,*

A bum, & corrumpitur album in toto A, tunc illud non fit, aut corrũpitur, nisi in B. & ideo igitur, si fuerit album, aut non album, tunc primo erit verum dicere hoc in eo. &, si non, quando fit aliquid, non est illud, & quando corrumpitur, est illud, a quo transmutatur. aut erit necesse vt insimul sit album, & non album, & vniuersaliter tale esse, & illud non esse. Si igitur illud, quod est nunc, & non fuit ante, necesse ẽ vt generetur, & quod B generatur, dum generatur, non est illud apud generationem, impossibile est igitur vt tempus diuidatur in tempora indiuisibilia, quoniam, si fuerit C in tempore A, erit album, deinde insimul erit album. est igitur album in alio tempore indiuisibili, sed est consequẽs, D s. in tempore B. &, quia in tempore A non fuit album, in B vero fuit album, ideo necesse est vt interim sit aliqua generatio. & ideo necesse est vt etiam sit tempus, in quo fuit generatio. Et ista ratio nõ contingit eis, qui non dicunt partes esse indiuisibiles. in puncto. n. qui est finis, & desitio temporis, in quo generatur res, in eo efficitur res generata, & ens, ita, quòd omnino non sit consequẽs. tempora autem indiuisibilia sunt successiua. E Manifestum est igitur quòd, quando aliquid in toto tempore A generatur, tunc illud tempus, in quo generatur, non est, in quo fuit addens toti tempori, in quo generabitur tantum.

Exemplaris ostensio, qua dubitatur quòd id, quod generatur, vel corrumpitur, in eodem instanti sit, & non sit.




Tempus.



Ostensio, quòd tempus non diuidatur in indiuisibilia.

A Tempus indi-
uisibile.

B Tempus indi-
uisibile.



H 

D Mobile
qđ fit albū.



L

69 Cum declarauit q̄ drīa inter contrarios motus tp̄is est tp̄s, vult narrare ẽt q̄ drīa tp̄is, quæ distinguit inter motus priores, & posteriores, ſm q̄ illud, ad qđ est motus, aut ecõuerso, s. drīa tp̄is, sit distinguens inter prius, qđ est illud, ex quo ē mot⁹, & posteri⁹ ex ipsis motib⁹, est aliqđ indiuisibile, & q̄ modo est ecõtrario illi, quod fuit in motibus cõtrarijs. qm̄ sciētia eius est complemētū suę intentionis. Et dixit: Et manifestū

I est q̄, si hō, &c. i. & manifestum est per se q̄, si homo non posuerit istās distinguens inter prius, & posterius temporis ex motibus, & consequentibus motus posteriores, aut inter prius, ſm illud, ex quo est motus, & inter motus, ad quos* posterius semper est dignum habere ꝓportionē, & posuerit ipsum tempus indiuisibile, continget ei vt aliquid sit ens, & nō ens in eodem tempore. & hoc intendebat cum dixit: ēt q̄ necesse est vt idē sit ens, & non ens. D. d. &, cum est ens, nō est ens. i. & cõtingit huic positiōi. &, cum aliquid ponat̄ eē nō erit ens. D. d. pūct⁹. n. est ambobus, &c. i. & dixim⁹ q̄ necesse est vt in tp̄e accipiam⁹ aliqđ tale. quia tale instans, qđ est in tp̄e, est sicut pūcto in linea, & est cõe prioris, & posterioris ex rebus, quas diximus, & ē indiuisibile in se: & si sit diuisibile ĩ respectu eius, quod est ante, & in respectu eius, quod est post. est. n. finis eius, quod est ante, & principiū ei⁹, quod est post. Et est dignius q̄ attri-

buatur ei, quod est post, s. posteriori M .s. qualitati, quæ fit ex trāsmutatione, q̄ vt attribuatur transmutatiōi priori. & hoc fuit ita. quoniam principiū passionis, quæ fit a transmutatione, est aliquod ens, & trāsmutatio est non ens. Et, quia dignius est attribui enti quàm non enti, ideo d. ĩ passione vero, &c. i. & passio digni⁹ est attribui passioni posteriori, quæ fit, quàm attribui trāsmutatiōi priori, s. instanti, quod est principium essentiæ passionis, quæ fit. Et, cū narrauit q̄, si non fuerit positum quòd

*a. l. posteriori.

tp̄s

A tẽps motus est aliud à tpe rei, in quo pficitur motus p instans, qđ distinguit ista, fm φ est indiuisibile, sequitur vt aliquid sit ens, & nõ ens insimul. D. dedit exemplum de hoc ad notificandũ, quõ prouenit ista cõsecutio, & d. Sit igitur tẽs, &c. i. sint igiť tẽpora, ĩ quorũ vtroq; est trãsmutatio, & in altero est pfectio trãsmutatiõis duo tẽpora A, B, & sit qualitas, q̃ est in eo albedo, s. c, & sit tẽpus A, illud, in quo c fuit albũ, & tẽpus B, illud, in quo c fuit nõ albũ, i. transmutatũ in albedine. in tẽpore .n. trãsmutationis verũ est dicere φ res trãsmutata non est illud, ad qđ transmutatur: qm̃, si aliquid transmuteť in aliqd, necesse est vt nõ sit illud. Et, cũ posuit φ in tpe trãsmutationis nõ albi in albedinẽ vere dr in toto illo tẽpore esse nõ albũ, & in illo tpe, in quo est albũ in actu, necessario dr in eo toto tpe ipsum esse albũ, d. in tpe igiť c erit albũ, & nõ albũ, &c. i. &, cũ fuerit positũ φ dña inter hęc duo tẽpora est diuisibilis, tũc ista dña erit pars vtriusq; tẽporis: &, cũ hoc fuerit, necesse erit vt istud tẽs, qđ ẽ dña, sit pars vtriusq; tẽporis, s. cõe inter illa. i. necesse est

In tpe trãsmutatiõis B verũ ẽ dicere φ res trãsmutata nõ ẽ illud, ad qd transmutať. Idẽ. 5. ph. 13. & 16. idẽ. 6. ph. 39.

C vt c sit in B insimul. & sic erit albũ, & nõ albũ. Et, cũ hoc sit impossibile, oportet ponere φ finis motus, & principiũ perfectionis motus est in re indiuisibili. Et hoc intẽdebat, cũ d. non igiť oportet cõcedere, &c. i. nõ igiť oportet cõcedere φ c est in tpe cõi istis duobus tẽporibus: qm̃ contingit vt in eo sit insimul albũ, & nõ albũ. sed opʒ ponere φ ĩ ĩstãti indiuisibili, qđ distinguit ĩter duo tẽpora, puenit finis motus, & est albũ, s. c, & principiũ sui esse albi. D. d. & hoc est postremũ. i. illud, qđ fit

D ex transmutatiõe. finis. n. trãsmutationis est posterior trãsmutatiõe: & ipsi rectius est, sicut d. attribuere instãs. Et, cũ narrauit, φ tẽpus motus generati est aliud à tpe suæ eẽntiæ, & φ necesse est, vt distinguať p aliqđ indiuisibile, incepit narrare etiã φ necesse est vt tẽs generati distinguať p aliqđ indiuisibile à tpe suæ corruptiõis, & φ, si fuerit diuisibile, cõtiget vt res sit generata, corrupta ĩsil. & d. & si sit albũ, & corrũpiť, &c. i. & si aliqd esse albũ, & ipsum trãsmutari ab albedine sunt contraria, necesse ẽ vt tẽs, in quo dr ipsum eẽ albũ, sit aliud à tpe, ĩ quo dr ipsum transmutari ab albedine, i. ipsum ĩcipere corrũpi. &, si nõ, cõtingeret vt in illa hora, in qua fuit aliquid, nõ sit illud. v. g. in hora, in qua fuit albũ, nõ sit albũ: illud. n. qđ transmutať de albedine, nõ est album. & continget ẽt, vt cũ corrumpiť, i. qñ transmutať de albedine, sit illđ tũc, & sic erit ens in tpe suę corruptiõis.

E

Et intẽdebat p totũ hoc notificare φ, cũ sit hoc impõlẽ vt tẽs generationis rei sit tẽs suæ essentię, ĩpossibile est vt illud, qđ distinguit inter ea, sit tẽpus. D. d. Si igitur illud, qđ est nunc, & nõ fuit prius, necesse ẽ vt generet, &c. i. cũ aliquid fuit mõ ens, qđ ante nõ fuit, necesse ẽ vt generet, antequã sit ens in actu. D. d. &, qđ generať, dum generať, nõ est illud, qđ generať, i. perfecte. & hoc ẽ manifestũ. qm̃, si apud generationẽ esset, tũc generaret illud, qđ generatum iã ẽ perfecte. & intẽdit, qm̃ necesse est, vt tẽs generatiõis sit aliud à tpe essentiæ illius generati. Et, cũ declarauit φ instans, in quo incœpit generari, necesse est vt sit aliud ab instãti, in quo est generatum in actu,

F

G actu,ita,ꝙ vtrũq; eorũ sit aliqđ indiuisibile,d.impossibile est igitur vt tempus diuidatur, &c.i.&, cum tps generationis sit aliud à tempore essentię generati, & dfferẽtia inter ea est aliqđ diuisibile, impossibile est vt tps componatur ex temporibus indiuisibilibus,s.vt tẽpus generationis sit aliqđ indiuisibile: & similiter tempus essentiæ generati: & ꝙ duo tempora essent contigua. Deinde dixit: quoniam, si c fuerit in tempore,&c.idest quoniam,si c, ꝙ est in loco albi, fiat in tempore A album, & fuerit tempus A diuisibi-

H le deinde fuerit non album in alio tẽpore indiuisibili,tangenti tps A,s. consequenti, & sit tempus B, tũc ipsum esse album, & nõ album est in duobus temporibus indiuisibilibus quorum alterum sequitur secundum,idest tangit ipsum. Deinde dixit: & quia in tempore A non fuit album,&cęt.i.& cum in tempore A indiuisibili non fuit album: quoniã tunc non fuit albũ:& in tempore indiuisibili B fuit album, necesse est vt inter hęc duo tempora transmutetur de nõ albo in album. Deinde dixit: ideo necesse est vt sit tẽ-

I pus in quo fit generatio. idest &, cum necesse est vt transmutetur, & generetur inter duo tempora indiuisibilia, scilicet instans, in quo transmutabile fuit non album, & instans, in quo fuit album, necesse est vt inter duo tempora indiuisibilia sit tempus,in quo est transmutatio. omnis.n.transmutatio inter duo cõtraria est in tempore, vt declaratum est. ergo instans non sequitur instans. Et,cum induxit impossibile, quod sequitur ex hac intentione, dicentibus tempus componi ex temporibus Idiuisibilibus, K scilicet instãtibus, dixit,quòd istud impossibile non sequitur non dicẽtibus hoc, & dixit. Et ista ratio non contingit, &cęte. idest & istud impossibile prædictum non contingit nobis. quia punctus temporis indiuisibilis, quem nos ponimus esse finem generationis, in eo dicimus aliquid fieri in actu generatũ, &cæte. idest quòd ipsum punctum ponimus esse principium essentiæ generati, ita, quòd non ponimus ipsum sequi punctum, in quo erat non generatum, ex quo continget nobis vt ex consequentibus esset tẽ- L pus, idest quoniam, cum nos posuimus quòd inter omnia duo instantia est tempus, ideo sermo noster conuenit rei. Deinde dixit: Manifestum est igitur quòd, cum res fuerit in toto tempore A, & cætera idest, & manifestum est igitur ex eo, quod diximus, quòd res non perfecte est in actu in tempore addito tempori suæ generationis, sed existit perfecte in tempore indiuisibili, idest in fine illius temporis.

Quibus igitur aliquis tanꝗ proprĳs credet rationibus, hæ, M & hmõi quędã sunt. Logice aũt consyderantibus ex his videbitur alicui idẽ hoc accidere. Omne.n.qđ continue mouetur, si â nullo prohibeatur, in qđ quidẽ venit ſm lationẽ, in hoc & prius ferebatur. vt, si ad B venit, ferebatur ab B: & nõ, cũ prope erat, sed mox vt cœpit moueri. cur .n.magis nunc, ꝗ prius? similiter autem & in alĳs. Qđ aũt ab A ad C fertur, rursus veniet ad A, continue

A continue motum. Cũ ergo ab A ad C ferebatur, tũc & ad A fert, eo, q à C est, motu. quare simul contrarijs. cõtrarij. n. sunt, q̃ sm rectã fiunt. simul autẽ & ex hoc mutat, in quo non est. si igitur hoc impossibile est, necesse est stetur in C. nõ est ergo vnus motus. qui enim statu ĩtercipitur, non est vnus.

Ista. n. sunt ratiocinationes, de quibus homo debet esse certus, quoniam sunt conuenientes, & consequentes de suis similibus. Si autẽ B *posuerit cõsyderationem de hoc secũdum Diadecticam, sequitur hoc idẽ alijs modis, quos narrauimus. Dicamus igitur, quòd omne motum secundum continuationem, nisi aliquid occurrat ei, illud, quod est trãsmutatum ad ipsum, mouebatur ĩ primo. v. g. quòd, si A fuit ad B, ad ipsum fuit finis motus eius in primo: & non solummodo intendit ad ipsum, quãdo fuit prope ipsum, sed intendebat illud à principio motus. non. n. est illic cã, propter quam sit dignius vt tunc intenderit in ipsum magis quàm primo. et similiter est de alijs. Et illud, quod transfertur ex A, si, quando peruenerit in B, reuertatur ad A, si mouetur secundũ continuationem, tunc, quando mouebatur de A ad B, in illo ẽt tẽpore mouebatur ad A, motu, qui est C.* D *secundum igitur hoc mouetur duobus motibus cõtrarijs insimul. isti. n. duo motus secundũ rectitudinẽ sunt contrarij. & cũ hoc cõtingit, vt trãsferatur ab eo, in quo nõ est, i. ab eo, in quo non fuit. &, cũ hoc sit impoßibile, necessario quiescit tunc. & sic motus non erit vnus motus. in quo enim interponitur quies, non est vnus.* E

C **Ratio Prima, qua ostenditur quòd motus reflexus non posit esse continuus.** F



Idest

G Idest, istę igit demfones sunt illæ, de quibus debet hō habere certitudinē, qm̄ conueniūt rebus. Et intēdit p conuenientes ipsas eē essentiales, & primas. & innuit per hoc illud, qđ dictū est de translato reflexo. quia, cū reflectit, describit punctū in actu, & cū describit punctū ĩ actu, quiescit. ista.n. rōcinatio ē ꝓpria translato. Et intendit p Dialecticā sermones veros, qui cōponuntur ex accidētibus vlibus, non proprijs. Et manifestū est ꝙ illa rōcinatio, quā induxit, ē vlis. fundat.n. sup duas propōnes. Quarū vna est, qm̄ transmutatū est in potētia illud, ad qđ trāsmutatur in postremū: &, siue fuerit ꝓpinquū, siue remotū, necesse est ꝙ in sua transmutatione amittat partē successiue post aliā illius, à quo transmutat, & acquirat successiue partē illius, qđ transmutatur. ergo illud, ex quo trāsmutat, & illud, ad qđ transmutat, sunt opposita necessario: & vtrunq; illorū est in parte transmutati, alia à parte, in qua est reliquū: sed sunt non determinata in se, neq; apud nos. & hoc vle est, & cōe oī transmutato. Et, cū fuerit coniunctū huic, ꝙ aliquid est transmutatū de eodem in

I idē, motu vno cōtinuo, cōtinget vt illud, ex quo trāsmutat, sit illud, ad qđ trāsmutat. ex quo cōtingit vt illud, qđ amittit per trāsmutationē, illud idē acquirat. qđ est impōle. & ista propō est cōis, & nō propria. Et vlr manifestū est istā rōnē esse Logicā. Propō.n. dicens ꝙ duo opposita non pn̄t congregari insimul, est cōis pluribus vna scīa. Et dicēs ꝙ illud, ex quo ē trāsmutatio, & ad qđ est trāsmutatio, sunt opposita, est cōis fm subiectū, & fm ꝓdicatum.

Sermones Dialectici sūt sermones veri, q cōponunt ex cōibus. Idē. 1. cœ.

H cō. 70. & 4. ph. 87.

subiectū.n. est cōe oī trāsmutabili: K ꝓdicatū aūt est de accidētibus oib' entibus. Et iō vr intendere p sermones Dialecticos duos modos, s. demfones, quę cōponunt ex accidentibus cōibus plurib' in vna arte, aut demfones, quarū * prædicata sunt propria Dialecticę. Rebus.n. Dialecticę vtimur duobus modis, aut fm instfm, & est magis ꝓpriū, aut quasi fundamētis positis eo mō, fʒ quē aliqua ars vtit eis, q̄ declarata sunt ĩ alia. Et d. Dicamus igit, ꝙ oē motū fm cōtinuationē, &c. & intelligendū est hoc de moto naturaliter, aut voluntarie, nō de motu violente. & hoc manifestū est in vtroq; moto. Et d. nisi aliquid occurrat. qm̄, si aliquid occurrerit, qđ impediat ipsum ab eo, qđ est naturale ei, tūc nō mouebit cōtinue ad illud, ad qđ primo mouebat. quasi diceret, & cū trāslatū transferat de primo principio ad illud, ad qđ transfert postremo, necesse ē, vt motus eius ad illud sit cōtinuus: nisi aliquid impediēs occurrat illi. Hoc igit, qđ d. nisi aliquid occurrat, non est exceptio ex illo, ꝙ res mouet ad illud, ad qđ peruenit in postremo, sed est exceptio eius ꝙ motus est cōtinuus. illud.n. qđ mouetur naturaliter, semp mouet ad illud, ad qđ peruenit in postremo, siue occurratur ei, siue nō. D. d. & nō solūmō intendit ad illud, &c. & dixit hoc, ne aliquis dicat ꝙ illud, qđ mouet fm cōtinuationē ex A ad B, & ex B ad A, reflectendo, nō mouetur ĩ primo de B ad A, sed mouetur ad A, qn̄ peruenit ad B. & iō d. rn̄dēdo ꝙ, cū posuerimus ꝙ isti duo motus sunt vnus, tūc motus nō erit solū ad postremū finē, qn̄ ei appropīquat, sed à principio, cū nulla sit il-

Sermo Dialecticus duplex.

* a. l. principia.

Dialectica vtimur dupl̄r. idē. 1. phy. 35. & 2. Met. c. 15. & 7. Me. c. 2.

L

M

hc

A sic est cogẽs, vt motus sit ad illud vltimũ, qñ ei appropinquat magis, q̃ qñ est remotũ. D.d. & similiter est de alijs.i.de alijs motibus, ꝑter motũ localem, s.reflexum. ista.n.demõstratio cõis est oĩbus. Et, cũ declarauit ꝙ de primo moueť illud, qđ moueť ab illo, à quo moueť ad illud, ad qđ moueť, & reflexũ mouetur de eodẽ in idẽ, cõtingit necessario, si fuerit positũ ꝙ motus eius, qđ mouetur istis duobus motibus, est vnus, vt moueatur duobus motibus contrarijs insimul. D.d. & cũ hoc cõtingit, vt transferatur ab eo, in quo nõ B est.i. & trãslatũ ſm nã nõ trãsferť, nisi ab eo, in quo ẽ, ad illud, ĩ quo ñ ẽ. Si igiť posuerimus ꝙ aliquid trãsfertur ad illud, à quo transferť, continget vt trãsferať ab eo, in quo nõ est. qđ est impoĩe. D.d. &, cum hoc sit impoĩe, necessario quiescit. i. &, cũ istud impoĩe sequiť ex hoc, qđ posuimus, ꝙ transmutatũ nõ quiescit, qñ moueť istis duobus motibus contrarijs, ergo necesse est vt quiescat. ergo motus nõ erit vnus, & cõtinuus. oĩs.n. motus, in quo interponiť quies, nõ est vnus, & continuus.

Amplius autẽ & ex his mani C festũ est vñ magis de oĩ motu. Si.n. omne, qđ mouetur, moueatur aliquo dictorum motuũ, & quiescat aliqua oppositarũ qetũ: (nõ.n. erat ali⁹ preter istos:) qđ aũt nõ semꝑ moueť ſm hũc motũ, dico aũt quicũq; sunt diuersi specie, & nõ si qua pars est totius, necesse est prius quiescere ſm oppositã quietẽ. quies.n. priuatio motus est. Si igiť contrarĳ quidẽ mot⁹ sunt, qui ſm rectã fiunt, simul aũt non cõtingit moueri contrarĳs motibus, D qđ ab A ad C fertur, nõ vtiq; ferreť simul & ab ipso C ad A. Qm̃ aũt nõ simul fertur, mouebitur autẽ ſm hunc motũ, necesse est prius quiescat apud C. hec.n. est opposita quies, ei, q est à C, motui. Manifestũ igiť ẽ ex ĳs, q̃ dicta sunt, ꝙ nõ ẽ cõtinuus mot⁹.

Et hoc apparet magis in oĩ motu ex hoc sermone ẽt. Quoniã, si oẽ motũ nõ mouetur, nisi aliquo istorum motuũ p̃dictorũ, necesse ẽ vt quiescat quiete opposita illi motui E *quo mouetur. nullus.n.ẽ motus hic præter illos. & motũ non mouetur semper isto modo motus, s. motibus diuersis in specie, neq; est ẽt aliqua pars totius moti, ergo necesse ẽ vt prius quiescat quiete opposita motui. quies.n. est priuatio motus. Si igitur motus recti sunt con[illegible]ary, et est impossibile vt moueatur aliquid duobus motibus contrarys in simul, tunc illud, quod transfertur de A ad C, impossibile est vt insi* F *mul transferatur ex C ad A. &, cum non mouetur istis duobus motibus contrarys insimul, & mouetur hoc motu, necesse est vt quiescat, antequã moueatur ad C. ista .n. qes ẽ opposita motui ex C. Et declaratũ ẽ igitur ex hoc, quod diximus, quòd iste mot⁹ nõ ẽ cõtinuus.*

Ista est alia declaratio ꝓpinqua 71 primę, & fundatur super duas propõnes. Quarũ vna est, ꝙ oẽ motũ, qđ

G qđ mouet vno motu motuū finitorū diuersorū ſm ſpēm, neceſſe eſt vt moueatur à qete oppoſita illi motui, ſ. à quiete, quam habet in illo, à quo mouet, vt declaratū eſt I Quinto. Secūda aūt eſt, ꝙ oē, qđ mouetur duobus motibus oppoſitis, neceſſe ē vt ſingulariter moueat eis, cū ſit impoſſibile moueri inſimul. Et ex his duab' propōnibus ſequit ꝙ oē motum duobus motibus oppoſitis neceſſe eſt vt moueat vtroque motu poſt quietē. Iſtę igit duę demſones conueniunt in propōne, dicente ꝙ impoſ'e eſt vt duo motus contrarij
H ſint inſimul, & differunt in ſecūda propōne. In prima.n. demſatione fuit acceptū ꝙ, ſi duo motus oppoſiti fuerint continui, neceſſe erit vt duo motus oppoſiti ſint inſimul, & poſtea fuit dictū, & cū non ſint continui, neceſſe eſt vt inter eos ſit qes. In hac aūt demſone fuit dictum ꝙ, cū ſit impoſ'e vt duo motus oppoſiti ſint inſimul, neceſſe eſt vt vterq; motus ſit per ſe: D. cōiunctum fuit huic ꝙ oīs motus vnus p ſe incipit à quiete cōtraria. Et d. Qm̄, ſi oē motū nō mouet, niſi &c. i. dicamus igitur ꝙ, ſi oē motū nō mouet in eodē
I tpe, niſi altero duorū motuū oppotorū, quibus innatū eſt moueri, neceſſe ē vt in illo, ex quo incœpit moueri, ſit quieſcens quietę oppoſita motui, vt declaratū eſt in Quinto. D. incœpit declarare iſtā conſecutionē, & d. nullus.n. motus ē hic ꝓter illos. i. & hoc eſt neceſſariū, qm̄ I illo tēpore, in quo eſt poſitū moueri altero illorū duorū motuum, nō inuenit moueri alio motu, præter illum vnū motum. D. d & motū nō mouet ſemp iſto mō motus, &c. i. &, cum motū nō mouetur eodem tpe, niſi altero duorū motuum oppoſitorū: & motū nō ſemp mouet altero motuū oppoſitorū diuerſorū in ſpē, neq; iſte motus, quo mouet, eſt pars totius, i. pars motus totius: neceſſe eſt vt motum ſit prius quieſcens. Et hoc, qđ d. manifeſtum eſt per ſe. Qm̄ oīs motus, qui non eſt pars motus, neq; eſt perpetuus, neceſſe eſt vt incipiat poſt quietē. motus.n. nō ſequitur motū, niſi qn̄ ſecundus fuerit perfectio primi, non oppoſitus ei. aut hoc cōtinget p accidēs, ſicut illuminatio domus per candelā, q̄ ſequit motum candelæ. Et, cum poſuit has propōnes, incœpit congregare hoc, & inducere exemplū in hoc, qđ intendit declarare, & d. Si igit motus recti, &c. i. ſi igitur motus, qui ſunt ſuper vnā lineā rectam ad partes cōtrarias, ſunt cōtrarij, & eſt impoſ'e ꝙ aliquid moueatur duobus motibus contrarijs inſimul, & nō moueatur altero ſemper, neceſſe eſt vt trāslatū quieſcat inter duos motus. V. g. qm̄, ſi trāslatum impoſ'e eſt, vt moueatur ſuper lineā rectā A C ex A ad C, & ex C ad A ſimul, & moueatur vtroq; iſtorū motuum per ſe, & in tempore proprio, neceſſe eſt vt illud tranſlatum quieſcat in A, anteq̄ moueatur ab eo ad C, & quieſcat in C, antequàm moueatur ab eo ad A. quies enim in A eſt oppoſita motui ex A ad C: & quies in C eſt oppoſita motui ex C ad A. & quaſi D. &, cum impoſſibile ſit duo motus oppoſiti, ſint inſimul: & ſi non, tunc alter eorum eſſet perfectio alterius: tunc neceſſe eſt, vt inter eos ſit quies neceſſario, & non eſt alter eorum perfectio alterius.

K

Docum.

Qūo motus ꝑ ſe ſeq motū. Vide ꝑ hoc &. 5. ph. c. 12.

L

M

Amplius

Amplius asit et hęc rō magis ꝓpria est ijs, ꝙ dicta sunt simul .n. corruptū ē nō albū, & factū est albū. si igit̄ cōtinua alteratio est ad albū, et ex albo, & nō manet aliquo tpe, simul corruptū est nō albū, & factū est nō albū. triū.n. erit idē tēpus. Amplius nō si continuū est tēpus, & motus, sed consequēter. qūo.n. erit vltimū idē contrariorum, vt de albationis, & denigrationis?

B *Et ēt iste sermo est magis conueniēs, quàm ꝓdictus. et est vt insimul corrumpatur nō̄ album, & fiat album. Cum igitur alteratio fuerit cōtinua ad album, & ex albo, et hoc non durat aliquo tēpore, tunc insimul corrumpitur non album, & fit album, deinde fit non album. vnū igitur tps erit tribus. Et ēt non sequitur, si tempus est cōtinuum, vt motus sint cōtinui, sed successiui. Et, si non, qūo erit idem postremum cōtrariorum duorum, v.g. postremum albedinis, & po-*

C *stremum nigredinis?*

72 Cum ista declaratio, quā cōpleuit, est de propōnibus remotioib⁹ à natura eius, de quo consyderatur, ꝙ propōnes, quas nititur dicere in hac demſone d. Et enā iste sermo, &c. i. & etiam iste sermo, quem mō volumus dicere, est cōuenientior ꝑ dicto. D. induxit sermonem, & dixit: est vt insimul corrumpat̄, &c. i. cōtingit.n. hoc, vt ponimus vt motus contrarij sint cōtinui. v.g. ꝙ motus de non albo in albū, & de albo in nō albū sint continui, contingit D vt in eodē instāti corrumpat̄ nō albū, & fiat album. & sic in eodem instanti erit aliquid ens, & nō ens. Et, quia super istud impoſſe est sustentatus in pręterito in hac demōstratione, induxit impossibile maius, ꝓpter qđ iterauit hunc sermonē, & d. Cum igitur alteratio &c. i. cū igitur posuerimus ꝙ alterationes contrariæ sunt continuæ. v.g. alteratio ex non albo in albū, & ex albo in non album, & posuerim⁹ ꝙ albū nō durat tempore, cōtinget necessario vt in eodē instanti corrumpatur non album, & fiat albū, & corrumpetur E album ad non albū: & sic ista tria contraria erunt in eodē instanti, qđ est impoſſe, & valde inopinabile. Et, quia istę oēs demſones sunt fundatæ super hoc, ꝙ motus contrarij impoſſe est vt sint continui: qm̄ necesse est vt interueniat eos quies: & apparet de natura eorū, ꝙ impoſſe est vt sint continui, & si sit positum ꝙ inter eos non est quies: continuatio.n. non est in eis, nisi ex tpe tm̄: illi autem impoſſe est vt sint cōtinui, cum sint contrarij. d. Et ēt non seqtur, &c. i. & ēt, si concesserimus ꝙ inter motus cōtrarios nō est quies, & F ꝙ tempus duorum motuū est continuum, non sequitur, si tempus sit vnum, vt motus contrarij sint continui. a D. induxit causam in hoc, & dixit: Et si nō, quomodo erit idē postremum, &c. i. & necesse est vt duo motus contrarij non sit continui quia continua sunt illa, quorū vltima sunt idem, sed vltima contrariorum non sunt idem, cum sint contraria, verbi gratia nigredinis & albedinis, quorum vltima impossibile est vt sint idem.

a Nō seqt̄, si tps sit vnum, vt mot⁹ cōtrarij sint cōtinui.

Quod

Quod motus solus circularis possit esse continuus. Cap. 4.

Qui autē sup circularē fit, erit vnus, & continuus. nihil.n. impoßle cōtigit. Quod.n.ex A mouet, simul mouebit ad A, ſm idē ppositū.ad qd.n.veniet,et mouetur ad hoc:sed nō simul mouebitur contrarijs, neq; oppositis. Non .n.oīs, qui est ad hoc, ei, qui est ex hoc, cōtrarius est, aut oppositus. Sed contrarius quidē est, q super recta fit.huic.n.est contra-

H rius ſm locū, vt qui ſm diametrum fit: distat.n.plurimū. Oppositus aūt est, qui est ſm eādē longitudinē. quare nihil prohibet continue moueri, et nullo tēpore deficere. Circularis.n.motus est, qui * ab eodē in idē. Rectus aūt, qui ab * eodē ĩ aliud. Et qui in circulo quidē fit, nunquā in eisdē est: qui vero ſm rectā sæpe in eisdē. Eo igit, qui sp ĩ alio, et alio fit, cōtingit moueri cōtinue: eo vero, q ĩ eisdē sæpe, nō contingit, necesse.n. esset si-

Circularis motus qs Rect⁹ qs. * a.l.à seipso ĩ seip; * a.l.a seipso.

Et, quia iã expositum est fortu- 66 nam ipsam, atque id, qđ sponte in his, quæ ab intellectu, & natura ꝓueniunt, ĩueniri. intellectus igitur, & natura priora sunt fortuna, & eo, quod ex se: qm̃ ea, quæ per se priora sunt his, quæ per accidens. Hinc 67 quoque haberi licet crimẽ eorum, qui causam vniuersi fortunæ ascribunt. quoniam, si darentur causę, e quibus vniuersum fortuna prodiret, tunc non darentur res, q̃ prouenirent ab illis causis per se: & sic id,

G id, quod per accidens, esset expers rei, quæ per se, & prius ea, quod est falsum.

Caput Tertium.

72 QVoniam aũt ex quatuor causis Antiqui tantum Materialẽ consyderauerunt: nã de Formali, Finali, atq; Efficienti minimũ quid attigerunt: ideo id, qđ forma vocatur, & finis, insequi naturã materiç putarunt, ex eaq; de necessitate prouenire, & tũ primum, tum vl-
76 timum negauerunt finem. Videtur .n. inquiunt, pluuiã non vt fruges germinent descendere, sed quia ac-
H cidit ipsi vapori ascendẽti infrigidari in superiori parte aeris, ex quo fit pluuia, quç descendit, & semina pullulare facit. Indẽ in membrorũ animalis generatione, ita, vt dẽtes gratia exempli quidam lati, quidã vero acuti reperiunt, non vt ad terendum lati, & ad incidendum acuti existãt, sed quia ipsos molares, qui ex materia terrena, crassaq; oriuntur, contingit esse latos, & ex materiç tenuitate acutorũ dentium acutos oriri de necessitate. Dicunt aũt generationẽ animalis tunc perfici, & idoneam reddi, cùm hmõi con-
I tingentia (seu fortuna) accidit in omnibus eius membris, sed † defectus (seu destructio) accidit in generatione eius, cùm hmõi contingens non euenit in oĩbus eius mẽbris, q̃ ex ipso animali genita sunt. Quare naturã posse procreare indiuidua animaliũ, ex pluribus spẽbus composita certe affirmant: vt forte fortuna cõtigit cuidam animali habere quædã eius membra alterius animalis, & alteri alterius, vt Empedocles asserit posse oriri animal, cuius superiores partes sint humanç,

† a.l. deletur gñatio

inferiores vero bouinç, his igitur rõ- K
nibus priores tollebant finalẽ cãm. hac quoq; rõne res gigni existimabant. Nos tñ dicimus quicquid à 77
natura generatur, id vel vt semper gigni, vt animal, qđ ex mare, & fœmina procreatum est, vel vt in pluribus, vt quĩtus digitus in homine, vel vt in paucioribus, vt sextus. in prius autem dictis aperte patuit ea, quç raro fiunt, spõte, & fortuna fieri. Quod igitur ex animali gignit, atq; planta, oportet à fortuna, vel à natura prodire: sed non à fortuna: qm tunc animal, & planta raro inuenirentur: & oporteret id, qđ est p L
accidens, esse denudatum ab eo, qđ per se, & vt non postponatur ei. Iam tñ est probatum ipsam fortunã, & id, quod sponte, esse posteriora rei naturali. hinc autem innui põt q re vera nã alicuius rei gratia agit.

Potest adhuc idem monstrari, si 78
naturam arti comparemus. est.n. ipsa causa finalis apertissima in arte. idẽ tidem quicquid est ante finem, esse propter finem, nemo ambigit. si rem igitur animaduertas, non te 79
latebit naturam in hoc ęqua lance cum arte procedere. nam, si domus gratia exempli à natura producere- M
tur, non nisi vt ab arte prodiret. hoc tamen primo naturæ, q̃ arti ascribendum est. ars.n. naturã imitat. Iccirco suis figuris (seu descriptionibus) inuenimus eam perficere id, in quo natura deficit, vel illi' opus facile reddit, vt ars Medica, & Agricultura. constat igitur eandem esse proportionẽ priorum ad posteriora in arte, quç est in natura. priora videlicet in his pp posteriora existere: sed, si in naturalibus priora posteriorũ gratia fiunt, & itaq; se habet

A bet natura, quæ dr̄ de materia cum
ea, quæ de forma. patet ergo mate-
riam ꝑꝑ formā existere, formāq;
esse finem in generatione. Neq; qđ
casu in rebus naturalibus euenire
solet, prohibet naturam non agere
81 propter aliquid. Quemadmodum
si in arte aliqđ committatur crimē,
non ꝑpea oportet eam non propter
aliquid operari. nam, si grammati
cus in suis delinquat sermonibus,
medicusq; in potionis exhibitione,
id quidem raro, & per accidens cō-
tingit. peccata itidem, quæ in ani-
maliū procreatione euenire solent,
B sunt prorsum huius generis, videli-
cet quod raro euenit, & ex necessita
te materię, corruptioneq; principij,
quod est promptū finē assequi, sed
eum imperfectum adipiscitur: non
ꝙ corruptio ei aduenjat ad recipiē-
dum alium finem. & ideo nos non
assentimus aliquod animal gigni,
cui' superior pars media sit huma-
na, & media īferior alterius anima-
lis, vt multi Antiquorū id pro possi
bili inconfesso habent. Nā quodli-
bet non fit, neq; quodlibet princi-
pium est cuiuslibet finis principiū:
immo proportiones finis in genera
C tione, ad sua principia sunt profe-
cto terminatæ. Impossibile igit̃ est
dari illa portenta, quæ Antiqui ar-
bitrati sunt. Si tamen accidat aliqđ
monstrum in procreationibus, id
quidem in vna duntaxat specie re-
peritur: vt, si agnus cum duobus ca
pitibus nasci videatur. quod etiam
86 raro euenit. Antiquorum adhuc q-
dam arbitrati sunt causam finalē
inueniri in artibus tm̄, quæ intelle-
ctu, & consultatione vtuntur. nihil
tamen dicunt. quoniam id, cuius
gratia, perspicuum est in artibus, ꝗ

non exercent intellectum, quem- D
admodum & in his, quæ eo vtūtur,
vt Lignaria, Fabrilis, & Sutoria. ne-
minem. n. latet has propter aliquid
operari: & si Sutor non consyderet
peruentum finis illius, neque etiā
Faber lignarius, vt consyderat Me-
dicus atque Nauta. In his igitur re-
bus nihil interest inter cunctas ar-
tes inuicem, neq, inter artem, & na
turam, nisi ꝙ ars extra, natura vero
intra rem existit. Adest & Tertia ra 80
tio, quæ ostendit naturam ꝑꝑ ali-
quid agere perquirendo. videlicet
† singulas operationes eius, tum in † a.l. ptes operationū
animalibus, tum in stirpibus, & ꝑ- E
sertim in animalibus † discurrenti † a.l. ꝑparatibus.
bus, quæ operationes agunt termi-
natas, non ab arte ordinatas, neq;
intellectu, vt araneā texere, & apes
cellulas sexagonas struere, reliqua-
que animalia: ex quorum opera-
tiōibus abunde apparet ea propter
aliquam agere causam, quod & ex
vtilitatibus membrorum animaliū
satis aperte constat. In plantis quo-
que idem perspicuum est, & si mi-
nus pateat, vt folia emittere pro fru
ctus custodia, corticem vero grano-
rum pro eorundem tutela. Porrò
quod de pluuia in argumētum af- F
ferunt nos non assentimus: neque
diximus pluuiam à casu euenire,
sed dicimus hoc, vt semper ex mo-
tu, s. solis in circulo obliquo. id au-
tē, quod est vt semper, & necessariū,
nō fit à casu, immo propter aliquē
finem. quod quidem ob duo eue-
nit, quorum alterum necessarium,
alterum vero melius existit. Neces-
sarium quidē est, vt scilicet elemen
ta remaneant in specie seruata: &
ideo ex sese inuicē quibusdam ter-
minatis temporibus generantur.
nam

G nam generatio, & corruptio accidit eis propter contrarietates, quas habent: ordo tamen, & rectitudo pp motus cœlestes. Id vero, qđ pręsidij, seu melioris notæ gratiā existit, est propter mixtionem aquæ cum terra, vt plātæ, cęteraq; corpora ex elementis genita oriantur. Ex his igitur habes naturam propter aliquid agere, causamq; rei finalem esse ipsam formam.

Caput Quartum.

87 QVoniam Antiqui pręponebāt necessitatē ipsi materię in generatione: putabant .n. ma-
H teriam eē generationem, ac si quis diceret murum, ideo esse de necessitate murum, quia natura ipsius grauis est deorsum mergi, leuis vero sursum eleuari: & ideo lapis inferius, lignum vero superius existūt: consentaneū igitur est perquirere vtrum necessitas rebus naturalibus tribuatur ratione finis earum, qui est ipsarum forma, vel ratione ma-
88 teriæ. Constat autem necessitatem inuentam in generatione parietis contra id, quod ipsi arbitrabantur, sese habere. non .n. adinuētis lignis, & lapidibus, clauisq; paries inueni-
I tur de necessitate: immo econtra. s. dato pariete, oportet lapides lateresq; dari. Hoc aūt patet p īterrogationem, propter quid. nam, si quis nos īterroget ppqd paries ex ligno, & lapidibus cōstet? respōdebimus protectionis gratia, & non dicimus, quia ex ligno, & lapidibus est, ideo protegit. Identidem in naturalibus rebus necessitas debet referri ad id, quod in artificialibus refertur. qcquid aūt est ante finē, debet necessario inueniri, cum finis inuenitur.
89 Extat & in doctrinis necessitas quoqũo similis ei, quæ in natura- K
libus. intelligo illud necessarium, qđ inter duo se consequētia existit ex suppositione. nā. si pmissę sunt, oportet dari conclusionē de necessitate, neq; hoc conuertitur ita, q data conclusione dent' pręmissę per se existentes. Verumtñ in doctrinis opposito mō consecutiōis res se habet cum his, quæ ex natura. quoniā in his ex posterioribus tpe inferuntur priora tempore, veluti se habet materia cum forma, in illis vero posteriora tempore, hoc est ipsa conclusio, à prioribus tempore inferun-
tur, quæ sunt ipsę pmissę. sed, quia L
principium cogitationis in rebus actiuis est finis actionis, ideo pmissæ re vera sunt finis, quę quidem in actione fuerunt principium, & ipsa conclusio ponitur perinde, ac si ante finem. qđquidem iō euenit, quia accidit rebus posterioribus in generatione, vt sint priores cognitione, & econtra posterioribus cognitiōe, vt sint priores generatione. & propter hoc consecutio ratione cognignitionis est opposita ei, quæ ratione generationis, & principium cogitationis non est principium gene-
rationis, & neque finis cogitationis M
est finis generationis.

Ex his ergo habemus q, si forma 90
adest oportet materiā quoq; priorem ei de necessitate adesse. & q necessitas ī rebus naturalibus † est veluti proportio est materiæ ad formam. & ppea in hac scīa nulla potest dari definitio, quin in ea appareat materia: cum impossibile sit inueniri ipsam formam denudatā à materia. Sed reliqua necessaria, quæ res insequuntur naturales, vt est ipsa corruptio, & defectus, ratione

† a.l. existit ī pportione.

A tione quidem materiæ, eiusq; motuum ens insequitur: ea vero, quę præsidij gratia res sectantur, id quidem ratione formæ fit. Interest tamen hæc necessitas ab ea, quę inter prima, & vltima. qm̃ hæc est ex ipsamet natura materiæ, illa vero ex proportione causarum ad sese inuicem. Antiqui tamen has duas necessitates dominas censebant, formamq; esse quid existens ex necessitate materiæ, quemadmodum & multa accidẽtia ex eis necessitate reperiuntur. & hic desinit. ij. Liber.

B AVERROIS EXPOSITIO MEDIA IN TERTIVM LIBRVM PHYSICORVM.

Hic liber Tertius, tres continet summas.

In prima Summula probat, ad professorẽ huius scientię necessario attinere tractare de accidentibus, seu consequẽtibus, communibus rerum naturalium: & huius rei causam assignabit, & est veluti præfatio ad ea, quæ postea dicentur.

In Secũda notificat quid sit motus, & eius
B definitionem tradit, vt ex natura sui tradi potest.

In Tertia inuestigat de infinito, & declarat quo pacto reperiatur. C

Prima Summula.

1 
Dicamus q̃, cum in definitione Naturæ accipiatur motus: cum dictum iam sit Naturam esse principium motus, & quietis: cogaturq; Physicus tractare de oĩbus partib⁹ huius definitionis, & de eius consequentibus, ergo cogitur tractare de definitione motus.

Porrò, cum in definitiõe motus ipsum continuum appareat: in ipso autem continuo appareat infinitum: ergo qui de motu cõsyderat, cogitur quoq; de infinito consyderare, atq; de continuo. Pręterea, cũ tempus, & locus sint de his, quę motũ consequuntur, ideo cogitur etiã huius scientiæ professor de eisdem consyderare. Et quoniam vacuum similatur loco, & plures Antiquorũ putabant ipsum fuisse necessarium pro multis rebus naturalibus, iccirco cogitur & de eo inquirere. D 2

Hæc inquã sunt vniuersalia cõsequentia, quæ cunctis entibus naturalibus sunt cõmunia, de quibus cogitur primo tractare huius sciæ professor i hoc libro, antequam de proprijs consyderet, atq; cõtempletur: quemadmodum hoc idem cogitur agere de causis vl̃ibus, vt iam in huius libri prefatione dictũ fuit. Quapropter huius libri propositũ nihil aliud est q̃ de causis vl̃ibus, ac de vl̃ibus cõsequẽtibus cõsyderare. E

Secunda Summula, sex continet capita.

In Primo capite agitur de his, quę præponi, ac præcedere maximè debent, quæ tanquam recepta, & parata proprie esse debent apud eum, qui motum definire intendit. F

In Secundo traditur definitio motus ex illis rebus proprijs.

In Tertio tradit̃ adhuc alia definitio motus ex rebus communibus, nõ proprijs, quas Logicales vocant.

In Quarto, quo nam pacto vna, & eadem res dicatur esse in potentia, & in actu.

In Quinto destruitur opinio Antiquorum de definitione motus, & talis destructio erit ratio ad id, quod diximus de motu. Item traditur in eo causa, ob quam sit difficile venari definitionem eius, nec non quantum assequatur mouens, & mobile de potentia, & de actu.

G In Sexto soluitur dubium de motu, videlicet in quo nam magis superat motus, an in mouente, vel in mobili.

Caput Primum.

3 EA auté, quæ præscire debet, qui vult verá motus definitionem inuenire, sunt videlicet tres propositiones. quarum Prima est, ꝙ entia naturalia quandoque in potentia, qñque in actu reperiuntur, & ꝙ hoc est commune omnibus decem prædicamentis.

Secunda propositio est, ꝙ motus
H habet rationem relationis, (seu ad aliquid) quamuis in aliquo alio ꝑdicamento reperiri possit: quoniá agens, & patiens, & mouens, & mobile, quodlibet horum dicitur in relatione, & respectu ad aliud: licet mouens dicatur esse in prędicaméto, quod est agere, & mobile in prędicamento quod est pati. cuius rei ratio est, quia aliqua est relatio per se existens, sicut quantitas, & substantia, veluti duplum, & dimidiũ, pater, & filius: aliqua vero insequitur reliqua prædicamenta, hoc est, ꝙ se habet veluti quoddam conse-
I quens illius prædicamenti. Relatio vero, quæ reliqua insequitur prædicamenta, exempli causa est ipsorum quinq; respectuum, (seu habituum, seu proportionum) hoc est prædicamentum qñ, & vbi, & habere, atq; agere, & pati.

4 Tertia propositio est, ꝙ hoc no-
5 men motus dr̃ quodá genere analogiæ, & ꝙ non est ex nominibus vniuocis, neq; ex mere æquiuocis.

Ex vniuocis autem ideo nõ est, quia motus non reperitur primo, nisi in mobili..

Mobile vero aliud est in substantia, aliud in quãtitate, aliud in qualitate, aliud in prædicamento vbi: insuntq; vnicuiq; horum prædicamentorum duo genera motus contraria, alterum quidem * ignobilius, alterum vero * nobilius, vt motus generationis, & corruptionis in substantia, motus incrementi, & decrementi in quãtitate, & albedinis, & nigredinis ĩ qualitate, & sursum, ac deorsum in prædicamento vbi: hæc aũt quatuor ꝑdicaméta nullũ habent genus cõe eis: necessium igitur est, nomen motus dici de eis eo modo, quo dr̃ de eis nomen entis, & principij. Manifestũ quoq; est nomen motus non dici de eis eo modo, quo dñr de eis nomina mere ęquiuoca. nam, si ita esset, tunc nullum reperiretur prædicamentum, qđ ea amplecteretur: verum illud est ex nominibus, quę dñr ſm prius, & posterius (vt ita dixerim) veluti reliqua nomina, quæ de reliquis omnibus dicuntur prædicamentis, aut de pluribus vno.

K

* a.l. ſm defectũ.
* a.l. ſm excessũ.

L

Caput Secundum.

HIs igitur sic expositis dicam᷒, 6 neminé posse ambigere motum non posse ingredi sub genus eorũ, quę sunt in actu: qm̃ hęc qescunt, neq; ẽt sub genus eorum, quę sunt in potentia pura: qm̃, dum ꝑseuerant esse in potẽtia, sunt priuata. Si motus ergo non põt esse sub aliquo horum generum, relinquit igitur vt cõstet ex aliqua re, quæ sit in potentia, & actu: vt solent eẽ ipsa media, quæ inter duo extrema opposita, contrariaq, reperiuntur. Hoc autẽ ita se habere necessariũ est, cum ipse motus sit quidam incessus procedẽs ab ipsa potentia ad actum.

M

A actum intelligo ipsum, s. esse quendam transitũ ipsius mobilis, eiusq; exitum de potentia ad actũ. Manifestum igitur est, ipsum Motum esse actum (seu perfectioné) rei, quę est in potẽtia, ea rõne, qua est in potẽtia. Addidimus autem hęc verba, s. ea rõne, qua est in potentia, quoniã hoc est propria eius dña, q̃ eius esse custodit. Qm̃ ipse actus (seu pfectio) vel est actus quiescẽs, ĩ quo s. nihil potẽtię relictũ est, quatenus est talis actus: & hoc quidem est finis ipsius motus, vel est actus impfectus, qui nondum est perfectus, q

B quidem seruat id, quod est in potẽtia. hoc autem est illud, quod correspondet ipsi motui, eiq; conuenit. exempli cau sa figura æris, quę quidem habet tria tempora: Aliud autem, subquo est figura in potentia: Aliud vero, sub quo est figura in actu: Aliud adhuc, sub quo efficitur figura: nempe cũ mouetur de potentia ad actũ. & propterea eius motus est actus rei, quę est in potentia figura, ad id, qđ est in actu figura. Manifestumq; est hanc potẽtiã custodire id, quod est in potẽtia, in ipsis contrarijs, q̃ habent medium.

C nã in contrarijs, in quibus non datr medium, nõ reperitur hmõi actus. hinc fit, φ non reperitur motus, nisi in contrarijs habentibus mediũ, vt ĩ Quinto libro huius operis exacte probabitur. Hinc aũt apparere põt φ continuũ (seu continuatio) est de natura motus. qm̃, cũ ipsum mobile quiescit, destruitur eius motus, neq; vlla potentia in eo relicta est, quatenus iam quiescit. verum, si in eo fuerit aliqua potentia, id q dem erit ea ratiõe, qua * potest moueri alio motu: & ideo corrupta

* a.l. solet.

potentia corrumpitur & motus. si D ergo motus debet reperiri, oportet subijcere φ reperiatur potentia coniuncta actui eius: & ob id ipsa potentia est eius propria dña. Constat autem hanc definitionem, cunctis generibus motus inhærere. nã motus in substantia est actus rei, q̃ in potentia substãtia, quatenus est in potentia. Identidem de motu in qualitate, & in quolibet quatuor pdicamentorum. Hæc inquã est definitio motus, sumpta ex rebus proprijs, (seu proportionalibus.)

Caput Tertium.

7 Dicit adhuc Arist. φ motus est actus ipsius mobilis, quaten' E est mobile. hęc autem definitio patet inductiue à similibus, & particularibus. nam Ædificatio est actus ædificabilis, quatenus est ædificabile: & Reuolutio est actus reuolubilis, quatenus est reuolubile: itidem & Calefactio est act' calefactibilis, inquantũ est calefactibile. Ædificatio. n. non est cum perfectione domus, neq; dum domus est in potentia: immo ipsa ædificatio est via à priuatiõe domus ad esse ipsius domus in actu, & perfectè. ex hac ergo inductione probatur motũ esse actum mobilis, in quantum ẽ mobile. Sumitur autem ipsum mobile F in definitione motus, pp id, qđ iam prędiximus: nempe, quia inest motui vt sit ad aliquid. sed accipimus ipsum mobile in definitiõe motus, quia est notius motu. Hęc autem dña, quę in hac definitione sumitr, licet non sit illa dña sumpta in prima definitione, cũ hæc sit dña sumpta rõne subiecti, tñ adhuc ipsa magis pstat q̃ illa, q̃ in pña definitiõe fuit sumpta: cũ nõ habeat eã ęqui-

G uocationem, quam habet nomen potentię. qm̃ potentia reperitur in decem prædicamentis: sed illa potentia, quæ in definitione motus accipitur, est illa, quæ in quatuor p̃dicamentis reperitur.

Caput Quartum.

8 CVm autem potentia, & actus insint vni, & eidẽ rei, siue duabus diuersis rationibus, & in relatione ad duas res: vt aqua calida, quæ est actu calida, & frigida potẽtia: siue respectu eiusdem rei, sed duobus varijs temporibus: ideo necesse est, vt quicquid est huius generis, vide-

H licet, quicquid habet in se actum, & potentiã, & est. s. ipsum cõpositũ ex materia, & forma, vt mouens moueatur a mobili, ita vt sit vnumquodque eorum mouens, & mobile: qm̃ eorũ alterum mouet alterum, quatenus est in actu, & mouetur ab eo, quatenus est in potentia. Vtrum autem oẽ mobile ita se habeat post hoc inuestigabitur: cum probatũ sit dari mouens, in quo nulla sit potentia: & tale mouens non pȏt esse

9 mobile. Mouet aũt aliquid ratione suæ formæ: sed mouetur ratione suæ materię, sed, quia id, qđ est in

I potentia, non mouet, quatenus est in potentia, cum sit hac ratiõe priuatio, & iõ materia nunq̃ mouetur, iõ est necesse vt mobile sit aliquid in actu. verũ non mouetur, in quãtum est in actu, qm̃ hac rõne quiescit, sed mouetur, quatenus est ĩ potentia. Si ergo aliqua res fuerit aliquid in actu, & aliquid aliud in potentia, tunc eius actio, quatenus est in potentia, erit ipse motus, vt gratia exempli, æs est in potẽtia statua, sed in actu æs: sed non mouetur, quatenus est in actu æs, sed mouet, quatenus est in potẽtia statua. Hoc K

aũt ita se habet, quia hæc duo esse sunt diuersa, videlicet potentia, & actus. nam, si essent idem, nõ posset imaginari aliquid tale, q: moueatur. Quod aũt hęc duo sint diuer- 10

sa, & ꝙ sint vnum subiecto, & duo ratione, ratio est, quia nos inuenimus vnum, & idem corpus esse diuersum p̃ potẽtias contrarias, quas habet, sicut homo potest sanari, & ægrotare. Quòd si hõ, & possibilitas, quam obtinet, esset idẽ, tũc vtręque potentiæ contrariæ essent idẽ. quod est impoľe. Igitur mobile est

in actu vna res, & in potentia alia L

res, & eius actio, quã habet, inquantum est in potentia, est ipse motus. & sic debet ĩtelligi potẽtia, & actus in ipso mobili.

Caput Quintum.

EX reprobatione eorũ, quæ Anti 12

qui dicebant de definitione motus, probatum est definitionem motus esse, vt diximus. Nam eorum quidam dicebant motum esse alietatem (seu non ens, seu nihil, seu aliud) & exitum ab ęqualitate, alij dicebant ipsum non esse. Et, si motus esse alietas, vt dicunt, sequere-

tur ꝙ quicquid esset aliud, moueretur. omnia autẽ entia sunt alia ad seinuicem, nõ tñ omnia mouẽtur. Et, si dicant ꝙ per aliud intelligant alterationem, (seu transmutationem) tunc dicemus eis, ꝙ permutarunt tantum nomen synonymum,

vt ensis est gladius. Antiqui autem 13

ideo motum denominabant his denominationibus, quia putabãt ipsum non habere definitionem, cũ non habeat aliquam partem particularem, seu determinatam, vel indiuiduam in actu, nec in substãtia, neq;

A neque in quantitate, neq; in qualitate, neque in vbi, vel in reliquis ꝑdicamentis. entia autem indiuidua
14 in actu quiescunt quidem. putabãt igitur ꝙ, cũ non sit ens in actu, erit priuatio: quia non datur medium apud eos inter ens in actu, & priuationem. Si ergo est priuatio, nõ habet definitionem: & ideo dicebant ꝙ est alietas, & quid non existens, & nõ ens. erat autem apud eos difficile dare ei definitionem, cum nõ possint eum ponere in ipso actu, neque in priuatione, quia videbant ipsum esse aliquid, & ꝙ differat à
B priuatione. & ideo dicendum est, ꝙ licet sit manifestum ex se ipsum esse actum imperfectum, nihilominus est difficilis apprehensionis, & conceptionis: & ideo erat res difficilis apud Antiquos.

Caput Sextum.

18 CVm autem dictum sit à nobis, motum esse actum ipsius mobilis: ex hoc ãit videatur sequi dubium quoddam, videlicet si ponamus motum esse in ipso mobili, & non in motore: quod quidem dubium dignum est consideratione. Dubium igitur tale est. Si mouens
C est aliud à mobili, & eorũ actio simul est motus, vtrum eorũ actio sit vna, vel duæ. Qm̃, si actio mouẽtis est eademmet actio ipsius mobilis, tunc sequeret̃ ꝙ agens, & passum essent idẽ, & docens, & discẽs.
19 quod est absurdum. At, si eorum actiones sint diuersę, vt re vera videntur esse, cum altera motio, altera vero mobilitas nũcupetur, vtrum igitur ipsa motio existat in agente, & mobilitas in patiente, vel vtraq; simul reperiantur siue in agente, siue in patiente. nã non est danda quarta diuisio super has tres diuisiones: D
qm̃ dicere ꝙ motio sit in patiente, & mobilitas in agente esset absurdum. sed, si dicamus mobilitatem esse in passo, & motionem in agente, ea ratione, qua sunt duę res, idest duo motus, tunc alterum duorũ sequet̃, videlicet vel ꝙ oẽ mouẽs † est mobile, vel ꝙ motus reperietur in re immobili, &, vt semel dicam, sequeretur ex hoc vt res moueret seipsam. Quòd, si & motio, & mobilitas essent simul vtraq; in agẽte, aut in patiente, tunc sequeretur hoc inconueniens, s. ꝙ actio propria alicuius rei nõ esset in ea re: & erit actio E
ipsius mobilis in ipso mouente, & actio mouentis in ipso mobili: & sic mobile erit mouẽs, & mouẽs erit mobile respectu eiusdem. quod est absurdum. Ad hæc sequeretur, vt in eadẽmet re reperirentur duo motus varij simul. Quid igitur obsecro erunt ij duo motus? Tandem, si ponamus vtrunq; motum simul esse in mouente, tunc sequeretur, ꝙ † mobile non moueretur. &, si ponantur in ipso mobili, tunc sequetur ꝙ † mouens non mouebit. Hæ igitur sunt difficultates, & ambiguitates, quæ insurgunt, si ponamus has duas actiones esse simpl'r vnam, aut duas simpl'r, & absolute. F

† a. l. mouetur.

† a. l. mouẽs si moueret.

† a. l. mobile nõ mouebitur.

Nos autem dicimus ꝙ eorũ actio est partim vna, partim duæ. 20

Vna quidẽ ratione subiecti eorũ, quod vocatur motus, Duæ vero in respectu. seu in relatione. qm̃, si capiatur id, quod vocatur motus ꝑ se, erit quidem in ipso mobili, sed, si referatur ad mouens, vocabitur Motio, &, si ad mobile referatur, vocabitur Mobilitas: nam eadem est ratio huius, quæ est reliquorũ respe- 21 22

G ctuum relationis. Sicut.n.scientia, quę prouenit ex docente in discentem est vna, & eadem: & prouenit in ipsum discipulum ab ipso doctore. sed, si capiatur in relatiōe ad docentem, vocabitur Doctrina. (.i. si referamus eam ad doctorem). si vero capiatur in relatione ad discipulum, vocabitur Disciplina. ita etiā illa actio, quæ vocatur Motus, agit quidem eam ipsum mouens in ipso mobili, & reperitur in ipso mobili: sed, si referamus eā ad agens, vocatur Motio: sed, si ad patiens re
23 feratur, vocatur Mobilitas. Ex di
H ctis igitur patet quid sit motus, & quòd est in ipso mobili, & error Antiquorum de motu.

Summa Tertia, in qua agitur de infinito vtrum scilicet detur, vel ne: & si datur, quo pacto datur, & quid sit: & ꝙ finitum, & infinitum sunt affectus ipsius quantitatis: idētidem & motus, & tempus, de quibus cōsyderat professor huius scientiæ. & diuiditur hæc summa in Octo capita.

I In Primo capite agitur de opinione Antiquorum de infinito.
In Secundo, de rationibus famosis, seu apparentibus de ipso infinito absolute.
In Tertio, quot modis dicatur infinitum.
In Quarto probatur non dari infinitum.
In Quinto probatᷣ dari infinitū in potētia.
In Sexto datur definitio infiniti, vbi datur, & refellitur definitio habita ab Antiquis de ipso.
In Septimo redditur causa, ob quam non potest reperiri infinitū in actu, & possit reperiri in potentia.
In Octauo destruentur rationes, quæ vidētur probare dari infinitum in actu.

K

Caput Primum.

TRactare aūt de infinito, 24
vt dictū est, ad Naturalē attinet: & iō quicunq; de hac scīa fecit initium tractauit de eo. Qui vero de eo tractarunt, bifariam diuisi sunt: nam alij Naturales, alij Diuini fuerunt. 25
Diuini aūt, seu Metaphysici magni fecerunt ipsum, dixeruntq; illud eē principium per se existens: non ꝙ sit corpus, aut in corpore, sed ꝙ est substātia, cuius quiditas est separata, non habens finem, & ꝙ est prin- L
cipium omnium entium. ij autem cōueniūt simul in hoc, de hoc principio, sed discrepant in ea re, quæ ita se habet, quid nam sit.

Secta autē Pythagorę putabat ꝙ infinitum, qđ ita se habet, sunt numeri. putabāt.n. numeros esse principia rerum sensibilium: & cū hoc credebant ipsos non esse separatos ab omnibus sensibilibus.

Plato vero ponebat hoc princi- 27
piū eē duplex, s. naturam Magni, & Parui, quæ sunt vlīa intelligibilia separata. qm̄ ipse ponebat formas separatas, quas dicebat esse Nume- M
ros, & principium numeri eē Dualitatē, & principiū dualitatis Magnū, & Paruum, & Paucitatē, & Multitudinē, & Excessum, & Defectum, & est ipsa materia, quę est infinita.

Quidam vero Antiquorū, inter quos est Anaxagoras, putabāt principium esse ipsum Deum. hi autem sunt quicunq; nō credūt dari cām efficientē rerum generabilium: nō Intellectum quidē, quem ponebat Anaxagoras: neq; Amicitiam, & Litem, quas ponebat Empedocles.

Physici vero sunt opinati ꝙ Infinitum

A nitũ accidit illi rei, quã putant eẽ principiũ materiale, oĩbus entibus naturalibus: & quicunq; illorũ putabat hoc principium esse Aquam, aut Terrã, aut Aerẽ, aut Ignem, aut aliquid mediũ inter illorũ duo, dicebat Infinitũ esse ex affectibus illius rei, quam putabat esse principium ij igitur ponebant Infinitum magnitudine.

Sed illi Physici, qui dicebãt principia rerũ sensibiliũ esse partes indiuisibiles, (Atomos vocant) infinitas, vt Democritus, vel partes similares, (Homogeneas appellant) in-**B** finitas, vt Anaxagoras, putabant q̃dẽ Infinitum esse principiũ ratione multitudinis, & quantitatis discretę, nõ ratione magnitudinis, & quãtitatis continuę: vt dicebãt priores. coguntur autẽ concedere priuationem finis, ratione magnitudinis: quia illæ partes, quæ numero non consumuntur, necessario sunt infinitæ, magnitudine etiam, & hoc siue tactu, siue continuitate.

30 Inquit Arist. rectè quidẽ conueniunt oẽs dicere ipsum esse principium, & ꝙ est ingenitũ, & incorru-**C** ptibile. & ideo putarunt aliqui eorũ ꝙ esset ipse Deus gloriosus. Qm̃ quælibet res vel est principium, vel ex principio: sed qd infinitum est, non debet habere principiũ. si igitur non habet principium, ergo ipsum erit prĩcipium cęteris rebus, & est ingenitum, & incorruptibile. & ideo dicebat Anaximander ipsum esse Deum gloriosum, qui omnia amplectitur, atq; gubernat, & regit.

Caput Secundum.

31 QVinq; aũt sunt, quę inducunt credere infinitũ dari. Primũ est, Tp̃s. nã ex sui natura videtur esse infinitum, cum nõ possit **D** imaginari ipsum eẽ generabile, neque corruptibile. quoniam, si quis posuerit ipsum esse generabile, aut corruptibile, ponat quidem tempus in tempore, cum quodlibet generabile, ac corruptibile sit in tempore. & hanc propositionem concedunt ipsi Antiqui.

Secundũ est, Diuisio, quę in magnitudinibus fit, quæ quidem est infinita. hoc enim est vnum ex suppositis, quæ à Mathematicis supponuntur.

Tertium autem est sumptum ex ipsa generatione, & corruptione. **E** quoniam, cum Antiqui viderint ipsas nullo tempore deficere, iudicarunt oportere principium generabilium, & corruptibiliũ esse infinitũ.

Quartum, ex natura ipsius finiti. id persuaderi potest, cum res finita desinat in aliam rem, & illa in aliã, & sic oportebit dari infinitum.

Quintum ex ipsa cogitatione, & 32 opinione, (seu intellectione,) cum nemo possit cogitare, vel imaginari finem alicuius corporis quin finiat, (seu attingat) aliam rem. Sed ex ipsa cogitatione, seu ratiocinio **F** habetur, vel quòd totum vniuersum non finiatur, vel, si desinat, quòd desinat in ipsum vacuum: & ob hoc sunt opinati multi quòd extra cœlum datur vacuum infinitũ: & ꝙ possint dari in eo infiniti mundi. qm̃, si detur locus infinitus, poterit quidem dari infinitum corpus, vel corpora infinita. Pręterea nõ videtur ꝙ magis cõueniat, vt sit mundus in vno loco ipsius vacui, quàm in alio. & si esset de natura vacui, vt in eo esset is mundus, oporteret vt in eo essent mundi infiniti.

G At quia rationes, quæ circa hoc
34 fiunt, non distinguunt quot modis dicatur infinitum, ideo qui hoc q̄rit exacte scire, cogitur quidē prīo distinguere quot modis dicatur infinitū, & tūc incipiat inuestigare de hoc, qm̄ maximā hēt difficultatē.

Caput Tertium.

INfinitum autem quinq; modis dr̄. Primo de eo, de cuius natura non est recipere finē: vt dr̄ de punctis ꝙ sunt infinita: & vocē esse inuisibilem, quia non est de eius natura vt sit visibilis.

Secundo de eo, cuius transitus, &
H magnitudo non habet finem in se: & hoc est infinitum in actu.

Tertio de infinito, metaphorice dicto. & hoc bifariam quidem, nēpe vel ꝑꝑ ei⁹ magnitudinē, licet sit vere finitum, vel ꝑꝑea quod cū difficultate transitur: vt cum dicimus mare esse infinitę profunditatis, qa non potest ipsum transiri.

Quinto, quod dr̄ infinitum ꝑꝑ diuisionem: & hoc vel ꝑꝑ additionem, vel ꝑꝑ diminutionem: & hoc est infinitum in potentia.

Illud vero, de quo debet fieri inuestigatio hic, est de infinito ĩ actu,
I & de infinito in potentia. qm̄ illud, quod dicitur metaphorice, & illud quod dr̄ per abnegationem vl̄em, non tractatur in scientijs.

Caput Quartum.

HOc capitulum diuidit̄ ĩ duas partes. In prima arguit cōtra ponentes infinitum esse quid per se existens ita, vt sit quędam substantia, nō accidens oīno alicuius rei. & in hoc Dialecticæ procedit, & vniuersali quadam speculatione: non ꝙ hoc attineat ad professorem huius scientiæ: qm̄ sermo, qui cum K
his haberi debet, est ille, qui Diuino debetur, Metaphysicouè, non ipsi Physico.

In secunda parte arguit contra illos, qui dicunt ꝙ est accidens corporis sensibilis: ij autem sunt Naturales, cum quibus loqui debet ipse Naturalis philosophus.

In prima ergo parte dicendum 35
est ꝙ non pōt reperiri infinitum ꝑ se existens, seorsum separatū à sensibilibus. qm̄ necesse est vel ꝙ sit diuisibile, vel indiuisibile: si indiuisibile, ergo nō dicetur infinitum, nisi eo mō, quo dicitur punctum infinitū, & color inaudibilis. hoc aūt nemo eorum, qui ipsum ponunt, diceret, neq; debet in consyderationem venire. Adde ēt, quia impoſſe est reperiri aliquid, qđ sit quantū infinitū, & nihilominus sit indiuisibile. L

Si vero sit diuisibile, tunc necessario recipiet diuisionem, vel quia est 36
quantitas separata, vel quantitas existens in subiecto, vel vt sit aliqua substantia separata: sed non potest esse quantitas separata, cum numerus, & magnitudo non sint separata à sensibili: ergo sequitur ꝙ id, quod accidit numero, & magnitudini, nō sit † separabile ēt, quod M
est priuatio finis. nam habere finē, & non habere finem sunt duo accidentia, quæ insunt numero, & magnitudini: quoniam quiditas numeri, & magnitudinis non est quiditas infiniti. si igitur non est quantitas separabilis, relinquitur ergo quòd erit quantitas inseparabilis: ergo erit ex his, quæ sunt in subiecto: ergo hoc subiectum erit principium, non ipsum infinitum. ipsi autem hoc non concedunt.

† L. vel separatū.

Et

A Et postq̃ ꝓbauim⁹ ꝙ nõ est quã
37 titas separabilis, neq; inseparabilis, ergo nihil aliud dicẽdum relinquit, nisi vt sit substãtia sepata, vt nos dicimus de aĩa.& intellectu, ita vt sit id,quod supponit eẽ infinitum.i.qđ denominat infinitũ, & eẽ infinitũ sit idẽ definitione, & quiditate,non diuersum rõne. Verũ,si ita dicam⁹, & fuerit eius eẽntia ſm suã definitionẽ,tũc quidẽ,vt est infinitũ,oportet dicere vel ꝙ ẽ diuisibile, vľ indiuisibile:si diuisibile, tunc definitio ꝑtis,& toti⁹ ipsi⁹ erit eadẽ ĩ hoc,vt fit in reb⁹ simplicibus, similarib⁹:& sic
B erit quidẽ ꝑs ipsius infiniti infinita. qm̃ necesse ẽ vt partes differãt a toto infinito definitione,vel nõ differãt. si differãt,tũc infinitũ erit compositũ,& non simplex,& sepatũ:&, si nõ differãt,tũc definitio partis,& totius erit oĩno eadem definitione: qm̃ hoc est necessariũ ĩ oĩbus reb⁹ similaribus.sicut.n. pars aeris ẽ aer, & ꝑs carnis caro,sic etiã pars infiniti erit infinita,cum fuerit pars, & totũ in eis idẽ definitiõe,& quiditate. dñia vero,atq; diuersitas partium in corpibus similarib⁹ ẽ ꝓp subiectũ recipiẽs partes.nõ ꝓp formam . qm̃, si
C imaginemur formã corpis similaris sine subiecto,tũc eẽt ꝑs, & totũ ĩ eis idẽ oĩfariam.& non diuersum . sed, si dicat ꝙ sit ĩdiuisibile, vt est de natura separati,vt separatũ ẽ, tunc nõ dicet eẽ infinitũ,nisi eo mõ, quo dr̃ pũctũ infinitũ.deniq; tractare de re separata infinita nõ attinet ad hãc scientiam.

In Secunda vero pte dicẽdũ ẽ ꝙ id,quod q̃rit ꝓfessor huius sciæ, est vtrũ det corpus sensibile infinitum actu,vľ non possit dari. Aristot. aũt incipit primo ꝓbare rõne vľi ꝙ nõ põt repiri magnitudo ĩfinita ĩ actu D tũ naturalis, tũ mathematica:mox probabit rationibus quibusdam ꝓprijs ꝙ non potest reperiri aliquod corpus sensibile infinitum.

Prima aũt rõ hæc est. Oẽ corpus 40 circulare vna continetur supficie, plurib⁹ vero nõ circulare : sed quicquid continetur vna superficie, vel pl̃ibus ẽ finitũ:ergo oẽ corpus ẽ oĩno finitũ:& si oẽ corp⁹ ẽ finitũ:ergo oĩs supficies ẽ finita,& oĩs linea finita.quia supficies nõ sepat a corpe, & linea nõ sepatur a supficie : ergo oĩs magnitudo in actu est finita.

Identidẽ ꝓbabit oẽm numerũ in 41 actu eẽ finitũ: quia oĩs numerus in E actu* est numeratus actu:& oẽ numeratũ ẽ vľ par, vľ impar:ergo omne numeratũ est finitum. *a.l. nũerabilis.

Demr̃ationes aũt naturales,quibus Arist. vtitur sunt Quatuor. 42

Prima demr̃atio ẽ. Quia oẽ corpus tangibile infinitũ ẽ vľ simplex, vel cõpositũ:&, si cõpositũ, ergo, si elemẽta,ex quib⁹ cõstat, sunt fir ita nũero,vt iã ꝓbatũ est nõ posse reperiri elemẽta ĩfinita nũero in ipso cõposito ex ipsis in primo libro huius opis:ergo necesse erit vt vnum illorũ sit infinitũ magnitudine, vľ plura vno:alias.n nõ dicet ipm compositũ eẽ infinitũ.sed, si vnum eorum F eẽt infinitũ , manifestũ ẽ ꝙ reliqua simplicia,ex quib⁹ cõstat ipm cõpositũ,corrũpant in ipm:cum elementa sint contraria. remanebũt aũt in ea æquitate,& mediocritate,quæ inter eorũ vires,seu potẽtias extat . &, si potẽtia,vľ vis,q̃ inest ĩ vna portiũcula elemẽti infiniti fuerit imbecillior,q̃ illa,q̃ inest in pticula elemẽti finiti,æquali illi particulæ illius elemẽti infiniti:vt si dicat ꝙ potẽtia,& vis,

G vis.quæ est in vno tractu aeris,ē debilior q̃ illa, q̃ est in vno tractu aq̃, & terræ,nihil quidē hoc ꝓhibet qn ipsum infinitum totum corrumpat ipm finitum.qm̃, si duplicauerim⁹ hanc portionem,quę habet vim imbecillem in infinitum, aggregabit quidem ex eo id,quod erit validius, q̃ illa pars finita omnino.

43 Quòd si infinitū fuerit ex pl'ib⁹ simplicib⁹, ergo vnū eorū implebit locum,& non relinquet reliquis locus.qm̃,cum corp⁹ sequatur oēs dimēsiones,i.ipsas sex positiones,(seu angulos,) ergo corpus infinitū,qua
H tenus est corpus infinitū, erit ĩ oīb⁹ angulis.(seu positionib⁹) & hoc idē sequet,si ponam⁹ vnū tm̃ infinitū ĩ oībus angulis ita, vt non remaneat locus reliquis,siue sint finita,siue infinita.&,si oēs hæ diuisiōes sunt impoles,ergo nō potest reperiri corpus compositum infinitum.

44 Ad hæc dicēdū est nō posse reperiri corpus simplex infinitū tangibile,siue sit vnum ex quatuor elemētis,aut mediu inter ipsa,vt asserunt aliqui naturaliū,vt euitent id,quod sequit ſm ipsos,s.vt reliquū corrumpat,aut vt sit elemētū additū super
I quatuor elemētis,licet videat ꝙ nō dat elntum aliud pręter Ignem, Aerē, Aquam,& Terram. qm̃, si daret elntum quintum, tunc ipsa componentia viderent dissolui ĩ ipm.qm̃, si daretur elntum,vt est elntum,infinitum esse,tunc oporteret reliqua elnta corrumpi, huncq; mundum trāsmutari in naturam illius elnti: quia elntum est elntum per qualitates contrarias in eo repertas.& ob hoc oportet vt illud elntum mediū, quod aliqui ponūt habere in se cōtrarietatem, inquātum est elntum, sit finitum.&, si esset infinitum,corrumperētur reliqua.Si igitur ponamus elnta finita,non timebim⁹ mūdum transmutari in futurum ĩ naturam vnius eorum, vt Heraclitus putabat mundum mutatiuum in ignem. Ex his patet non posse dari elntum infinitum, neq; compositū ex elnto infinito, vt dicunt naturales de elntis. quod ideo putant esse necessarium,quia vident generationem continuari. K 46

48 Secunda demratio talis est. Dico adhuc ꝙ,cum subijciatur omne corpus sensibile,(tangibile ve,)generabile,& corruptibile habere ꝓprium vbi,ac locū,ad quē mouet, & in eo quiescat,& quicquid mouetur,&qescit,s.motu recto,eius quidem locus totius,& partis est idē specie: nā locus vnius miliaris est idem locus totius terræ,qui est locus infimus: & locus vnius scintillę est idem locus totius ignis,qui est supremus: & ad hunc locum, qui est proprius toti, mouebitur pars, & in eo quiescet. His igitur duabus propositionibus exn̄tibus veris, reuertemur, & dicemus ꝙ corpus infinitum,necessario vel erit simile, & idē spē,vel dissimile, & plura specie.&, si simplex simile,vel mouebitur natural'r motu recto,vel circulari sed,si recto,tunc locus totius,& partis eius erit idē.&,si locus totius,& partis esset idē, & sit infinitum,ergo nō mouebit vllo pacto natural'r, ergo non erit corp⁹ naturale,quia omne corpus naturale est mobile.ꝙ autem non moueatur vllo pacto, ideo fit, quia quicquid est infinitum eius locus est infinitus.si igitur locus * totius sit infinitus,ergo non dabitur locus, quo qescat pars,qui sit prior quam ei⁹ motus, L M * al.& p.

A tus, & locus, & in quo mouebitur, prior q̃ eius quietis. quia nõ dabuntur hic duo loca, alter s. in quo res moueatur, & alter in quo quiescat, vt in corporibus simplicibus res se habet. At, si ponamus omnes ei' partes naturalr quiescere, ergo nullus dabitur motus rectus naturaliter: quia oportebit vel totum quiescere, vel ꝙ moueatur circulr. Sensus tamen affirmat dari motum rectum: & quia motus rectus reperitur: ergo corpus mobile erit finitũ: quia causa motus recti est* diuisio ipsius vbi ad corpus mobile* naturalis, & non naturalis. Diuidi autem ipsum vbi

*a.l. diuersitas

*a.l. in nã s, & non nãle.

B ideo contingit: quia est finitũ: ipm vero esse finitũ determinat de necessitate extremitatem corporis, qd capitur in eo, esse locum. Eodẽ modo quoq; sequitur vt auferatur motus rectus. si detur infinitum, quod moueatur circulr. His igitur sic habitis respondebimus, & dicemus ꝙ, si dat motus rectus, non dabitur corpus simplex infinitum. Quoniã, si eẽt ĩfinitum, tunc eẽt infinitũ p oẽs suos diametros: & sic ipm totum vl quiescet, vel mouebit p suas partes circulr: sed dat motus rect': ergo non da

C tur corpus simplex infinitum.

49 At, si ipsum infinitum sit dissimilare, & compositũ, tunc oportebit vt illæ partes dissimilares, ex quib' cõstat, sint vl infinitæ ĩpẽ, vl ꝙ sit vna earum, vel plures infinitę magnitudinis, si sint finitę specie. sed, si sint infinitę forma, & specie, tunc oportebit loca eẽ infinita: quia loca simplicium variantur ad varietatẽ formarum eorum: vt diuersus est loc' terræ a loco ignis. sed, si fuerit vna earũ infinita magnitudine, vl plures, tunc corrũperet totũ. siue fuerit infinitũ numero, vl magnitudine il-

D lud, qd * resultat, vnũ: quia ex ĩfinito * ptib' fit p cõtactũ, & cõtinuitatẽ vnũ infinitũ magnitudine. sed iã ꝓbatũ ẽ antea ꝙ nõ põt repiri corpus similare infinitũ, quia, si repiretur, nõ dare motus rectus: sed, cum loca sint finita qualitate, i. forma, & quantitate: ergo elnta sunt necessario finita q̃titate, & qualitate: &, si simplicia sunt finita, ergo totũ aggregatum ex eis erit necessario finitũ. quia corp' nõ põt eẽ mai' suo loco, neq; su' loc' naturalis maior ipo

*a.l. sequitur.

*a.l. p ptes

50 Causa aũt, ob quã Anaxagoras dicit ꝙ ipm ambiẽs infinitũ nõ moueat in se toto, sed per suas ptes moueat, est quidẽ cã per accñs: quia, si eẽt cã per se, tunc idẽ sequeretur de partibus, quod de toto. Nam dicit ipse ꝙ est immobile, quia est infinitũ, & non hẽt locũ, ad quẽ moueat: & iõ est velut se ipm sustentans, & habet * stabilitatẽ naturalr, & eius partes mouentur. id aũt, quod facit ipm quiescer, est causa violẽta. qm, si esset infinitũ, prohiberetur ab eo motus, cũ nõ haberet locũ, ad quẽ moueretur: ergo, si esset aptum moueri, si moueret, haberet locũ. Quies igitur inest ei ꝑpter priuationem loci, non quia eius natura determinet ei quietem. &, si quiesceret naturaliter, oporteret vt quęlibet ei' pars quiesceret naturaliter: cum locus quietis totius sit loc' quietis partis: & sic nullus dabitur motus: ergo infinitum non potest quiescere naturaliter, & moueri secundum suas partes.

E

*a.l loců.

F

53 Tertia demfatio talis est. Oẽ corpus * tangibile hẽt grauitatem, vel leuitatem. sed, si esset corp' tãgibile ĩfinitũ necessario habebit grauitatẽ vel

*a.l. sensibile.

G vel leuitatē. si grauitatem, ergo erit in loco infimo, & esset separatus ab eo locus sũpior. quod est falsum. &, si fuerit leue, tũc eẽt in loco sursum, & eẽt sepatus ab eo loc⁹ deorsum. &, si esset in vtroq;, tũc esset simul graue, & leue. quod est absurdum.

54 Quarta demr̃atio hmõi est. Si oẽ corp⁹ sensibile ẽ ĩ loco: & loca sunt finita spẽ, atq; magnitudine, hoc est qualitate, & q̃titate: ergo oẽ corpus erit finitũ. nã nemo ambigit ꝙ erit in aliquo loco naturali: & huiuscemodi locus est finit⁹: ergo & ipsum erit finitũ: quia corp⁹ nõ* distinguit' a loco. Quod autem loca sint finita spẽ patet: quia eorum drĩę sunt finitę, quæ sunt Sursum Deorsum, Ante Retro, Dextrum, & Sinistrum.

* a.l. excedit locũ.

H

55 Idẽtidẽ ꝓbat' quẽlibet eorũ eẽ finitũ q̃titate. qm̃ hæ drĩæ nõ pñt eẽ in * dimẽsionibus ĩfinitis: quia nõ eẽnt cognita hæc loca natural'r, cũ nõ haberẽt terminos naturales. sed in respectu (seu relatiõe) erũt: ꝓbatũ aũt ẽ ipsa eẽ natural'r terminata ex motu ipsorũ mobiliũ, quæ ad ipsa mouent', & quia in eis quiescunt. hoc aũt clari⁹ ꝓbabit', cũ declarabit' ꝙ locus est vltimũ ambiens: Ex his

* a.l. distãtijs.

I ergo hr̃ ꝙ nõ põt repiri corpus actu Infinitũ, siue simplex, siue cõpositũ. Verũ harũ demr̃ationũ q̃dam hñt vl'iores cõclusiones, q̃dam vero nõ. sed ego conat⁹ sum tñ ꝓbare ꝙ nõ repitur corp⁹ simplex infinitum. nã q̃dã earũ ꝓbant nõ posse repiri corpus simplex infinitũ, quaten⁹ est elementũ, q̃dã vero aliæ ꝓbant nõ posse repiri infinitũ corp⁹ simplex, quatenus mouet' motu recto, nonnullæ vero aliæ ꝓbant nõ posse repiri corpus simplex infinitũ, quouis motu moueatur in infinitũ, hoc aũt parri

cul'r, & ꝓprie ꝓbabit' in libro de Cœlo, & mundo, postq̃ fuerit ibi probatus numerus generum corporũ simplicium similarium partium. K

Caput Quintum.

Dicamus insuper ꝙ, si non concedamus repiri infinitũ, tunc sequet' ꝙ tp̃s habebit principium, & finem: quod quidem nõ põt cõcipi ex natura tp̃is. Adde ẽt ꝙ adhuc ꝓbabitur tp̃s insequi aliquẽ motum æternũ. Sequet' adhuc, si tollatur absolute ĩfinitum, ꝙ tollet' diuisio magnitudinũ in infinitũ: quod est vnũ ex suppositis ipsius Geometræ. hoc tñ in Sexto libro huius opis exacte ꝓbabit', postq̃ ibi ꝓbatũ fuerit oẽm magnitudinẽ diuidi in semp diuisibilia. Cum hæc igitur, q̃ dicta sunt, affirmẽt infinitũ repiri, sed demr̃ationes supius dictæ tollãt eẽ ei⁹, relinquitur igitur vt alias reperiatur, alias non reperiatur. 56

L

Manifestũ aũt est, ꝙ ratio, qua tollit' eius eẽ demr̃ationibus iam p̃dictis, est quidẽ rõ ipsius actus, hoc est non reperiri infinitũ in actu, & ꝙ ea, q̃ affirmãt infinitum repiri, s. ĩ tpe. & magnitudine, illud quidẽ sequitur rõne potẽtiæ, nõ rõne act⁹. Neq; intelligo hic per potẽtiam, eã potentiã, quæ deducitur ad actum, s'm se totam: vt cum dicimus æs eẽ in potẽtia statuam, qm̃ hæc potentia deducet' ad actũ. &, si infinitũ repiretur in potentia hoc pacto, deductũ ad actũ, tũc repeiiet' infinitum in actu. At ꝙ infinitũ repiatur in potentia intelligitur, ꝙ potẽtia est semper in eo seruata. & q̃uis egrediat' de eo aliqua pars ad actũ, adhuc erit in eo alia potentia ad aliam partem, & hoc in infinitũ, ita, vt actus ipsi⁹ infini- 57

M

A finiti, vt infinitũ est, custodiat semp potentia: queadmodũ act⁹ ipsi⁹ mobilis, quatenus est mobile, est custodire potẽtiã: actus autẽ ipsi⁹ infiniti semp adheret potentiæ. si igitur ponamut hanc potentiam, tolleť quidem ipsum infinitum: & iõ, cũ dicimus hãc potẽtiã repiri, non dẽt intelligi ꝙ deducatur ad actum p oẽs eius ptes, sed dẽt cõcipi ei⁹ eẽ, vt esse ipsius tpis, & motus: quorũ quidem pars, si qua reperiať, in ea certe repietur possitas ad aliã partẽ. & quoties corrumpitur ex eis aliqua pars, ĩnouať alia ps: quia ptes ipsius infiniti B non reperiuntur simul.

58 Cum dicimus quoq́, magnitudines diuidi potentia ĩ infinitũ, ĩtelligim⁹ inesse eis potẽtiã, q̃ custodit in eis cõtinuã diuisionẽ in infinitum. nõ ꝙ sit in eis potẽtia: qua diuidanť actu in ptes ĩfinitas. nã multũ interest dicere inesse alicui rei potẽtiã ad diuisionẽ infinitã, & dicere inesse ei potẽtiã ad res diuisibiles actu in ĩfinitũ, videlicet iã diuisas, quarũ diuisio desijt ad infinitũ. In hoc tñ differũt magnitudĩes, & tps circa hoc. quia illa ps, q̃ ẽ potẽtia in tpe, nõ deducitur ad actũ, nisi fuerit iam pri-C uata alia pars, si in tpe repiať aliqua ps in actu: sed in magnitudinib⁹ repiunť ptes diuisibiles siť actu, & ipsamet diuisibilitas ĩ infinitũ, ĩ ipsisq́; magnitudinib⁹, vt dixim⁹, repitur diuisibilitas ĩ infinitũ, & additio in infinitum: ipsa aũt diuisibilitas, quę eis inest potẽtia, possitasq́; ad ipm ĩfinitũ cõsyderať quidem, si diuiserimus aliquã magnitudinẽ ĩdiuiduã p ĩtellectum, primo in duas medietates, mox vnam medietatẽ in alias duas medietates, & iterum medietatẽ in duas medietates, & sic ĩ ĩfinitũ pter qđ desinat diuisio. qm̃, si desineret diuisio, tũc repiretur aliqua magnitudo, q̃ nõ diuidereť in duas medietates: natura aũt magnitudinis hoc respuit: huiuscemodi tñ diuisio poniť a Mathematico. Additio aũt in magnitudine, quatenus magnitudo est in materia, nõ ꝓcedet quidẽ ĩ infinitũ eo mõ, quo ꝓcedebat ĩ diuisione magnitudinis, videlicet accipiẽdo sup q̃uis magnitudinẽ aliam magnitudinẽ maiorẽ illa. nã si hoc eẽt posse, quaten⁹ magnitudo ẽ ĩ materia, tũc posset repiri corp⁹ infinitũ in actu: sed nõ põt repiri magnitudo maior mundo: longe ergo min⁹ E poterit reperiri infinita.

quantitatis. contingentia.n.5.physi.22.sunt, quorum vltima simul sunt. vnde patet inspicienti cõ.28.& 31. illius septimi q tales rationes præsupponunt scientiam Naturalem. Similiter illud non est de intentione Sancti Thomæ. Nam in procemio metaph. in lectione.2. super illo passu Philosophi, vlia sunt difficillima ad cognoscendum, dubitat contra Philosophum. Quia, vt inquit, videtur contradicere sibi Philosophus in.1. phy.tex.cõ.3.&.4.vbi oppositum videtur tenere, videlicet q vlia sunt nobis primo nota. & soluendo dicit q vlia in cognitione incomplexa sunt notiora nobis minus vlibus. vnde, cùm vlissimum oium sit ens, & res, ideo ista prima cognitione cõcipiunt, iuxta illud Auicen. Ens & res prima impressione imprimuntur in anima nostra. Vnde, sicut in esse naturæ prius est animal, q̃ homo, cũ natura de imperfecto ad perfectum procedat, sic etiam est apud intellm nrm in cognitione prima prius concipit animal, q̃ homo. sed in cognitione complexa, & in inuestigatione naturalium proprietatũ, & causarum prius sunt nota minus communia, eò q per causas particulares, quæ sunt vnius generis & speciei, peruenimus in causas vles. Et sic patet ẽm viam Sancti Doctoris solutio ad ẽm argumentũ Scoti probantis Metaphysicam via doctrinæ præcedere reliquas scientias. Dico q licet Thomas in cognitione quò ad simplicem apprehensionẽ terminorũ tenuerit magis vlia esse notiora minus vlibus, tñ hoc non tenet in cognitione per discursum habita, qualis est cognitio Metaphy. & aliarum scientiarum. Et hoc patet inductione, in qua à singularibus tanquam ex præcognitis deuenimus ad vlia sicut patet in.1.poste. ad principium. & hoc videtur esse de intentione Auerro.1. phy. in cõm.5.vbi verbum illud in tex.3. Sunt aũt nobis prius nota confusa magis, dupliciter exponit. & in secunda expositione dicit q per confusa magis, exponi potest ipsum singulare: quod licet non sit principium scientiæ, est tñ principium inquisitionis vlis, qđ est principium artis & scientiæ & ẽm primam expositionem per confusa magis exponit species. & quomodocũque sit, patet q ibi loquitur de via doctrinæ, quæ est cognitio habita per demrõne signi, sicut ipse habet in expositione tex.cõme.2. Et ita ẽm Auerr. videt q in cognitione habita per discursum non est necessarium à magis vlibus semper incipere, quo ad viam doctrinæ. Sic igitur ad ẽm Scoti dictũ sit. Ad tertium argumentum Scoti dicentis, si magis vle esset primo notum, tunc intellS magnum tempus apponeret, antequã deueniret in cognitionẽ spẽi specialissimę dicunt retorquendo argumentum contra Authorem. quia à pari sequeret, q si species specialissima esset primo nota, tunc intellS magnum tempus apponeret, antequam deueniret in cognitionẽ generis generalissimi, vel ipsius entis. patet consequentia. nam eadem est via ab Athenis ad Thebas, & à Thebis ad Athenas. Et ideo soluentes dicunt q intellS aliquando magnum tempus apponit, antequam deueniat in cognitionem speciei specialissimæ. & hoc in casu, quo non est informatus per superiores, & vliores conceptus. sed quàmprimum tales conceptus habuerit, statim deducitur in cognitionem speciei. Hæc cõmuniter & passim dicuntur contra Scotũ, et ad argumẽta sua hæ solones sunt famosę.

Alia opinio famosa satis est opinio, cui sustentatur sanctus Thomas in prima parte summæ quæst.85.art.3. vbi habet q in cognitione nostri intellS duo oportet consyderare. Vnum, q nostra cognitio intellectiua aliquo modo à sensitiua primordiũ sumit. & quia sensus est singularium, intellS vero vlium, necesse est q cognitio singularium quò ad nos prior sit, q̃ cognitio vlium. Secundo oportet consyderare q intellS noster de potentia ad actum procedit. omne aũt, quod procedit de potentia ad actum, prius peruenit ad actum incompletum, qui est medius inter potentiam & actum, quàm ad actum perfectum. actus aũt perfectus, ad quem peruenit intellS, est scientia completa, per quam distinctè & determinate cognoscuntur res. & ideo antequam intellS ad talem cognitionem deueniat ex pura negationis ignorantia, necesse est ipsum deuenire prius in cognitionem aliquam, in qua res sub confusione quadam, & in vli cognoscunt. Et ideo concludit q cognitio alicuius vlis confusa mediat inter puram potentiã, & actum purum & distinctũ. & vult q primum cognitum cognitione confusa sit magis vle, loquendo de actuali cognitione. Et, quia sensus etiam exit de potentia ad actũ, cõsimilem ordinem etiam in sensu ponit. vnde ẽm sensum prius iudicamus, & ẽm tẽpus, & ẽm locum aliquid magis commune q̃ aliquid minus commune. ẽm tẽpus quidem: nam pueri, vt inquit Philosophus.1. phy.tex.cõm.5. prius appellant oẽs viros patres, & oẽs fœminas matres, posterius autẽ determinant vnumquodq. ẽm locum aũt,

Opinio S. Thomæ.

quia

quia prius comprehendimus aliquem venientem à remotis esse corpus quàm animal, & prius q; sit animal q̃ homo, & prius q; sit homo, q̃ hic homo, puta Callias, vel Plato. Contra istam opinionem, quæ communiter teneri solet etiam ab Auerroe, instatur, sic, primo quantum ad primam rationem, in qua dicitur q; intellectus prius deuenit ad actum medium, qui vl'is est, & imperfectus, quàm ad actum completum, quæro aut iste transitus fit per omnia media, aut per aliqua sic, & per aliqua non. nõ potest dici primum: quia hoc est impossibile. nam teste Philosopho. 7. meta. tex. com. 28. plura genera rerum sunt innominata, & incognita nobis. nec potest dici secundũ: quia non est maior ratio de vno quàm de alio, cùm vnumquodque istorum æque bene habeat rationem medij inter extrema, sicut aliud. ratio igitur ista innixa ratione medij inter extrema non videtur efficax. Et confirmatur. quia iste ordo. aut est essentialis, aut accidentalis. si accidentalis, cùm omne accidentale remouibile sit, & sine cõtradictione separari queat, sequit' ergo q; intell's posset habere indistinctum speciei conceptũ, non habitis alijs conceptibus superioribus: quod ipse habet pro inconuenienti. & si est essentialis, tũc sequitur q; intell's per omnia ista media transibit, antequam deueniat in extremum: quia in essentialiter ordinatis quidquid per se competit vni, per se competit alteri. & ideo, si vni mediorum essentialiter competit, q; intell's prius deueniat ad illud q̃ ad extremũ, si ordo in oĩbus medijs essentialis est, sequitur q; ita erit in omnibus reliquis: quod tñ falsum est, & cõtra Philosophum. Amplius. Actus est ratio cognoscendi: sed minus vl'e & præcipue conceptus speciei specialissimæ plus habet de actu, q̃ conceptus generis. ergo sequitur cõceptum specificũ esse primo notum. maior est Philosophi. 9. metaphysi. tex. commen. vigesimo, & minor est Porphyrij in capitulo de differentia dicentis. Differentia est, qua species abundat à genere: & per consequens plus actualitatis includit species quàm genus. Amplius, si intellect⁹ pri⁹ cognoscit magis vniuersale, quàm min⁹ vniuersale, aut hoc est merito intellectus, aut hoc est merito obiecti, aut hoc est merito ordinis existentis inter conceptus obiectales ipsius intellectus. non potest dici q; hoc sit merito intellect⁹, quia aut hoc est respectu intellectus possibilis, aut hoc est merito intellectus agentis. nõ potest dari primum, quia intellectus possibi'is est omnia fieri, & est pura potentia intelligibilium omnium, in qua nihil est distinctum. non est etiam ex parte intellectus agentis, quia ipse est omnia facere per indifferentiam se habens, sicut patet tertio de anima tex. commen. 17. nec est merito obiecti in se, quia obiectum si immutat intellectum, hoc est inquantũ est actus, vel actu participãs, modo stat minus cõmune plus actualitatis habere, q̃ magis commune, sicut in sequentibus ostendetur non etiam est hoc merito ordinis, quia ordo iste, aut esset essentialis, aut accidentalis, & quodcũq; datum fuerit deducatur, vt supra. Amplius, & est argumentum, quod elicitur ex dictis Scoti in quæstione propria de hac materia super primo sententiarum distinctione. 3. quæst. 2. Si magis vniuersale esset primo cognitum cognitione confusa & actuali sequeret' q; conceptus entis esset primo cognitus cognitione confusa. consequens est falsum, quia conceptus entis non potest confuse concipi, sed solum distincte. non. n. habet aliquid, per quod possit sciri, & aliquid per quod possit ignorari, cùm sit simpliciter simplex. consequentia clara est de se: nam inter oẽs concept⁹, conceptus entis vl'issimus est. Amplius, & est argumentũ eiusdem. illud, quod est difficilioris abstractionis, est difficilioris cognitionis: sed conceptus genericus est difficilioris abstractionis conceptu specifico, ergo. Tunc vltra, quæ sunt difficilioris cognitionis posterius cognoscuntur: cõceptus generici sunt difficilioris cognitionis conceptibus specificis: ergo posterius cognoscuntur. Minor prioris sibi probat' authoritate Boetij dicẽtis q; species est tenuis similitudo indiuiduorũ, & genus magis tenuis specierũ, & per consequẽs difficilior est abstractio generis q̃ speciei. Amplius. quod habet rationem totius est prius notum eo, quod habet rationem partis, sicut colligitur ex intẽtione Philosophi in primo physi. tex. commen 4. sed species specialissima respectu generis & differentiæ habet rationem totius, cùm species sit quoddam totum compositum ex genere, & differentia, sicut dicit Commenta. primo physi. cõmento quinto, ergo species videtur habere rationem prius cogniti confuse. Hæc sunt, quæ contra hanc viam obijci solent.

Dico q; ista quæstio est multum difficilis, quia vbi Subtilis doctor discrepat à beato doctore, difficile est videre veritatem. conabor tñ ostendere veritatẽ in hac materia, quantum mihi possibile fuerit. Et propter hoc Opinio propria.

hoc debes scire aliqua, quæ sunt tanquam radices, & suppositiones i dissolutione isti⁹ quæstionis. Prima radix est ista, q intellectio nostra, quæ communiter contingit nobis, ortum habet à sensu. hoc est de intentione Philosophi. 3. de anima tex. com. 20. & 39. vbi habetur q sine intellectu passiuo, qui, vt exponit ibi Commen. cogitatiua virtus est, nihil intelligit anima. & ideo dixit. 39. textu. Primi quidem intellectus qui different, vt non phantasmata sint? & soluendo respõdit. Aut neq; hi phantasmata sunt, sed non sine phantasmatibus. Secunda radix est ista, q, cùm intellect⁹ duplex sit pro nunc, agens, s. & possibilis: alter est omnia fieri, alter est omnia facere. 3. de anima tex. cõm. 17. &c. quia intellectus possibilis nullã aliam habet naturam, nisi hanc, q possibilis sit, qui vocatur animæ intellectus ibidẽ tex. com. 5. inde sequitur q, cũ ens in potentia non deducatur ad actum, nisi ab aliquo ente in actu. 9. metaphy. tex. commen. 13. q illud, quod intelligitur ab intellectu nostro intelligitur ſm q est in actu. & ista est clara sententia Aristot. 9. metaphy. tex. cõ. 20. Vnde debes scire q intelligibilitas secundũ doctrinam Aristotelis, & Auerrois est passio primo, & per se competens enti in actu, quatenus ens actu, non autem est passio primo competens enti inquantum ens est. Et hoc demonstraui alias sic illa est passio primo competens alicui, quæ competit illi ratione illius, ita quòd posito illo, ponat' immediate talis passio, & illo primo remoto, primo remoueatur illa passio secundum doctrinam Aristotelis primo posteriorum in capite de vniuersali. sed actualitas est huiusmodi respectu intelligibilitatis, quia posita illa, immediate ponitur intelligibilitas, non enim est dare ens actu, quod non sit intelligibile. similiter remota actualitate ab aliquo, remanente qualibet alia ratione priori, illud non est intelligibile: sicut est de materia prima secundum se, & solitarie consyderata, quæ licet vt sic ens sit, nõ tamen intelligibilis est secundum viam Aristotelis septimo metaphysicæ textu cõmenti. 35. vbi habetur q materia secundũ se est ignota, & tamen materia est ens. Nec valet si dicatur, vt quidam dicere consueuerunt, quòd hoc intelligitur quantũ ad actũ non quantum ad potentiam. Nam Philosophus primo physicorum textu cõmen. 69. habet. Subiecta quidem natura scibilis est per analogiam ad formã: vbi loquitur Philosophus, quò ad potentiam & aptitudinẽ, ne dum quantũ ad actum. Et commen. ibi in commento dicit, & ista natura subiecta per se non potest intelligi per se, cùm non sit aliquid in actu habens quiditatem. Ecce quõ Commentator nedum negat actũ, verum etiam potentiã, ad hoc, q materia intelligibilis sit per se & solitarie consyderata: & hoc non propter aliam causam, nisi quia nõ habet quiditatẽ in actu, ergo actualitas est prima ratio intelligibilitatis, tã ſm actum, q̃ ſm potentiam. Amplius, Cõmen. 4. physicorum, commen. 16. dicit q materia non põt intelligi sine forma. Amplius, Commentator duodecimo metaphysicæ, commento. 14. dicit loquendo de prima materia. ista natura, quia non habet formã, ideo non habet intentionem intellectam ab ea. ecce igitur q, remota actualitate ab aliquo remanente in illo entitate, remouet' intelligibilitas, nedum actu, verum etiam potentia. Quod etiam ratione demonstratur. Nam eiusdem est potentia, cuius est actus subiectiue loquendo, sicut colligitur de intentione Philosophi libro de somno, & vigilia. per hoc. n. probat ibi q, cum act⁹ sentiendi sit compositi, sic etiam & potentia erit in composito tanquam in subiecto. si igitur materia vt ens præcise & solitarie consyderata potest intelligi ſm potentiam, non erit inconueniens, q etiam ſm actum intelligatur. Amplius Commentator tertio physicorum commento. 15. ex intentione Philosophi dicit motum esse difficilis cognitionis propter imperfectionem suæ naturæ propter ipsum habere communicationem cum potentia. & consimile dicit de tempore & numero, quarto physi. cõm. 131. Arguatur ergo sic. oppositorũ primi, & per se effectus & proprietates sunt opposita: sed proprietas primo & per se insequens potentiam est occultatio: ergo proprietas primo, & per se insequens actum est manifestatio. Et confirmatur per Auerroem, & per Aristotelem in secundo metaphysicæ textu cõmenti secundi, qui duplicem difficultatis causam in intellectione assignant, vnam ex parte obiecti, aliam ex parte potentiæ. Et Commentator ibi in commento dicit, q difficultas in cognitione rerum materialiũ est ex parte ipsarum, quia non sunt actu intellecta, sed potentia intellecta: cum includant materiã, quæ radix est potentialitatis, quæ est ratio opposita agendi tam in actione reali, q̃ spirituali, cum formæ sit agere ex secundo de generatione. 53. &c. 3. phy. 17. & 12. metaphysicæ. 30. & nono metaphysi. 20.

Quòd si quis instare voluerit ens esse primum intelligibilitatis subiectum, authoritate Philosophi. 4. met. tex. cō. 4. vbi habet q res sicut se habet ad esse, ita se habet ad veritatem, dicemus sibi hoc verum esse. Sed aduertant isti, q ens dicitur de ente in actu & de ente in potentia analogice. & tunc sensus est iste, q, si aliqd fuerit ens actu, illud est primo intelligibile, si aût aliquid est ens in potentia, illud potentia est intelligibile, ratione qua actu participat. nunquam n. intelligibilitas enti in potentia tribuitur, nisi ratione entis in actu, tanquam ratione illi⁹ ad quod primo & per se consequitur intelligibilitas. Vnde Cōmen. 9. meta. cō. 20. scribit q intelligere, quod est in potentia, non venit ad actum, nisi per aliud intelligere, quod est in actu. & hoc non est dubium. immorari. n. super hoc est superfluum. Dicant Scotus & Moderni, quidquid velint, iudicio meo ista fuit indubitata Auerro sententia, q intelligibilitas est prima passio entis in actu, & non est, nisi eo modo, quo risibilitas diceretur passio animalis. Stantibus ergo istis radicibus tāquam veris. manuducā intellectum tuum statim in cognitionem veritatis. Dico q, si volumus videre quod sit primum cognitum in cognitione confusa, oportet recurrere ad sensum. Nā istud, sicut mihi videtur, est præcipuum fundamentum, super quo fundatur Auer. in hoc prologo. 1. phy. inquit. n. 4. & 5. cō. q causa, propter quam via doctrinæ sunt nobis nota confusa magis: & causa, propter quam magis vlia sunt notiora suis speciebus, ex quibus componuntur: & causa, propter quā nomina specierum sunt notiora suis partibus definientibus apud intellectum, sunt, quia singulare, quod est quoddam totum, est cognitum apud sensum prius suis partibus. Si igitur inspiciamus ad istam radicē, videbimus inde pullulare istam veritatem, & est q sensui vt in pluribus accidentia vniuersaliora sunt notiora sibi, & fm tempus, & fm locum accidētibus minus vlibus. fm locum quidem. nam, vt ait Themistius super expositione tex. cō. 4. 1. phy. in sensibilibus videre licet accedentis procul animalis celerius totum corpus, q̄ caput, aut manū, aut partem aliquam comprehendi. eodem modo promptius est dicere id, quod patet eminus, animal esse q̄ hominem. ita & in his, quorum rationes quærimus, vt vlia atq; communia manifestiora sunt nobis, q̄ proxima & particularia. fm tempus vero: quia vt habet Philosophus in textu pueri prius appellant omnes viros patres, & omnes fœminas matres. tanquam, vt inquit ibi Themistius, qui matrem & fœminam perinde, ac communia quędam vocabula prius cognoscant. sed vbi vegetioribus sensibus fuerint dispositi ad min⁹ communia accedūt. Recte igitur dixit Auer. q ex hoc, q indiuiduum demonstratum notius est apud sensum, q̄ suæ partes, est causa in hoc, q illa duo tota sunt notiora apud intellectum. Et confirmatr hoc, videlicet q accidētia vliora vt in pluribus notiora sunt nobis. nam, vt scribit Cōm. 8. phy. & 1. cęli vtrobiq; cō. 22. experimentum sermonum verorum est, vt concordent sensatis. videmus q, si aliqua planta, vel aliquis lapis pciosus alicui ostendatur, primo iudicabit illud, vel plātam, vel lapidem esse in genere: quale aūt sit vnūquodq; istorum in specie dignoscere non potest. & hoc non est propter aliā causam, sicut mihi videtur, nisi quia accidentia generis, notiora sunt sensui accidentibus speciei. & ideo, cùm intellectus noster in intelligendo imitetur sensum, à pari videtur q conceptus genericus illius lapidis, vel plantæ prius percipiatur ab intellectu, q̄ conceptus specific⁹, qui adhuc sensui ignotus est. quid. n. prohibet in illo priori conceptum illū intellectui innotescere nō video. Quòd si in aliquo casu contingeret accidentia insequentia speciem & naturam minus cōmunem notiora esse accidentibus insequētibus naturam magis communem, dico q loquēdo de cognitione cōfusa actuali, quid quid sit de habituali, prius intellectus percipiet conceptum specificum q̄ conceptum genericum. & hoc sicut mihi videtur, null⁹ sani capitis negare potest. nam fm Philosophum. 7. meta. tex. cō 28. sunt aliqua genera intermedia innominata. aliquod. n. est genus proximū equo & asino, quod innominatum est. Et non est dubium q accidentia insequentia naturas specificas istorum, f. equi & asini notiora sunt accidentibus insequentibus tale innominatum genus. stante igitur cognitione illorum in sensu, talia possunt agere in intellectu mere naturaliter, quò ad primā immutationem. Et in illo instanti accidentia magis vlia non agunt in intellectum, cùm per casum sint sensui ignota: ergo in illo priori, in quo ista sunt nota, & illa ignota, stat ista immutare intellectum, qui de se est omnia fieri, antequam accidētia vliora sint sensui nota. non. n. est ibi actio aliqua subiacens imperio voluntatis, quæ retinere possit obiectum minus com-

commune non agere, nisi pri⁹ obiectū magis commune agat. nam obiectum relucēs in phāthasmate natū aliter agit in intelľm, & aptum natum est ad immutationem intelľs, quòd ad cognitionem sui, & non alterius, sicut quilibet sani capitis scire potest. Quis ex philosophantibus Antiquis negaret mihi, equi & asini conceptum prius intellectui innotescere conceptu generis innominati, in quo ista cōueniunt? Ratio igitur, q̄ prius aliquid innotescat intellectui, non est, quia illud alio sit magis commune absolute, sed requiritur q̄ sit magis sensatū: quia intellectus noster in intelligendo dependet à sensu. si igitur qñq; contigerit minus commune esse magis sensatum magis communi, non video quo ad actualem cognitionē, quidquid sit de habituali, quin minus cōmune in hoc casu prius intelligať ab intellectu q̄ magis commune. Et ista est sententia Philosophi sine dubio. Vnde in. 6 topico. cap. 4. dicit q̄ corpus est magis notum quò ad nos, quàm superficies, et superficies magis q̄ linea, quia magis sub sensu cadunt. secus aūt est quò ad naturā. Et, si Subtilis doctor habuerit istū sensum, sicut prætendunt verba eius, credo opinionem illā veram esse. Nec Sancto doctori repugnabit quantum ad hoc. Nam ipse dicit q̄ conceptus speciei, cuius singulare fortius mouet sensum, est primo cognit⁹ ab intellectu. sed Moderni sequaces volunt sustinere istā viā vľr, sicut sequaces sancti Thomæ vľr volunt tenere q̄ magis vľia sunt notiora. Sed nos mediando inter istas duas vias dicimus q̄ qñq; vľia sunt notiora minus vľibus, & hoc qñ eis fuerint magis sensata. & qñq; contingit oppositum, videlicet q̄ minus vľia sunt primo cognita: & hoc, qñ illa fuerint magis sensata magis vľibus. Sed propter quid est, q̄ communiter dicitur magis vľia notiora esse minus vľibus? Dico q̄, quia in pluribus contingit accidentia singularium ipsorum magis vľium esse magis sensata accidentibus singularium minus vľium, & quia denominatio fit à superabundanti, ideo hoc contingit. tñ̄ istud non est vľr verum, sicut quidam proterui sustinere volunt. sciāt isti propositiones naturales non semper verificari vľr, sufficit qñq; eas verificari, vt in pluribus. eorū. n. quæ natura fiunt, quædā sunt semper, & quædam frequenter. Radix igitur istius veritatis fuit sensus, sicut vidisti. & hoc erat quod Cōm. in hoc prologo plerunque ad hanc radicem aspiciens dicebat, q̄ ratio propter quam vľe, quod est quoddam totū. notius est apud intellectum, est quia particulare, quod est quoddam totum, est notius apud sensum. Ad quæstionem ergo quærentem, vtrum magis vľe notius sit minus vľi cognitione confusa & actuali, non est simpliciter respondendum, quia quæstio multiplex est: sed debemus distinguere. Quia, aut comparatur magis vľe ad minus vľe, vt est quoddam totum, & minus vľe est pars magis vľis; aut comparatio talium est conuerso modo: ita. s. q̄ magis vľe consyderetur vt est pars minus vľis: quod accidit vľr, qñ minus vľe consyderatť, vt est definitū quoddam, & confusum, & totius rationem habens: & minus vľe, vt est definiēs, & est pars definitionis eius. Si primo modo fiat comparatio distinguendum est adhuc. nā aut singulare magis vľis est magis sensatum, q̄ singulare minus vľis; aut econtra. si primū, sic magis vľe est notius prius intellectui, q̄ minus vľe: si detur autèm oppositum, dico tunc q̄ minus vľe est notius magis vľi. Si autem comparatio fuit inter magis vľe, & minus vľe, vt vnum est definiens, & aliud definitum. dico q̄ in prima cognitione actuali & confusa prius occurrit intellectui minus vľe, quod est quoddam totum, q̄ magis vľe, quod est pars eius, vt sic, Et ratio istius est. quia particulare, qd̄ est quoddā totū pri⁹ innotescit sensui q̄ suæ partes. vnde, si quis ingrediatur in aliquam domum, prius occurrit sibi tota compositio, q̄ partes eius. sic nomina specierum definitarum, quæ confundunt in se partes, ex quibus componuntur, notiora sunt nominibus partium definientium. Et hoc voluit Arist. 1. phy. tex. cō, 5. & Themistius ibi in commento. & hoc sentit etiam Sanctus doctor in prima parte summæ, quæst. 85. arti. 3. & in expositione istius prologi. vbi ipse soluit cōtradictionem Philosophi in tex. 3. & 4. ex vna parte, & in tex. 5. ex alia parte. sicut igitur sensus prius fertur in totum, q̄ in partes, & prius in confusam cognitionem, q̄ in distinctam, sic primæ cognitionis naturalis nostri intellectus ordo est, vt prius in nomen definitū se trāsferat, q̄ in nomina definientium, & prius cognitionem quid nominis, quæ confusa est, attingit, q̄ attingat definitionem quid rei, quæ distincta est. Recte igitur diximus, q̄ radix ducens nos ad veritatem istius quæstionis, sensus est. & ista radix communicat cum illa alia, quæ est q̄ ratio cognoscendi est ab actu. & ideo res magis sensatæ magis & prius innotescunt intellectui, quia tales magis sunt in actu ad mouendum intelle-

ctum, q̃ sint res min⁹ sensatę. Vnde Cōm. 2. de anima cō. 92. dicit q̄ comprehensio differentiarū sensibilium à sensu causa est cōprehensionis earū ab intellectu. Et ideo dixit Philosophus ibidem, q̄ non est manifestū quale quid sit odor. Et reddens causam huius, inquit, causa aūt huius est, quia sensum hunc non habemus certū, sed peiorē multis animalibus, Sed, si quis arguat cōtra secundum dictum, probando magis vl̃ia notiora esse minus vl̃ibus, inquantum definiētia sunt, quia. 6. topi. definitio datur per notiora: Respondetur q̄ definientia ad definitum dupliciter cōparari possunt: Vno modo in cognitione confusa, quæ est per definitionē quid nominis: Alio modo quò ad definitionem quid rei distinctam. & isto modo habetur per verum genus & verā differentiam Et primo quidem modo dico, q̄ magis vl̃e est minus notum, quia habet rationem partis: & minus vl̃e est magis notū, quia habet rationem totius & confusi. sed in cognitione distincta dico q̄ est econtra. quia causæ notiores sunt, & priores naturę, q̃ sint effectus. distincta aūt cognitio procedit ex notioribus. & prioribus quò ad naturam, non quò ad nos. per istum modū igit̃ soluendi tolluntur omnes difficultates, & cōtradiuisiones. Vnde ratio sancti Thomæ in prima parte summæ: quæst. 85. artic. 3. in qua dicit q̄ transiens de extremo ad extremum, & de potentia pura in actū, prius debet transire per medium, &c. Dico q̄ verum est sed nō est necessarius iste transitus quò ad cognitionē actualē, ita q̄ hat p oia media non est necessariū. nam si talia media nō fuerint sensata, aut male sensata, nō est necessarium intellectum prius in cognitionem istorum deuenire, q̃ in cognitionē specierum. Vnde, sicut dicit Cōmenta. 2. de anima cō. 105. Albedo, qñ transfertur ad nigredinem, qñq; transit mediante 'chiano, & in aliquo transit mediante charoppo: sic intellectus noster quo ad actualem cognitionem transit à magis vl̃i ad minus vl̃e, vbi tale fuerit magis sensatum. & si fuerint aliqua minus vl̃ia, quæ medient, quæ non fuerint sensata, non opus est intellectum per ea actualiter transire, quia tunc magnum tempus apponeret, antequam ad actualem cognitionem speciei sensatæ deuenire posset: quod est contra experientiam. Licet igit̃ intellectus, quò ad habitualē, vel virtualem cognitionem prius aptus natus sit procedere à magis vl̃ibus, & à communioribus ad minus communia, sicut bene dixit in hoc Subtilis doctor tertia distinctione primi. quia sicut formæ, quæ aptæ sunt perficere aliquid perfectibile, ordine quodam naturæ sunt perficere mediatius, & min⁹ mediate, ita si eadē forma virtualiter plures formas contineat illarum formarum ordinatarū, quasi consimili ordine perficiet illud perfectibile. sicut, si forma substantiæ & forma corporis essent aliæ formæ, in aliquo prius informaret forma substantiæ q̃ forma corporis: ita, si vna forma virtualiter in aliquo contineret vtriusque formæ perfectionem, prius informaret natura sub gradu communiori q̃ sub gradu minus communi, cùm natura procedat de potentia ad actum. Vnde Cōm. 1. meta. cō. 17. dicit q̄ materia pri⁹ recipit formas magis vl̃es, q̃ minus vl̃es, & mediantibus eis recipit particulares formas (non q̄ ipse velit formam vl̃em realiter distinctam esse à forma minus vl̃i, sicut quidam tenuerunt ex intētione ei⁹) sed vna & eadem forma prius natura perficit materiam s̄m abstractiorem gradum, quàm secundum gradum minus abstractū. Et hoc est, quod in intellectu nostro quantū ad habitualem cognitionem possumus tenere; sed quantum ad cognitionē actualē ineuitabiliter credo illud prius intelligi ab intellectu, cui⁹ singulare fortius mouet sensum. & hoc siue illud visibile sit, siue audibile, siue aliquo alio sensu perceptibile. Et ideo opinio illa Herueı Thomistarum acutissimi tenentis accidens concretiue sumptum esse primū cognitum ab intellectu nostro in cognitione confusa, est opinio vera loquēdo, s. de accidentibus magis sensatis. Vnde, si accidentia in sequentia naturas vl̃iores fuerint magis sensata, talia concretiue sumpta sunt in cognitione confusa notiora nobis in cognitione actuali. Si vero accidentia insequentia naturas minus communes fuerint magis sensata accidentibus insequentibus naturas magis vl̃es, talia notiora sunt, ita q̄ in hoc semper recurrendum est ad sensum. sed, quia vt in pluribus contingit accidentia magis vl̃ium notiora esse accidētibus minus vniuersalium, inde accidit q̄ magis vniuersalia dicuntur communiter notiora esse minus vniuersalibus in cognitione confusa. tñ hoc est vt in pluribus verum, sed qñq; oppositum potest contingere, sicut ratione & authoritate probauim⁹. Ista igitur opinio mediat inter duas opiniones extremas, & est tollens omnes ambiguitates, & difficultates, & est opinio sensata. Et per cōsequens mihi videt̃, salua oīum reueren-

reuerentia, ꝙ sit opinio vera. experimentũ enim sermonum verorum est, vt concordẽt sensatis. 8. physicorum, &. 1. cœli vtrobique cõm. 22. per hoc patet etiã ad rationes Scotistarum probantium semper conceptum speciei notiorem esse, quia species est magis in actu, & actus est ratio cognoscendi. Respondetur. n. ꝙ hoc est verum: tũ tunc obiectum dicitur esse magis in actu ad inuitandum intellectum, qñ est magis sensatum. Vnde Philosophus in procemio metaphysicæ dicit ꝙ vniuersalia sunt difficillima ad cognoscendum, eò quia sunt à sensibus remotissima: & loquitur de vniuersalibus in causando ſm communem expositionem. sic dico, si singulare speciei magis sensatum fuerit singulare generis, tũc species erit pri⁹ actualiter cognita cognitione confusa, q̃ genus. si vero fuerit opposito modo, oppositũ continget. Et si quæras, vnde hoc est, dico ꝙ non est alia ratio nisi propter modũ naturalem intelligendi intellectus nostri: qui in intelligendo dependet à sensu, & præcipue in prima nr̃a naturali cognitione ſm Philosophi sententiam. 3. de anima tex. cõ. 39. & 20. Ad aliud Scoti, dicentis magis vl̃ia esse difficilioris abstractionis, & p cõsequens posterius cognosci: Respondetur, ꝙ abstractio primi obiecti motiui intellectus possibilis fit ab intellectu agente, qui non cognoscit ea, à quibus abstrahit. 3. de anima cõ. 19. &, si illa vl̃iora sint magis sensata, pri⁹ intelligentur ab intellectu, q̃ minus vl̃ia. si vero oppositum, oppositum etiam continget, comprehensio n. differentiarum à sensu est causa comprehensionis earum ab intellectu. 2. de anima cõ. 91. Ad aliud, qñ dicitur species habet rationem totius, & gen⁹ rationem partis, ergo notior erit species genere: Respondetur totum concedendo. Nã taliter considerata specie, ꝙ habeat ratiõẽ totius, & indistincti et confusi, sic notior erit genere, vt habet rationem partis. & hoc est. quia sicut sensus prius fertur in totum q̃ in partes, sic intellectus imitans sensum prius deuenit in cognitione confusa in conceptũ speciei definitæ, qui habet rationem totius, q̃ in conceptum generis, aut differẽtiæ. sed qñ species cõparatur generi in ratione partis, tunc illa est ignotior propter eandem causam. Et omnia ista veritatem habent, cõcurrente attestatione sensus; quia sine sensu nihil fieri potest in tali casu: quia ipse est radix vniuersæ cognitionis humanæ. Ad argumentum principale respondetur, negando assumptum, ꝙ videlicet in nulla cognitione magis vniuersale possit esse notius minus vniuersali. Vnde dico ꝙ, in cognitione incomplexa, vbi singulare eius fuerit magis sensatum, q̃ singulare minus vniuersalis, tale magis vniuersale prius cognoscitur ab intellectu q̃ minus vniuersale: & præcipue qñ comparatur sibi, sicut totum ad partes. Si vero contingat oppositum, opposito modo dicendum est. quia non inconuenit idem respectu eiusdem posse notius & ignotius esse ſm oppositas causas & rationes. Ista pauca sunt, quæ mihi visa sunt dicenda in tam perardua materia, & antiqua quæstione. in qua rogo, vt si veritatem ipsam assecutus sum, vt credo, illud Deo attribuatur. si vero illam non sim assecutus, ascribatur hoc ruditati intellectus mei: saltẽ dedi modum perscrutandi veritatẽ fratribus meis. Deo laus sempiterna, & honor immortalis.

Solutio rationum Scoti.

Quæstionis de Primo Cognito finis.

MARCI ANTONII ZIMARAE.

Sancti Petrinatis, & Hydrũtini, Solutiones Contradictionum in dictis Aristotelis, & Auerrois.

Super Primo Physicorum.

In proœ. physico.



Verrois in suo proœmio super Primo Physicorum in secundo capitulo: vbi ponit vtilitatem scientiæ speculatiuæ, dicit q̃ hominem esse perfectum per scientias speculatiuas est hominem habere suam vltimam perfectionem, & talis dispositio est sibi fœlicitas vltima, & sempiterna vita. Nos aũt inuenimus oppositum ab ipso tertio de Anima. cõ. 36. &. 9. meta. cõ. vlti. vbi habet ista verba. Et declarauimus super 3. de anima. commento allegato, q̃ fœlicitas maxima, quæ est in spicere intellũm separatum est per potentiam, quæ fit in intellectu speculatiuo apud suam vltimam perfectionem similem potẽtiæ, quæ fuit in visu apud aspectum ad colores, non per potentiam de modo potentiarum cogitatiuarũ. quæ acquiruntur per cognitionẽ: qm̃ nõ est sicut existimauit Auẽpace, q̃ hoc acquirit̃ per cognitionem. Et in hoc etiam ipse accusat Alfarabium. 3. de anima, vbi supra, sicut patet intuenti. Contradictio igitur consistit in hoc, quia hic in proœmio dicit fœlicitatẽ hominis consistere in acquisitione scientiarum speculatiuarum: in alijs vero locis allegatis dicit fœlicitatem hominis non consistere in huiusmodi sciendijs, quę per discursum acquirunt̃, sed in intuitiua cognitione Dei, quę habetur per intellectum adeptum. et hoc etiam videtur velle Themistius, sicut ipse allegat. 3. de anima. Ad hoc so'uentes dicimus q̃. 3. de anima, vbi erat locus proprius discutiendi istam difficultatem, locutus est ex propria sententia: hic vero locutus est ſm mentem aliorum. Aut aliter, & subtilius potest prima controuersia conciliari, vt dicamus fœlicitatem hominis consistere in acquisitione scientiarum speculatiuarũ dupl'r posse intelligi, ve! dispositiue, vel cõpletiue. Et tunc dicimus q̃ primo modo est verum ſm viam Auer. secundo vero modo est falsum. primo modo loquitur hic, secundo mõ loquit̃ 3. de anima, &. 9. meta. vbi negat fœlicitatẽ consistere in sciendijs speculatiuis cõpletiue, (nam cognitio sciẽtiarũ speculatiuarum non est fœlicitas, sed est via ad illam. Et, quia quandoq; via ad terminũ consueuit sumere denominationem à termino, iuxta illud Philosophi. 2. phy. tex. cõ. 14. generatio est natura, quia est via in naturam, ita etiam scientia speculatiua est fœlicitas, quia est via ad fœlicitatem, quæ fœlicitas est primum principium, à quo cœlum dependent, & natura, sicut patet expresse. 12. meta. & tex. & commen. 38.

In proœ. 1. physico.

Secunda contradi. ibidem est ista. Quia declarans quõ ad scientiarum speculatiuarum acquisitionem consequantur omnes virtutes morales, ostendit quõ consequatur magnanimitas, & inquit q̃ sapiens, cùm cognouerit paruitatem vitæ suæ, & perpetuitatem sempiternam, & motum continuum, & q̃ proportio suæ vitæ ad tempus sempiternum est, sicut puncti ad lineam, vel sicut minimi finitorum ad infinitum, non procurabit propriam vitam. & parum infra subdit q̃ eligit mortem præ vita. Sed huius oppositum nos inuenimus ab Arist. in 3. æthicorum, cap. 11. vbi habet q̃ quanto aliquis magis omni virtute pollet, quantoq; fœlicior est, tanto magis illi mors molesta est. nam huiusmodi vir maxime dignus est vita, & maximis bonis priuat̃ ipsum sciens. Sed ad hoc soluẽtes dicimus q̃ Philosoph⁹ ĩ alio casu loquit̃, et ĩ alio casu loquit̃ Aue. hic. Nã, si cõparent̃ fœlix & miser, i. nõ hñs scientiam, tunc sine dubio fęlix magis timebit mortẽ, quàm miser. & ratio est, quia plus perdit qñ moritur q̃ miser. Auer. autẽ hic loquitur in casu, quo sapiens dubitat ne fęlicitatem amittat. tunc. n. in illo casu debet præeligere mortem præ vita. Et hoc expresse sonat verba eius. inquit. n. & propter cum habet perfectionem humanam, & dubitauerit q̃ à perfectione expolietur, tunc non est mirum, si aliquando eligit mortem præ vita. & sic sedatur contradictio. Sed hic est locus dubitationis contra Auerr. peramplius. Tum, quia malum non habet rationẽ appetibilis: sicut patet ex primo æthi. cap. 1. Bonum ipsum est, quod omnia appetũt, & 5. æthi. malum à nullo appetitur: mors aũt malum: ergo, &c. Amplius est contradictio in dictis ei⁹. Quia ipse dicit q̃ sapiens debet eligere mortẽ, ne expolietur fęlicitate. Sed hoc nihil est ſm fatuam opinionem eius de vnitate intellectus. Et videtur esse etiam cõtra Philosophum. 3. æthi. cap. 9. vbi reddens causam, quare mors oium terribilissimũ, inquit.

Solutio prima.

Solutio secunda.

Solutio.

Dubitatio maxima.

inquit. Mors aūt maxime oium rerum est horribilis: quippe cum terminus sit: nihilq; amplius homini mortuo, neq; bonum, neq; malū esse videat. Et primo æthico. cap. 14. mortuum fœlicem non dicimus. ista sunt, quæ faciunt difficultatem in hac materia. Et nos soluimus prolixe in superiori anno in expositione nostra superquatuor primos de physica auscultatione. Pro nunc tñ breuiter dicendum puto, quòd sententia Auerro. non contradicit Philosopho ad intellectum datum: immo ipsemet Aristoteles nono æthicorum capitu. nono expresse tenet quòd sapiens appetitu conformi rationi recte debet vitam propriam morti exponere. mens.n.ois eligit optimū sibi: probus vero menti obtemperat. Verum aūt est qđ de probo viro dr, eum amicorum causa, & patriæ multa agere, etiam si pro ipsis mors fuerit oppetenda. nam & pecunias, & honores proijciet, & demum ea bona, quæ in certamen apud homines veniunt: dum quod honestū est, sibiipsi vēdicant. Breui.n.tpe lętari vehementer magis eligent, q̄ longo læuiter: & viuere honeste vno anno, q̄ multis quomodolibet: vnam item actionem honestam, & magnam, quam multas & paruas. hoc aūt ijs fortasse euenit, qui ꝓ alijs mortem obire consueuerunt. Eligunt n. magnū quoddam honestum sibijpsis, &c. Et ex istis verbis clare patet solutio ad obiecta. mors enim non est illud, quod primo appetitur, sed bonitas, & honestas actus, quem exercet sapiens in tali casu. Nam, sicut patuit in verbis Philosophi, maximum bonum sapiens sibi tribuit in exercendo illum actum virtutis. & hoc bono priuaret se, immo vitiose viueret, si illo actu tunc præter misso, saluaret suum esse per quantūcunq; esse, vnde meli⁹ est simplr maximum bonum & momentaneum, q̄ remissum bonum virtutis, vel vita vitiosa per magnum tempus. Et ex isto loco colligit de intentione Philosophi euidenter ꝙ bonum cōe ꝑm rationem rectam est magis eligendum, q̄ bonum propriū. quia totum bonum proprium debet homo exponere etiam destructioni simplr, si nesciat animam immortalem propter saluationē boni cōis. Sapiens igit in casu isto agit, sicut agit agens naturale, quod primo intendit inductionem formæ generandæ, sed quia forma illa non potest induci nisi ad destructionem præexistentis in materia, secundario, & per accidens intendit corruptionem, sic sapiens, quia non potest in casu, in quo loquit Auer. consequi fœlicitatē, & euitare miseriam, nisi exponat se morti, mortē per accidens, & secundaria intentione præeligit. Ad obiecta autem ex dictis patet iam solutio.

Solutio.

Tertia contradi. est super. 1. cōm. 1. phy. ibi.n. exponit per principium causas agentes. & mouentes: per causas aūt exponit fines: & per elementa causas, quæ sunt partes rei, s. materiam & formam. Huius tñ oppositum inuenimus in dictis eius. 12. meta. cō. 23. vbi habet ꝙ causa dr de oib⁹, principiū aūt dr de extrinsecis, elemētū vero de intrinsecis. & subdit. Et ideo dixit in Physicis ꝙ dispositio scientiæ in oibus artibus habentibus principia, causas, & elementa, quia intendebat per principia causas mouentes, & ꝑ causas illud quod est cōmune illis quatuor, & per elementa, ea quæ sunt in re. Cōtradictio igitur est super expositione illius verbi, causa. quia hic exponit causam pro fine. ibi vero causam pro cōi ad oia gña causarum. Sed soluit, ꝙ hoc nomen causa sumitur duplr, cōiter & proprie. Et primo quidē mō dr de oibus. & sic sumpsit Philosophus & Cōm. causam, 2. phy. tex. cō. 28. & 29. & etiam. 12. meta. 23. & sic est synonymum cū principio: sicut etiam ipsemet Cōm. dicit. 1. phy. cō. 1. inquit. n. ꝙ, cū hoc nomen principium, & causa vsitant cōiter, sunt nomina synonyma. et sic sumpsit etiam causam Philosophus. 5 meta. ad principium. Alio modo sumitur causa proprie. & sic distinguit contra principium, & etiam contra elemētum, causa. n. proprie sumpta verificat solū de fine. Et huius ratio est. quia causalitas finis est simplr in causata, iuxta illud Philosophi. 2. phy. finis est causa causarum: principium aūt proprie sumptū dr de causa agēte & mouente. Et huius ratio est. quia, 5. meta. tex. cō. 1. de rōne principij est primū esse. &, quia causa agens ꝑm esse præcedit alias causas, licet causa finalis præcedat quantū ad causalitatem, ideo hoc nomen principiū appropriatur causæ efficienti. alia. n. est ratio causarum quantum ad esse, & alia quātum ad causalitatem, sicut late disputauimus superiori anno. 2. phy. Elementum vero proprie sumptum dr de causis intrinsecis, s. de materia & forma, & ratio est, quia vt dr, 5. meta. tex. cō. 4. elementum est ex quo fit aliquid primum in existente indiuisibili ꝑm speciem. Et comparando adhuc materiam ad formam, magis proprie elementum dr de materia q̄ de forma, sicut scribit Commen. cō 4. 5. meta. & ratio est ista. quia magis proprie definitio elementi

1. physico. com. 1.

Solutio.

competit materiæ, quàm competat formæ. materia enim sic describitur. 2. physico. 28. materia est, ex quo fit aliquid cùm insit. forma vero ibi describitur per hoc quòd est ratio ipsius quid erat esse. Et sic solutio ista quantum ad rem satisfacit, sicut tu vides. tamen quantum ad verba non videtur satisfacere Auer. quia eandem propositionem hic expositam aliter exponit hic, & aliter ibi. Sed ad hoc dicimus, q. forte peccauit per obliuionem, dum dixit q. in Physicis per causas intellexit illud, quod est cõe oĩbus. Aut aliter q. 1. phy. qñ ipse exposuit per causas fines, locutus fuit s͠m sententiam. Alex. sicut dicit ipsemet hic. inquit. n. & sic exposuit ipse Alexã. vt mihi videtur in. 12. meta. 23. cõ. licet exponat istam eandem propositionem, quæ ponitur in tex. 1. physi. dũ exponit causam pro cõi ad omnes causas, dico q. locutus est s͠m propriam sententiam. Aut tertio, & magis iuxta realem solutionẽ prius datam insistẽdo, ideo Auer. idem verbum aliter exponit hic, & aliter in metaphysicis, vt ostenderet nobis distinctionem huius, verbi causa, q. videlicet quandoque potest sumi cõiter, & qñq; proprie. &, dum cõiter accipitur: põt sumi pro omni causa, qñ vero sumitur proprie, dicitur solũ de fine Et tunc dico q. causam hic sumpsit proprie: cãm vero. 12. meta. 23. sumpsit cõiter.

2. physico. com. 1. Quarta contradi. super cõ. 1. est. Quia hic dicit q. Metaphysica consyderat tria genera causarum, s. mouentem, formalem & finalẽ. Huius tñ oppositũ inuenimus ab isto. 2. meta. cõ. 6 vbi dicit Metaphysicum consyderare omnia genera causarũ. Similiter. 3. meta. cõm. 3. & 12. meta. cõ. 6. dicit Metaphysicũ duo genera causarũ consyderare, s.

Solutio. formam & finem. Sed ad hoc soluentes dicimus q., refert apud me plurimum dicere aliquẽ artificem consyderare quatuor gña causarũ, & ipsum consyderare quatuor prima genera causarũ. Similiter refert aliquẽ artificẽ consyderare oẽs causas sub rõnibus vl̃ibus, & eundem consyderare easdem sub rationibus proprijs. Et tunc dico q., cum in omni genere causæ sit deuenire ad vnũ primum in illo genere, sicut probat Philosophus. 12. meta. dico q. duo prima genera causarum consyderat Metaphysicus, & duo prima consyderat Naturalis. prima. n. forma, & primus finis à Metaphysico consyderantur, sicut scribit Cõmen. 3. meta. cõ. 3. & 12. meta. cõ. 6. Et huius ratio est. quia ratio primæ formæ, quatenus prima forma est, & ratio primi finis, quatenus primus finis est, abstrahit à motu, & transmutatione, sicut colligitur ex intentione Auer. septimo metaphysi. cõmen. quinto, & nono. prima aũt materia, & primum mouens consyderantur à Naturali, quia ratio primæ materiæ, & primi mouentis est ratio concernens, vt sic, motum, & transmutationem. Diuiserunt igitur sibi hæreditatem istæ duæ scientiæ, Naturalis, scilicet, & Diuina, & ex quatuor primis causis duas primas causas vendicauit sibi Naturalis, & duas primas appropriauit sibi Diuina. Vlterius dico quòd Diuina omnes causas consyderat sub rationibus vniuersalibus, & transcendentibus. Nam materia prima, de qua minus videtur sub ratione qua substantia, & sub ratione, qua ens: seu potentia à Diuino consyderat̃, sicut patet. 7. metaphy. cõm. 9. & 2. physi. 21. & 12. meta. cõm. 14. & alibi frequenter. materia tamẽ sub ratione propria consyderatur à Naturali, vt, s. est principiũ trãsmutationis, ex quo aliquid fit vt inexistente: sicut patet. 7. meta. cõ. 9. Ita etiã dicas de primo mouente, q. sub rõne, qua ens & substãtia seu actus, à Metaphysico consyderat̃: sed sub rõne, qua mouens à Naturali. Et breuiter quodlibet gen⁹ causæ sub rõnibus vl̃ib⁹ à Diuino consyderat̃. Et hoc sonat authoritas Auer. 2. meta. cõ. 6. vbi scribit. & consyderatio vl̃is, in eo q. sunt causæ, est hui⁹ sciẽtiæ, s. diuinæ, recte dixit, vl̃is: quia sub rationibus vl̃ibus, videlicet sicut est ratio causæ, ratio actus & potentię, ratio entis, ratio substantiæ, & huiusmodi, sub istis rationibus omnes causæ à Diuino consyderantur. omnes etiam causæ consyderantur à Naturali, vt quælibet dat esse per motum, non vt dat esse absolute. sicut etiam subtilis Scotus declarat in. 1. suæ meta. quæstio. . & Albertus Magnus super. 2. phy. super tex. 27. Sed quõ Diuinus tria genera causarum consyderat? Quo pacto Diuin⁹ tria gña causarum cõsyderat. Ad hoc dicit Burle⁹ in præsenti loco q. hoc est quãtum ad illã partem, quæ consyderat de abstractis substantijs, in quibus non est materia. Sed ista solutio cõsueuit à Modernis molestari, quia à pari Naturalis in. 8. phy. vbi agit de primo motore, qui est à materia separatus, diceretur abstrahere à materia. Et propter hoc aliter ipsi respõdẽt, & dicunt q. Metaphysicus solũ tres causas consyderat, vt causæ sunt, s. formã, finẽ, & efficiens. nã hę cões sunt abstractis, & materialibus sub rõne, qua causæ. sed quia materia vt materia nõ est cõis abstractis & materialibus, ideo solũ illã consyderat sub rõne potentiæ, quę est vna de dñis entis. Diuinus, n. consy-

ex combinationibus quatuor qualitatum primarum non sufficienter ostendisset numerum quaternarium elementorum. dicit enim q calíditas & siccitas cōstituūt ign ē. q si vidisset aliquam humiditatem siccitati ignis coniungi, vtiq; & illius meminisset. & hoc videtur sentire etiā Commentator in. 3. cœli. cōmen. 67. Si autem authoritas Commentatoris intelligatur quantum ad posse, scilicet q vnum elementum non habet ambas in fine, sic sum cum ipso. quia, vt est ipsius Philosophi sententia. 2. de generatione sex. cōmen. 48. mixtio non fit, quando alterum dominatur super alterum, neque qñ habent æqualem potentiam. Si enim potētia alterius fuerit simpliciter dominans, corruptio erit dominati & generatio dominātis. &, si æquales fuerint potentiæ, tunc non fiet alteratio, sicut declaratum est in. 4. meteoro. supple m in commen. 10. superius allegato. &, cùm potentia alterius fuerit dominans dominati non dominans simpliciter, generabitur ex eis aliquod medium, sed tamen declinat ad partem dominātis. hæc Cōmentator. Patet igitur exponendo Auer. per Auerroem, q elementa non habent ambas qualitates in fine non quantum ad gradum, ita q vna sit in summo, & alia sit remissa per suum contrariū, sicut cōmuniter oēs posteriores exposuerunt: sed hoc intelligitur quantum ad potentiam agendi: sicut ipsemet seipsum declarat in verbis allegatis. Et sic verificant̄ dicta Philosophi, quæ adinuicem videntur aduersa. qñ. n. dixit primo meteororum terram esse frigidissimā, hoc est verum quantum ad gradum, quia non est terræ frigiditas caliditati permixta, vt bene dixit Alexander. quādo vero dixit. 2. de generatione. 23. aquam esse magis frigidi q̄ humidi, & terram magis sicci q̄ frigidi, hoc intelligitur quantum ad posse. quia plus potest infrigidare aqua q̄ terra: sicut sensus demonstrat. Aut aliter potest dici q Philosophus ibi nō comparat vnum elemētum alteri in eadem qualitate, ita q velit aquam esse terra frigidiorem: hoc enim nō dicitur in litera: sed ibi comparantur duæ qualitates ad vnum, & idem elementum. & quia ab vno, inquantum vnum, non prouenit immediate nisi vnū, propter hoc dicuntur ignem per prius sibi determinare caliditatem q̄ siccitatē, & aerem per prius humiditatem q̄ caliditatem. cùm hoc tñ stat tā ignis q̄ aeris caliditatem summam esse. nulla enim in hoc est contradictio, q eadē qualitas in summo possit reperiri in duobus subiectis specie differētibus, sicut patet. Ad contradictionem igitur formaliter respondentes dicimus, q quando dicit Commentator q contrarietas est magis sensibilis in extremis q̄ in medijs: illud habet veritatē de medijs per compositionem ex extremis, nō autem habet locum de medijs per comparationem. aqua autem est medium inter terram & ignem secundo modo. Quòd si dicatur q Commētator, & Philosophus loquuntur de medijs s̄m comparationē, quia laudat illos, qui posuerunt aerē esse subiectum, vel aquam, potius q̄ illos, qui posuerunt ignem vel terram. Respondetur, q Philosophus loquitur ibi s̄m opinionem Antiquorum, qui credebant aquam ex quo est medium s̄m situm, & etiam s̄m comparationem inter elementa, sicut testat̄ Cōmen. 4. cœli. cōmen. 26. q haberet minus sensibiles qualitates q̄ terra vel ignis. quod tamen non est verum, maxime loquēdo de aqua, vt comparatur terræ in qualitatibus alteratiuis, sicut est frigiditas & humiditas. nulli enim dubium est q frigiditas aquæ est magis sensibilis q̄ frigiditas terræ. Si vero intelligatur propositio Commen. etiam in istis medijs s̄m situm & comparationem, dicimus contrarietatem in medijs talibus esse minus sensibilem q̄ sit contrarietas in extremis, verum est quantū ad qualitates localiter motiuas. quia terra est grauis simpliciter, aqua autem est grauis in respectu. similiter aer est leuis in respectu, sed ignis est leuis simpliciter. quo aūt ad qualitates alteratiuas non credo illā propositionē esse vniuersaliter verā in talibus medijs, non per cōpositionē extremorum resultantibus, licet quandoque verificari possit. sicut caliditas ignis est magis sensibilis q̄ caliditas aeris. sed q vniuersaliter verificetur hoc non video. Et per hoc patet ad authoritatem Philosophi & Cōmentatoris hic. Sed ad authoritatem eius. 2. de generatione iam dictum est. Ista sunt, quæ sentimus in hac materia; quæ licet noua videantur, forte tamen sunt satis antiqua, sicut poteris intueri. Non me latet concordia Modernorū dicentiū aquā frigidiorē terra quantū ad gradū, terram autem frigidiorem quantum ad formam: quia multitudo formæ insequitur multitudinē materiæ. tñ primū dictū eorū non credo verū esse; quia non video quō posset teneri simplicitas in elementis cū remissione alterius qualitatis per admixtionē cū suo cōtrario. Et tu magnifice dñe Marceātoni, super hoc considerabis, sufficit mihi excitare intel-

Solutio cōtradictionis.

intellectum tuum in istis. tu autem bonitate ingenij tui, & solertia poteris facile veritatem intueri.

1. physico. com. 56. Vigesimaquarta contradi. est in eodem cõ. 56. Quia ibi dicit q subiectum est in potentia pura vtrũque extremũ. Huius tñ oppositũ dicere videt infra in cõ. 82. 1. phy sic.

Solutio. Ad hoc est dicendũ distinguendo de duplici in subiecto, primo, & secũdo: sicut ipsemet distinguit in cõ illo 82. Et loquẽdo de primo subiecto, quod verius appellat prima materia q̃ subiectũ, vt statim dicã, tale est in potentia pura vtrunq; extremum. & tale subiectũ Cõm. distinxit cõtra mediũ in hoc cõ. 56. Sed loquendo de secundo subiecto, qd vere subiectũ dicit, tale non est in pura potentia vtrunq; extremum: quia tale est in actu, aut modo medio inter actũ & potentiam. Dixit autem notabiliter primũ subiectũ, quod est in pura potentia vtrũq; extremũ rectius dici materiam q̃ subiectum & per oppositũ secundum subiectum rectius appellari subiectum q̃ materiã. Et ista fuit sententia Philosophi ad principium primo meteo. vt ibi deducit Alex super illo verbo, quare accidentium circa ipsum ignem quidem & terrã, & cognata his, vt in materiæ specie, oportet putare eorũ, quę fiunt. subiectum. n. & patiens appellamus hoc modo. Et ista etiã est sententia lucidissimi Themistij in paraphrasi super. 1. physi. in digressione, quã facit de potentia materiæ, & eius priuatione. Nomẽ materiæ cũ potentia & priuatione est, dicit. n. materia earũ rerum, quæ nondum ortæ aut factæ sunt. Vnde, si consyderemus materiam, vt est priuata forma, sic materia recte dicit. sed cũm accipit pro subiecto, vt sic cum priuatione non est. vnde materia, ex qua generatur homo, antequã hominis formam recipiat materia recte nũcupatur. sed vbi forma hominis est affecta, non amplius vt sic materia dicitur. sed subiectum: Vnde authoritate Boeti materia qualitatibus informata nõ amplius materia remanet. nam s̃m se informis est, & speciebus omnibus caret: sed adhibitis qualitatibus materia abit in subiectis. Et propter hoc dixit etiã Auer. imitando istã sententiã in. 2. ca. de subst. orbis: & in. 8 meta. cõ. 12. q cœlum rectius dicitur subiectũ q̃ materia. quia videbat in cœlo non esse materiã, quę sit in potentia pura vtrũque extremum: sicut sonat ratio materiæ. nec est ibi priuatio formæ substantialis, ad quam sit in potentia: quæ priuatio importatur per nomen materiæ ex sententia Themistij, sed quia semper est actu sub sua forma, ideo rectius dicit subiectũ, q̃ materia. Accedit ad hoc, quia materia etiam est ex quo fit aliquid, vt inexistente. 2. physi. 27. Sed quia forma cœli non educitur de potentia eius, cũ sit abstracta, hinc etiã dictum est, & bene, cœlum rectius subiectum, q̃ materiam dici.

Vigesimaquinta contradict. est in cõ. 56. Quia ibi ponens differentiã inter subiectũ, & medium dicit q mediũ est vtrũq; extremum, non pura potentia. Huius tñ oppositum repent in dictis eius. 10. met. cõ. 7. vbi loquens de coloribus medijs, inquit q non debet aliquis dicere q alij colores cõponuntur ex albo & nigro: qm nigrũ est priuatio albi, sicut obscuritas est priuatio lucis. Ad hoc consueuimus dicere limitando propositionem istã Auer. quæ dicit: q media cõponunt ex extremis, distinguendo de duplici medio: sicut ipsemet distinguit. 4. cœli. cõ. 26. Quoddam. n. est medium per cõparationẽ sicut dicimus q aer est mediũ per cõparationẽ inter graue simplr, & inter leue simpliciter. nam respectu ignis grauis est, respectu aquæ & terræ est leuis. propter hoc tñ non dicimus aerem esse compositum ex graui & leui. & ideo de talibus medijs loquendo, extrema nõ sunt in actu permixto positione in essentia mediorum, sed solum quantũ ad denominationẽ sunt in eo, quia talia media in comparatione vnius extremi sumũt denominationẽ alterius. Aliud est medium per realẽ cõpositionem ex extremis. & de talibus verificantur dicta Auer. hic, &. 5. phy cõ. 6. 19. &. 52. & 10. meta. cõ. 23. vbi adducit rationem demonstratiuam super hoc, q media inter contraria sunt cõposita ex extremis. aliter. n. non esset motus. & sic in coloribus medijs sunt colores extremi formaliter, in esse tñ refracto. & ista est indubitata sententia Cõm. in hoc. quicquid dicat Burleus in hoc, & quidã iuniores, qui nouas phantasias imponunt Auer. Et tunc ad authoritatem Auer. in oppositum dico, q noluit dicere q colores medij non componantur ex albo & nigro absolute, sic ut male intellexit Burleus, & sequaces. Sed non cõponunt tanquã ex duobus principijs eque perfectis mensurantibus suum esse. Et hoc voluit dicere ibi Philosophus. & Cõm. quia ibi volunt ostendere q in omni genere est deuenire ad vnum primum, quod est metrum & mensura omnium, quæ sunt in illo genere. & ita in genere colorum est color albus, qui est metrum omnium aliorum colorum. Et, quia aliquis posset dicere q, cũm colores

1. physico. com. 56.

colores medij sint cõpositi ex ambobus extremis, s. albo & nigro, posset aliquis opinari ꝙ tam albedo q̃ nigredo est mẽsura aliorum, & ita nõ esset vnum primum metrũ respectu oium. Et Philosophus, & Commẽ. videntes istam obiectionem excludunt eã, dicentes ꝙ hoc non potest dici, quia nigrũ est priuatio albi, sicut tenebra est priuatio lucis. modo ratio mensurandi competit habitui non priuationi, iuxta illud Philosophi 1. de anima. 85. Recto & ipsum, & obliquũ cognoscimus. Et ꝙ ista fuerit mens Auerr. ostendũt verba sua sequẽtia. quia vbi dixit ꝙ nõ debet aliquis dicere ꝙ alij colores cõponunt̃ ex albo & nigro, qm̃ nigrum est priuatio albi, sicut obscuritas ẽ priuatio lucis, statim subdit. ergo in coloribus nõ est principium & mensura, nisi vnum. Bene igitur diximus glosando colores medios non cõponi ex extremis, tanquam ex duabus mensuris, non tamen absolute sunt incompositi quantum ad esse.

1. physico. com. 60. Vigesimasexta contradi. est in cõ. 60. vbi dicit ꝙ illud, qđ vere generat̃, est materia. Hui⁹ tñ oppositũ dicit ipse infra cõ. 74. & 7. meta. 23. & 26. & 25. vbi habet ꝙ vere generatũ est cõpositũ, & materia & forma generant̃ per accidẽs. Nisi esset ꝙ aliquid vere gñari dupl̃r sumit̃, subiectiue, & terminatiue. subiectũ .n. gñationis vere dicit̃ gñari, prout videlicet est fundamentum deferens generationem. nam, cum motus sit vere in mobili non in motore, nec in forma, quæ acquiritur, vt accidens in subiecto, ideo mobile debet denominari à motu. vnde Cõ. 5. physi. cõ. 3. Cùm motum est aliud ab eo ad quod est motus & est forma, manifestum est ꝙ motus est in moto, non in illo, ad qđ est motus, & est forma sicut igit̃ passio vere denominat passum, sic motus vere denominat mobile. & ideo, cùm materia sit vere subiectum generationis, ideo verissime dicitur generari. Alio modo aliquid dicitur generari terminatiue. quia videlicet tale accipit esse per generationem. & modus iste est famosior. & de isto locutus fuit Philosophus in. 7. meta. tex. cõ. 27. & 32. vbi dicit ꝙ illud, qđ fit, oportet ꝙ sit diuisibile semper, & quod non fit æs, nec sphæra: sed ænea sphæra. Et Cõm. in cõ. 26. ibidẽ dicit ꝙ agẽs facit ex alio aliud, non aliud in alio. facit. n. ex materia formatũ, nõ in materia formã. Et sm̃ istum modum verificat̃ dictũ suum ꝙ compositũ vere & per se generatur: materia aũt & forma per accidens. primus igit̃ modus est verior, & secundus est famosior.

Solutio.

Valeant igitur qui dicunt ꝙ materia non põt dici aliquo modo generari. dicunt. n. ꝙ ista distinctio posita nunquã inuenta est in Aristo. nec in Auer. Sed videant isti quæso præsens cõ. 60. 1. phy. & inuenient ꝙ omne generatum semper indiget aliquo subiecto, & est illud, quod in rei veritate dicitur generari, s. in tempore, in quo generat̃ in actu. generatũ. n. completum fuit generatum, & non est in actu. generatio igitur, sm̃ ꝙ est motus, necessario habet subiectũ, & est illud, quod dr̃ gñari in actu. hęc ille formal̃r. Et in eodem cõmen. parum infra dicit recipiens formã hominis est illud, qđ in rei veritate dicit̃ generari, s. illud in quo inuenit̃ iste motus. & reddens causam subdit. motus. n. debet esse in subiecto, sicut diximus. Recte igit̃ diximus nos ꝙ primus mod⁹ est verior, & secundus est famosior. & hoc prouenit ꝓpter latentiã materiæ, quæ est subiectũ generationis. Et ideo prouenit ꝙ subiectum generationis modo denominatur generari secundum famositatem, licet vere generetur modo exposito.

1. physico. com. 60. Vigesimaseptima contradi. est in eodem cõm. in paucis verbis. Primo. n. dicit quod à veritate nunquam est impedimentum, sed impedimentum semper est à falsitate. Sed parum infra dicit, ꝙ qui pri⁹ audiuit leges, & postea Philosophiam, habet recipere veritatem. quia qui habet consuetudinẽ audiendi falsum, aptus est vt impediatur à veritate. Soluit̃. sermo ei⁹ sic intelligit̃, ꝙ impedimentum, & malum semper est à falso, nunquam à vero, quia bonum intell's est veritas, & falsitas est malum eius, & imperfectio. vnde hoc declarat exemplum eius. nã ille, qui consueuit comedere panem, qui est cibus tẽperatus, & conueniens, semper nutritur eo, & nunquam impeditur, quin eo nutriatur, sic veritas semper perficit intellectum. per oppositum, qui nutritur cibo nõ conueniente naturæ potest impediri ab eo vt non nutriatur. sic est de assuetis sermonibus falsis, quod isti non perficiuntur. Aut aliter. duplex est impedimentum, quoddã, quod attestatur malo, & sic veritas non impedit: quoddam vero, quod est mali destructio, & sic veritas est impedimentum mendacij, quia destruit illud. & sic patet concordia

Solutio.

1. physico. com. 60. Vigesimaoctaua contradi. est in cõm. eodem. Auer. dicit ꝙ in legibus non est verũ, neque falsum. Sed hoc videtur impossibile. nam omnis oratio & opinio, quæ significat, aut opinatur aliter q̃ est, est falsa: & si

significat, aut opinatur, sicut est, est vera ex prædicamentis in cap. de substãtia. Nisi esset quod dictum est sic intelligendum, q. opiniones legum non sunt simplr veræ, neque simplr falsæ, quia famosum non potest esse ex toto falsum. vnde Alex. dicit in libro de Fato, q. huiusmodi opiniones, quæ sunt famosæ apud oẽs gentes, & sunt eedẽ apud oẽs, sunt nobis naturaliter insitæ. Pro hoc vide verba eius in fine solutionis. 2. quæstionis, in. 3. de anima, cõ. 5. vbi scribit q. ista intentio apparuit à remotis animam esse immortalem, s. intellectum speculatiuum. & quibusdam interpositis subdit. Et vltũ ista intentio animæ est pars vera in propositionibus probabilibus, quæ dicunt animam esse vtrũq;, scilicet immortalem & mortalem. probabilia. n. impossibile est vt sint falsa fm totum. & hoc apologizauerunt Antiqui. & in repræsentatione illius conuenerũt oẽs gentes. intelligas aũt tu ista de lege sua. fallit autem hoc de lege nostra, quia tradita est ab illo, qui est infallibilis veritas. Sic etiam intelligitur dictum Philosophi de legibus suo tempore institutis, de quibus inquit in. 2. meta. tex. cõ. 14. quantam vim habeat consuetudo leges ostendunt, in quibus fabulosa & puerilia plus possunt propter consuetudinem, q̃ si cognosceremus ea. Dicit enim Cõm. q. plures opiniones scientiæ Diuinæ ponuntur in legibus non ad sciendũ, sed ad inquirendum bonitatem. Et causa in hoc est, quia hominum complementum, non completur nisi per congregationem, & cõgregatio per bonitatem. esse ergo boni est necessarium, & non est necessarium eos scire veritatem. ita etiam scribit Philosophus in. 12. meta. in tex. cõ. 50. multa iam adducta sunt fabulose ad persuasionem multorum, & ad opportunitatem multorum ad leges & conferens. Vnde Themistius in primo de anima. cap. 22. scribit q. Pythagoras fabulose comminiscebatur transmigrationem animarum in corpora indiscriminatim ad ciuilem aliquem vsum. Vnde Vergilius, Primus in orbe Deos timor fecit. sapientes enim vt inquit Plato in Dialogo de morte, vt vulgus institueretur, persuaserũt supplicia esse post mortem animarum in alia vita, & etiam Mahumeth obseruantibus legem promisit mel & lac. Quicquid sit de alijs, lex Christi vera est, & pro veritate mortuum esse fatemur, & vere resurrexisse, qui iudicabit in veritate omnem creaturã rationabilem.

1. phys. tex. 62. Vigesimanona contradi. est in textu. 62. Arist. distinguit duplicem generationem, s. in simpliciter dictam, quæ est substantiarũ, & in secundum quid, quæ est accidentium. Sed huius oppositum legitur in. 3. meta. in tex. cõm. 16. vbi dicitur, q. generationes nõ sunt nisi in substantijs, nõ in accidentibus. Soluitur. Arist. & Cõm. loquuntur ibi cõtra Antiquos ponentes vnum esse ens, sicut fuit Parmenides. nã oportet ipsum intellexisse ens, qđ erat vnũ, esse substantiã. nã si esset accidens, cũ accidẽs nõ possit esse sine substãtia, tũc plura essent ea, q̃ sunt apud ipsum. igitur sequit̃ q., cùm nullum sit ens, nisi substantia, omnis generatio erit in substantijs, non in accidentibus. Ad hominem igitur est sermo eius, non q. ipse hoc concedat. Solutio.

Trigesima contradi. est in cõ. 62. vbi dicere videtur generationem successiue fieri. inquit. n. q. partes oppositi successiue recedũt à subiecto, & fiunt in ipso partes generati. & similiter est in substantia. in spermate. n. apud generationem hominis non cessant partes spermatis recedere, & partes fieri hominis, donec forma humana perficiatur. et hoc, si forma hominis recipit partitionem. Et huius tñ oppositum reperitur in dictis suis super. 6. phy. cõ. 32. vbi vult generationẽ fieri subito, & q. non est motus, sed finis motus. Debes scire ex sententia Auer. q. generatio sumitur dupliciter. primo pro aggregato ex alteratione præuia, & ex subito prouentu formæ. alio modo pro subito prouentu formæ tantum. ista distinctio colligitur ex cõ. 59. 6. physi. Vlterius scias Auer. tenuisse omnem formam materialem extensam esse ad subiecti extensionem, sicut potest videri ab ipso primo cap. de substantia orbis. Vlterius notare debes Auer. posuisse minima naturalia in rebus naturalibus. datur. n. minima caro. 1. phy. 38. & alibi infinities. Dubium tñ arduum est, an de intentione Auer. in formis intensibilibus, & remissibilibus, sicut sunt formæ elementorũ, fm ipsum sit dare minimum: sicut etiã dubium est vtrum in qualitatibus habentibus contrarium sit dare minimum ex parte formæ. Et in hoc est magna discordia apud viros magnos. Aliqui voluerunt dari minimũ ignem genitum, ita q. volunt generationẽ elementi fieri isto modo. imaginantur q. primo inducitur minimum ignis in materia. sed post illud minimum imaginantur generationem elementi fieri successiue per partem ante partem in infinitum. vnde isti consequenter dicunt q. etiam in qualitatibus elemẽtorum est dare minimam quantitatem.

1. physica. com. 62.

Difficultas, an detur minimũ in formis elementorũ, & etiam in qualitatibus habẽtibus contrarium.

titatem, cui respondeant minimũ alteratũ esse, minimum gñabile de forma elementi. &, quia post illud minimũ qualitas per partem ante partem generaẽ, & fit, ita dicunt de forma elementi post minimum gñabile sui fit per partẽ ante partẽ in infinitũ. Alij vero magnæ authoritatis viri tenent de intentione Auer. formas elementorũ, cùm illæ intẽsibiles sint & remissibiles, ſm ipsum ad intensionem & remissionem suorũ accidentium intendi & remitti, & satis probabiliter videre meo tenent non dari minimũ ex parte formæ in talibus. & consequenter tenent q̃ in qualitatibus ipsorum elementorum non est dare minima, immo tales qualitates inducuntur per partem ante partem in infinitum. & ratio est ista. quia tales qualitates habent contrariũ: vbi aũt contrarietas ibi resistentia: vbi aũt resistentia ibi de necessitate successio, sicut patet in. 4. physic. cõm. 71. & ita, si debet induci minimus gradus caloris, cùm talis contrariũ habeat, quõ in instanti inducetur non video. & in veritate istud argumentum apud me est satis efficax pro ista via. & multi, qui oppositam partem tenuerunt, non potuerunt euadere ab hoc argumento sine incursu in grauiora inconuenientia. Et ideo probabilius videtur nobis tenere viã istam, ad quã pauciora inconuenientia sequuntur, iuxta illud Cõm. 2. coeli. cõ. 1. ex sententia Alexã. sustentati sumus super sermonibus istius viri, quia inuenimus eos magis remotos à contradictione Vnde dicimus non dari minimam qualitatẽ, loquendo de qualitatibꝰ habentibus contrarium. & licet non detur propter rationem dictam minima qualitas tñ bene tenemus dari minimum alteratũ. quia in talibus datur bene minimum quo ad subiectum, non tñ quantum ad formã. Et si adducatur authoritas Cõm. in. 8. phy. cõ. 23. vbi dicit q̃ in omni motu est dare primum: & per consequens in motu alterationis est dare primum, & ita dabiẽ minima qualitas. Ad hoc dicimus q̃ bene in omni motu est dare primũ, verũ est quantum ad subiectũ, non aũt vſr hoc est verũ quantum ad formã. & ita dicimus q̃ in motu alterationis est dare primum alteratũ, non primam qualitatẽ per alterationem inductã. & per istam glosam soluuntur oẽs authoritates, in quibus Cõm. videẽ ponere minimũ in talibus formis, quæ variæ & ferè infinitæ sunt. Loquendo aũt de formis materialibꝰ mixtorum, quia illæ sunt veræ substantiæ, & non intenduntur, neq; remittuntur, tales

In motu datẽ minimũ, quo ad subiectum, nõ autem vſr quo ad formam.

acquiruntẽ partibiliter. sed ista partibilitas, & successio non habet attendi sic, q̃ continue per partẽ ante partẽ in infinitũ acquirantur, sed acquiruntur per minima. prius enim disponitẽ materia qualitatiue, & quantitatiue, & deinde introduciẽ vnũ minimũ formæ in primo non esse formæ præcedentis. & sic de secundo minimo dicendũ est. & sic intelligiẽ dictũ Auer. hic dicentis, q̃ non cessant partes spermatis per partes .s. spermatis, & hoĩs intelligit ipse minima, q̃ successiue, .i. vnũ post aliud inducunẽ, non successiue, quia continue. His igitur stantibus, respondeẽ soluendo contradictionem, q̃ loquendo de generatione simplicium, talis fit successiue ad modum declaratum et hoc tñ non sequeẽ gñationẽ illam esse motum. quia est fallacia consequentis. quia vltra diuisibilitatẽ formæ requiritur q̃ subiectum motus sit ens in actu, ad hoc q̃ sit vere motus. Vnde etiam Linconiensis. 1. posterio. in fine illius capituli. Si autem est idem syllogistica interrogatio. super isto exẽplo Philosophi dicẽtis ignẽ generari in multiplicata analogia, dicit q̃ in simplicibus forma generata induit partem materiæ post partem successiue: quia pars generanti propinquior citius præparaẽ ad receptionem formæ substantialis: vnde prius recipit eam q̃ pars remotior. sed inquit q̃, cùm pars aliqua recipit formam substantialẽ, non vltra recipit intensionẽ in prima forma recepta. sed, si forma accidentalis fuerit recepta in aliquo, põt intendi successiue, vsq; ad summum caloris: & erit alteratio successiua, & per diuersitatem, & diuisibilitatẽ caloris, & etiam propter receptionẽ partis eiꝰ post partem in parte sua, & hanc successionem, quę est per diuersitatẽ vel diuisibilitatem formę recepta, non habet generationẽ. tñ gñatio substantiæ bene habet successionẽ, q̃ est per diuisibilitatẽ materiæ recipiẽtis formã substantialẽ in parte sua post partẽ. Et p ista dicta Linconiẽsis voluerunt aliqui cõcordare quõ generatio sit successiua, & quõ successione caret. Sed iudicio meo istud non põt stare quantum ad oĩa. Nam ſm Auer. in formis simplicium põt esse successio in forma recepta. quia ipse tenet q̃ formæ elementorum intenduntur, & remittuntur. & ideo adhuc remanet difficultas qualiter generatio formæ elemẽti ab alteratione distinguatur, cùm vtrobiq; sit vtraq; successio, maxime ſm secundam viam. Et propter hoc dicimus q̃ differentia est ex parte subiecti, & ex parte termini. quia subiectum gñationis

est ens in potentia.alterationis vero subiectum est ens in actu. similiter termin⁹ vni⁹ est substantia,aut modo loquendi Cōmen. id,quod est medium inter substantiam, & accidens,alterius vero terminus est qualitas.si igitur genera tio sumatur pro aggregato ex alteratione præuia, & subito prouentu formæ in formis mixtorum, successio est quantum ad alterationem,sed generatio pro subito prouentu formæ in talibus fit subito: sicut patet per Cōmen. 6. physic. 59.de carne.in simplicibus autem dicas cōsequenter iuxta alteram duarum viarum, quarum prima communior.& secunda verior:vt mihi datur cernere.

1. physico. tex. 69. Trigesimaprima contradi.est in tex. 69. Aristo.n.& Cōm.asserunt materiam scibilem esse per comparationem;& Cōm.asserit in cōm.φ non potest intelligi per se. Sed obuiabam per tex.24. decimi primæ philosophiæ,vbi scribitur φ materia negatione cognoscitur.Amplius si verum esset φ materia per se intelligi non potest,sed intelligitur in comparatione,sequeretur φ materia esset per se in capitulo relationis, quod abhorret Aristo.locans ipsam in prædicamento substantiæ, vt patet in.2.de anima. tex. cōmen.2.& tunc relatio esset in substantia materiæ:quod etiam ipse Cōm.abhorret in 1.phy cōm.70.& in.1.cap.de substantia orbis.

Solutio. Dicimus nos quòd duplex est cognitio materiæ. Vna est,quam venámur ex nostra prima cognitione naturali.& ista est prima quò ad nos,& pertinet ad naturalem.& de hac verum est φ cognoscitur semper per analogiam, & comparationem ad formā, aut ad habens formam & sic intelligitur sermo eius hic.& sic materia dicitur relatiue ad formam,vt à Naturali concipitur. Et propter hoc Aristote.in.2.phy.tex.cōm.26. dixit φ materia dicitur relatiue ad formā. Alia est cognitio à priori de materia.& ista pertinet ad Diuinum. vnde, cùm scientia Diuina ordine doctrinæ sit vltima,vt asserit Cōmen.in.7.me ta.cōm.39.& Auicen.in principio suæ primæ Philosophiæ, postquā Diuinus præsupposuit esse materiæ inuestigatum per transmutationem substantialē ab ipso naturali,vt vult Cōm.1.phy.cō.vlti. contra Auicē.deinde ipse cognoscit ipsam per negationem,& cognoscit ipsam a priori inquantum ens, & inquantū substantia, immo etiā inquantū ens in potentia, quia po tentia & actus sunt de differentijs entis. Et ista est sententia lucidissimi Themistij in 1.phy.in digressione de potētia & priuatione materiæ.& est sententia Alex.quam etsi insequitur diffuse Cōm.in.12.primæ philophiæ in cō men.14.

1.physico com.69. Trigesimasecunda cōtradi. est in cō.69. primi phy.ibi.n.dicit φ primū principium in hoc genere nō potuit sciri in hac sciētia: sicut primum subiectū.per primū aūt principiū intelligit primā formam,quæ De⁹ est. Huius tñ oppositū reperit cō. vlti.in hoc.1. & cō.3.8.phy si.vbi habet contra Auic. hæc verba.Et quod existimauit Aui. φ Diuinus debet demonstrare primum principiū esse est falsum.Et accedit ad hoc φ primū subiectum fuit scitum in scientia Naturali demonstratione signi:sed substantiæ separatæ s̄m ipsum,& per consequens prima forma, quæ est primū principiū in scientia Naturali,demonstrantur demonstratione signi: ergo primum principiū potest sciri in hac scientia,sicut potuit sciri primum subiectū: cuius oppositum ipse dicit.Et ad hoc aliqui de nouo incipientes philosophari dixerunt de intentione Auerr. Metaphysicum posse demonstrare substantias separatas esse demonstratione signi. sed dixerunt φ altiori modo q̄ sit medium naturale.Naturalis.n. demonstratione signi in.8.phy. probat primum motorem esse:sed Diuinus in.12.meta.demonstrat primam formam esse, quæ est idem re cum primo motore. Et confirmant hoc authoritate Cōm.12.meta. cō.5. & 6.& 3 meta.cō.3.Sed istud est dictum erroneum, & nullo modo potest stare quod dicūt Et ratio est ista,quia s̄m Auer.1.phy. cō.vlti.& 2.phy cōm.22.& 26. nulla scientia,siue vniuersalis fuerit, siue particularis, demonstrat suum subiectum esse aliquo genere demonstrationis. Et ratio est. quia vt ipse dicit subiectū in qualibet scientia supponitur tanquam notum · vel quia ipsum de se est notū:vel quia assumit̄ ex alia scientia tanquam notum.tunc sic,prima forma, vt prima forma,est subiectum in Metaphysica,modo loquendi Auer.de subiecto,siue sit adæquatum siue principalior pars subiectiua:ergo primam formam esse,vt sit diuinus non potest demonstrare. Et ideo aliter nobis visum est dicere, repetentes ea, q̄ diximus à principio φ de duabus primis causis considerat Naturalis,s.de primo motore,& de prima materia. de prima autē forma. & de primo fine considerat Diuinus. Nam vt scribit Cōm.7.meta.cō.9.in Naturali philosophia potuit cognosci prima materia.non aūt prima forma.& ratio est ista. quia ex transmutatione substantiali, quæ est

est actio materiæ, vt ipse dicit, materia omnium materialium sciri potuit, vtpote ex medio communi, in quo omnia ista inferiora communicant participatione materiæ, sed formæ rerum naturalium, quia plures sunt, & non habent vnam actionem communem, ideo non potuit Naturalis ex actionibus formarum in scientia Naturali demõstrare primã formã esse. cõsyderatio aũt de forma, inducẽs ad primã formã, est cõsyderatio de forma, vt est substãtia. Naturalis autem non sic considerat. Et forte ista verba male intellecta fuerunt causa illius opinionis adductæ. Sed aduerte quòd Diuinus bene declarat primum principium, quòd sit forma & finis omnium entium: tamen hoc est, postquam accepit pro constanti à Naturali Philosopho, q; mouẽs æternam substantiã est abstractũ à materia. Diuin⁹ enim tũc esse Dei declarat, vt est prima forma, & primus finis, & primũ efficiẽs oĩum entiũ. Bene igit̃ tenemus de mente Auer. q; postquã Naturalis via mot⁹ demõstrauit substantias abstractas esse, tunc Diuinus declarat q; tales abstractæ substantiæ sunt principia sensibilium substantiarũ, vt substantiæ sunt sub ratione finis & sub ratione formæ: nunquam tñ concedimus Diuinũ demõstrare primã formã esse demõstrõne signi, sicut fatui sibi imponunt. quia impossibile est scientiã aliquã habere rõnem formalẽ sui subiecti ignotam. modo, vt dixi, substãtiæ abstractæ sunt subiectum in Metaphysica: non vt sunt motrices, sed vt sunt forma & finis omnium. Et licet Cõ. dicat. 2 meta. cõ. 4. q; prima causa oĩum entium declaratur in sciẽtia Naturali, illud tñ non oportet intelligi inquantũ oĩum entium absolute cõtractẽ, videlicet vt est prima causa oĩum entium sensibilium & mobilium. Naturalis. n. formaliter demõstrat primum motorem esse, qui est primum ens, non tñ formaliter demonstrat primum ens esse, vt sic. Et ex hoc colligas de intentione Cõm. philosophiam Naturalem non demonstrare subiectũ formale Metaphysicæ, sed materiale tantum. Nã subiectum formale Metaphysicæ sunt substantiæ separatæ, vt sunt finis & forma. & sub istis rationibus non demonstrantur esse in scientia Naturali: sicut expresse scribit Cõm. in cõ. allegatis, videlicet cõm. 9. 7. meta. & cõ. 5. 12 meta. & 7. meta. cõ. 5. Dicit etiã q; prima quæstio in scientia Naturali deducit in cognitionem primæ materiæ, et formarum naturalium, & primi motoris. sed prima quæstio in sciẽtia Diuina pducit in cognitionẽ primæ formæ oĩum entiũ, & vltimi finis. Sed contra hoc magnificentia tua subtilissime dubitauit. Nã ſm Auer. 12. meta. cõ. 5. & 6. & 10. meta. cõ. 7. idẽ est primũ mouens, prima forma, & primus finis. si igitur Naturalis demonstrat primũ motorem esse: ergo poterit etiam demõstrare primam formã, & primũ finem. & ad hoc dico iuxta doctrinã Auer. 12. meta. cõ. 6. stat aliqua esse subiecto eadem, quæ tñ proprijs rationibus sunt distincta. & sic est in casu isto. licet. n. primus motor, & prima forma, et primus finis sint eadẽ subiecto, non sunt tñ rõnibus formalib⁹ eadẽ. Et ideo stat vnũ & idẽ obiectũ sub vna ratione considerari ab vna sciẽtia, & ſm aliam rationẽ consyderari ab alia sciẽtia, sicut testat̃ Cõm. 2. phy. cõ. 71. Et per hoc soluitur argumentũ Subtilis doctoris, quod adducit quæstio. 4. in 6. meta. inquit enim. Si naturalis demonstrat subiectum Metaphysicæ, tunc philosophia Naturalis esset prior Diuina, quod falsum est. Et ad hoc dicimus nos q; hoc argumentũ demonstraret, si Naturalis formale subiectum Metaphysicæ demonstraret. quia si tale demonstraret, non posset illud à posteriori demonstrare. quia, vt dixit Cõm. consyderatio de forma, quę inducit ad primam formam, est consyderatio vt forma est substantia, non vt forma est naturalis. relinqueretur igitur q; illa demõstratio fieret à priori. & ita Naturalis haberet aliquam rationẽ priorem simpliciter, per quam demonstrare posset primum subiectũ Diuinę scientię: quod est mere impossibile. & sic Naturalis esset scientia simpliciter prior. nũc aũt Naturalis non demonstrat nisi subiectũ materiale Metaphysicæ: quia demonstrat primũ motorem esse, qui est subiectum materiale Diuinæ scientiæ. quia illud, quod est primus motor, & subiectum materiale: prima autem forma, & primus finis est subiectum formale. Ad subiectũ igitur materiale Naturalis habet medium à posteriori: & illud est motus. & sic ex quo Naturalis materiale subiectum scientiæ Diuinæ esse demonstrat à posteriori: sequitur, quòd sit prior via doctrinæ, non autem simpliciter. quia subiectum formale eius, nec à priori, nec à posteriori Naturalis demonstrare potest. & ad hæc non aduertunt Moderni, sicut nostis. Et tunc dubitabis. Cùm subiectum formale Metaphysicæ non videatur omnino notum esse, videtur igitur, quòd in aliqua scientia demonstrari possit: in nulla autem scientia videtur demonstrare posse,

nisi in Metaphysica: ergo prior opinio vera. Et ad hoc dicimus cum Aris. nostro & Themistio, & Auer. 2. poste. tex. cōm. 9. q̄ talia subiecta scientiarum demonstrari non possunt: sed, si indigeant aliqua notificatione, illa non erit demonstratio, sed inferior ad illam, & ad syllogismum categoricum. Vñ Themis. ibi habet ista aurea verba, quæ volui adducere propter quosdam peruersores Arist. & bonarū literarū. inquit. n. in 11. ca. hæc verba. At quæ per se sunt, nec in alio insunt, in his eadē ratio obseruari non potest: q̄ videlicet demonstrari possint q̄ sint res alteri inhærentes, de quib⁹ supra locut⁹ fuerat: in verbis immediate præcedentibus. Et reddens causam subdit, quia causam superiorē non habēt, per quā monstrent, cuiusmodi sunt sua sciētijs singulis subiecta, quæ tū vt sint, tū quid sint certū, & constitutum esse necesse est: nec alio modo cognoscibiliora euadunt q̄ aut inductione, aut fide aliqua, aut periculo, demōne non euadūt. & hoc est, quod dicit Cōm. etiā. 4. cœli. cō. 22. Alia est latentia, quæ indiget syllogismo, & alia est latentia quæ indiget inductione. & secundo phy. cōmen. 3. dixit q̄ syllogismi hyppotetici per naturā sumunt in declaratione illorū, quæ indigent modicula innuitione: sicut vtitur diuisio & inductio. per talia. n. nullū oīno ignotū naturalr oñdi pōt. quia aūt implicat contradictionē aliquod subiectū in scientia, in qua est subiectū, esse oīno ignotū naturalr, quia tunc non esset subiectum, cū de subiecto oportet præcognoscere quid, & quia: si tñ contingat subiectū illud aliqualr indigere aliqua declaratione, illud fiet p disciplinæ manerié, & nō per viam doctrinæ, sicut est triplex genus demōnis. Et hoc etiam est de intentione Auerr. manifeste in. 1. priorum in digressione de syllogismis hypotheticis. Dicamus ergo Diuinum subiectū suū formale: habito, & recepto pro cōstanti à Naturali subiecto suo materiali, declarare illud posse aliqua fide, aliquo periculo, aliqua inductione, vt dicit Arist. & Them. locis allegatis: sed dicimus ipsum tale demonstrare non posse. Vnde Cōm. cō. 5. 12. meta. dicit q̄ primus Philosophus declarat abstractū esse q̄ est principiū substantiæ sensibilis, sed postquam acceptt pro concesso huiusmodi esse substantiam à Naturali. ecce quod dicit declarat, & non demonstrat. quia sm Arist. expresse. 2. poste. tex. cō. 9. talia oportet supponere, vt sint, & quid sint. & si indigeant aliqua declaratione, oportet ea alio modo, supple, q̄ demonstratiuo, ea nota facere, sicut bene exposuit ibi Them. & Cōm. Vnde si quæras exemplum quo modo pōt declarare Diuinus ex consyderatione substantiæ vt ens, primam formam esse, dico per syllogismum hypotheticum per naturā, sic arguendo. si substantiæ, quæ sunt entia per participationem, sunt, primum ens est, & prima forma est: sed substantiæ per participationem entes sunt: ergo primum ens est, & prima forma est. ista est declaratio, non demonstratio, est innuitio, est fides aliqua, nō vera probatio. quia syllogismus iste habet adduci ad confirmādum ea, quæ indigent aliqua suasione, non ad probandū naturalr ignota.

Trigesi ma terria contradict. est in cō. 70. vbi dicit q̄ potentia materiæ non est de essentia materiæ. Et. 1. ca. de substan. orbis dicit oppositum: inquit. n. q̄ potentia est differentia substantialis materiæ. Et ad hoc quidam Auerroistæ dixerunt in materia duplicem esse potentiam, vnam, quæ est potentia receptiua formæ, & est altera pars cōpositi: & illa potentia est substantia materię & essentia eius. & de hac locutus fuit Philosophus. 8. meta. tex. cō. 15. vbi reddens causam, qūo ex materia & forma fiat vnum, dicit q̄ nulla alia est, nisi quia materia est potentia, & forma est actus. ex actu aūt & potentia fit per se vnum, & de hac locutus est Cōm. 1. cap. de substantia orbis, qñ dixit potentiā esse dñam substantialē materiæ. Aliā dixerunt potentiam esse in materia, qua respicit potenti am actiuam agentis, per quā potentia deducitur de potentia in actum, vt actu imprimatur sibi forma. & illa potētia, qua sic respicit agens, est de genere relationis: & est quædam proprietas consequēs essentiam materiæ. & de hac potentia dicit locutum fuisse Auerro. in hoc cō. 70. dum dixit q̄ potentia non est in essentia materiæ: quia tunc materia esset de prædicamento ad aliquid. Alij dixerunt in materia duplicem esse potentiam, remotam & propinquam: sicut est sententia Cōm. 1. cœli. cōm. 120. & 4. physi. cōm. 120. & tunc dixerunt potentiam remotam esse de essentia materiæ. secundam vero dixerunt esse relationē: & sic concordant dicta Cōm. Alij dixerunt distinguentes de duplici potentia. vna est absoluta: & hanc dicunt esse propriam materiæ passionem. & dicunt eam esse absolutam, non quia per talem materia nulla ratione relatiua sit ad operationem, sed eò q̄ respicit generatim, & indifferenter omne gen⁹, omnemq; speciē, ac omne indiuiduū formæ.

1. physico. com. 70.

Aliorū responsiones.

formæ. & dicunt hanc potentiam esse propriam materiæ naturalitatē. Aliam vero dicunt potentiam esse respectiuam, quæ non vna rōne est. sed, si ad formā genericā, generalis est: si ad specificā specifica: si ad indiuidua indiuidualis. primo igitur modo potentia est dña substantialis, vel loco dnæ posita: secundo modo est relatio. & dicunt potentiam secundo modo dictam esse generabilem & corruptibilē omnino. & ideo dicunt istam secundā potentiam differre à materia. Ista sunt dicta oīum ferè Auerroistarū vsq; ad nostra tempora. Et licet nos fecerim⁹ prolixā satis q̄ōnem hoc anno super isto loco, vbi diffuse satis materiam istam pertractauimus: tunc tñ quædam breuiter volo colligere pro vtilitate vestra, & pro inquisitione veritatis. Et, quia oīs cōtradictor super inquisitione veritatis in primis excusandus est, dico salua reuerentia oīum taliter opinantium q̄ ipsi non habent mentem Auerr. nec recte glosant eius verba. oēs istæ tres responsiones concordant super hoc pūcto, q̄ in materia est duplex potentia, vna q̄ est relatio, alia quę est distincta à relatione, & per consequens illa est absoluta. omne. n. ens distinctum contra relationē est ens absolutum. Sed istud est purus error, & cōtra oēs Peripateticos. Nam quæro de potentia illa absoluta quid sit, vtrū sit potentia actiua, an potentia passiua: an, vt alij dicunt, sit aliqua potentia obiectiua. &, si fingendi daretur licentia, non posset in casu verificari, nisi alterum istorum. Non est dicendum q̄ sit potētia actiua: quia omnes dicunt q̄ per istam potentiam materia recipit formam. Nec obiectiua. quia, si obiectiua, ista est res relatiua ad actum entitatiuum, & per consequens nō est absoluta. Si passiua, vt dicere videntur omnes. tunc arguatur sic. Potentia passiua non est aliquid absolutum: quia suum esse est ad aliud se habere. nam potentia passiua est principium transmutandi ab altero inquantum alterum. patet autē, q̄ hoc importat respectum ad actum receptum ab agente vt ab agente: sicut potentia actiua importat respectum ad actum, vt imprimitur in passum vt in passum. quælibet igitur potentia respectiua est. ergo vti distinctione, vbi non opus est, est distinguere de lana caprina. Præterea specialiter contra tertiam viam, falsum est q̄ potentia respectiua sit corruptibilis omnino. Nam potentia respectiua specifica, & generica sunt eternæ simpliciter, & à parte ante, & à parte post respectu primi termini, ad quē primo

Earū impugnationes.

referunt͛, cùm species sint æternæ s̄m Philosophos. bene verū est q̄ potentiæ istæ respectu formæ indiuidualis, quā per accidens & secundario respiciunt, sunt corruptibiles p accidens à parte post tantum, sicut recte declarat Cōm. 1. cœli. cō. 120. & 4. phy. cō. 120. Et propter hoc aliter nobis visum est dicere q̄ quælibet potentia in materia existens respectiua est. Et vlterius dico potentiam istā vno modo esse de essentia materiæ, & alio modo minime. vnde indubitanter credo Auerr. imitatum fuisse Themistium in sua disgressione speciali & aurea, quam facit super primo phy. cuius opinio, vt summatim dicam, consistit in hoc puncto. Materia dupliciter potest consyderari. Vno modo in se, & quo ad sua prædicata, quę in suo esse quiditatiuo sibi attribuuntur, & sic, cum materia sit quoddam ens absolutum, cùm substantia sit, sic non includit quiditatiue, & essentialiter aliquem modum potentiæ, neq; remotam, neq; propinquam, neq; passiuā, neq; actiuam, neq; obiectiuam. Nam vt dixit Auicē. 5. suæ meta. Equinitas est tantum equinitas, nec vna, nec plures, nec singularis, nec vniuersalis, nec actu, nec potentia. Et istam primam consyderationem subtiles nominauere primum signum naturæ. Alia est consideratio materiæ, vt habet comparationem ad alia, & ad ipsam formā, quam recipit, & ad agens, à quo ipsam formā recipit. & in tali consyderatione, quæ consyderatio in comparatione consistit, ipsa materia includit quiditatiue ipsam potentiam, q̄ potentia est potentia passiua, quæ potentia passiua non est res absoluta, immo est relatio quædā, quæ identificat͛ realiter cū essentia materiæ: & est dña substantialis materiæ eo modo, quo Auer. loquitur de dñijs, dum dixit. Actus & potentia sunt differentiæ valde oppositæ entis, & circuunt omne genus. Declaraui. n. alias de intentione Cō. duplex esse genus, & duplices esse differentias, s. per analogiam, & per vniuocationē. vnde sicut ens, s̄m ipsum, genus est analogum, ita actus & potentia sunt differentię analogicæ entis: quas Moderniores modales differentias nuncupauere. ens igitur per potentiam constituit materiam, sicut ens per actum constituit formam. Vnde Philosophus. 12. meta. tex cōm. 8. volens declarare quod sit esse materiæ, diuidit prius esse per potentiam & actum, & concludit materiam esse ens in potentia. Et, si cōsyderetur probatio Philosophi & processus eius, loquitur de potētia passiua & receptiua materiæ,

Propia solutio. Sermo de potentia materiæ.

teriæ, & non de potētia obiectiua, ficut qui dam voluere. ſed hoc aliàs. Ad propoſitum igitur dico tam actum, q̃ potentiam eſſe de quiditate & materiæ & formæ, in ſecunda ſui conſyderatione, ſm quam habent adin uicem comparationem: quia materia, vt ens in potentia refertur ad formam, vt eſt ens in actu. Et iſta conſyderatio de materia, in qua conſyderatur quò ad prædicata qui ditatiua, quæ ſibi competūt in primo ſigno naturæ, eſt Diuini. prædicata. n. ſub quibus concipitur materia in tali eſſe. ſunt abſoluta, cuiuſmodi eſt ſubſtantia & ens. patet au tem q talia pertinent ad Diuinum. Naturalis. n. non conſyderat materiam ſub aliquo prædicato abſoluto, quod competat materiæ in prima ſui contemplatione. quia, ſi quod eſſet, maxime eſſet natura. natura au tē prædicatū reſpectiuū eſt, cùm ſit principiū motus. Et hoc expreſſe ſentit Cōmen. 2. phy. cōm. 21. vbi dicit, q materia, vt eſt vnū entium, pertinet ad Diuinum. Et Cōm. 4. ibidem, necnon. 7. meta. cōm. 9. & 8. meta. commen. 4. expreſſe dicit, q materiam eſſe ſubſtantiam pertinet ad Metaphyſicum: ſed materiam eſſe ſubiectum pertinet ad Naturalem. Et hoc etiam ſentit Commenta. 12. metaphy. commen. 14. vbi dicit quòd conſyderatio materiæ in ſe, & abſolute pertinet ad primum Philoſophum. ſed de conſyderatione materiæ in ſecunda ſui conſyderatione, per quam cognoſcitur in comparatione ad alia, diſtinguendum eſt, nam talis comparatio poteſt eſſe tranſcendens, & poteſt eſſe limitata. & primo quidem modo conſyderatur adhuc à Diuino. nam Cōm. expreſſe. 7. metaphyſi. cōmen. 9. dicit quòd materia, vt eſt ens in potentia, conſyderat à Diuino Philoſopho. & ita etiam forma, vt actus, conſyderatur à Diuino. quia Philoſophus. 8. metaphyſi. 15. dicit ideo ex materia & forma fieri per ſe vnum: quia illud potentia, hoc vero actus. ſed loquendo de materia in ſecundo eſſe, quo ad comparationem limitatam, videlicet vt eſt in potentia ad formam per tranſmutationem, ſic pertinet ad Naturalem. Et ſic intelligitur dictū Cōmenta. in. 2. phyſico. cōm. 21. q materia in reſpectu formæ eſt conſyderationis naturalis. vnde licet materia ſm rem non ſit in potentia ad formā, niſi per tranſmutationē, tñ prior eſt ratio potentiæ & actus, q̃ ratio tranſmutationis, iuxta illud Philoſophi. 9. metaphy. tex. cōm. 1. in plus eſt poten tia & actus eorum, quæ dicuntur ſecundū motum ſolum. Dico igitur iuxta Themiſtij, & Cōmen. ſententiam materiam in ſecunda ſui conſyderatione includere quiditatiue potentiam, ſiue limitata ſit, ſiue tranſcendens. nam potentia abſolute eſt de quiditate materiæ, vt materia refert ad formā. quia materia, vt refertur ad formā, quæ eſt actus, non poteſt abſolui à potentia in ſuo intellectu, cùm potentia ſit ratio referibilitatis ad actū. vnde licet paternitas non ſit de ratione Socratis, vt eſt ſubſtantia, eſt tñ de ratione Socratis, vt refertur ad filiū, quia non niſi paternitate refertur. Vnde Boetius ſuper prædicamentis dixit nihil inconueniens vnum, & idem reponibile eſſe in diuerſis prædicamentis ſub diuerſis conſyderationibus. homo abſolute eſt in prædicamēto ſubſtantiæ: ſed homo. vt pater, eſt in prædicamento relationis. ſimiliter materia vt refertur ad formam vt ad actum tranſmutabilem, quiditatiue includit vt ſic potentiā tranſmutabilem: & ſic conſyderat eam Naturalis. vnde omnis conſyderatio, quam habet Naturalis de materia eſt conſyderatio relatiua. Et ideo non inconuenienter dixit Philoſophus. 2. phyſic. 26. materiam relatiue dici ad formā. non omnis tñ conſyderatio, quam habet Diuinus de materia, eſt relatiua: quia etiam aliquam abſolutam habet, ſicut illam, quæ eſt prima, & mere quiditatiua. Vnde Naturalis conſyderat materiam, vel ſub habitudine, quā habet ad formam tranſmutabilem nondū exiſtentem in ipſa, vel ſub habitudine ad formā tranſmutabilē, quæ actu eſt in ea. Et primo quidē modo recte dicitur materia, & ſecundo modo rectius dicitur ſubiectū. Vnde Cō. 7. meta. cō. 9. dixit q materia, vt eſt ens in potentia per tranſmutationē, pertinet ad Naturalē. Et hoc dicit quantū ad iſtā conſyderationē, ſm quā materia à Naturali conſyderata reſpicit futura. & in. 8. meta. cōm. 4. dixit materia vt eſt ſubiectum, conſyderatur à Naturali. & hoc dicit, quantum ad conſyderationem, qua reſpicit præſentia. Vnde Themiſtius authoritate Boethi, materia qualitatibus ſenſibilibus informata ex materia tranſit in ſubiectum. Et iſtam ſententiam voluit dicere Cōm. 1 cap. de ſubſtantia orbis. ibi enim conſyderat materiā naturaliter, & vt eſt receptiua omnium formarum per trāſmutationem. Et ideo dicit, q neceſſe eſt naturam huius ſubiecti eſſe naturam potentiæ, ſ. q potentia ſit differentia ſubſtãtialis eius. & ideo nullā habet formā. Et patet q hic loquit de potentia paſſiua materię: quia illa eſt, per quā recipit omnem

nem formam à primo motore, in cuius potentia actiua sunt omnes formæ. Et hoc testatur Philosophus & Côm. 9. meta. tex. cô. 2. vbi habent ipsi quod in definitione omnis potentiæ passiuæ accipitur definitio primæ materiæ: sicut in definitione omnis potentiæ actiuæ sumitur definitio actionis primæ formæ. & sequitur postea Cô. in eodem primo cap. & dicit. Et ideo nullã habet formã propriã, & naturã existentem in actu. sed eius substantia est eius posse. & ex hoc materia recipit omnes formas. ecce quod loquitur de potentia passiua materiæ. Et postea sequitur. sed posse, quò substantiatur hoc subiectũ, differt etiã à natura subiecti, quod substantiatur per hoc posse, in hoc, quod posse dicitur respectu formæ. hoc aũt subiectum est vnũ entium, s. absolutorum. Ecce, bone Deus, quõ Commenta. de vna & eadem potentia materiæ loquitur semper vniformiter, & vno modo. quia de illo posse, de quo supra dixerat, quod erat differentia substantialis materiæ, de illo ponit differentiam postea cũ ipsa materia, quod tale posse est relatio. & materia est ens absolutum. Quomodo igitur errauerunt ita grauiter expositores Auer. existimantes ipsum in contradictione esse? Et quõ imaginantur aliam esse potentiam, quam Côm. dicit esse differentiam substantialem materiæ, & aliam esse potentiã, quæ sit relatio, & non sit de eius essentia, cùm vniformiter de vna potẽtia loquatur semper: sicut luce clarius ostendunt verba eius. Et quõ finxerunt potentiã receptiuã materiæ esse ens absolutum, cùm ipse dicat eam esse relationẽ. Et vbi inuenerunt in Arist. vnquã potentiã absolutã non video: nisi velint impropriè loqui, & metaphorice. quod nõ decet Philosophum. Dicamus ergo quod imaginatio Auer. est eadem cum imaginatione Themistij, sed sub obscurioribus verbis dicta. Eadem potentia passiua est de essentia materiæ, & est differentia substantialis materiæ. & dico quod est dña analoga, non vniuoca: sicut ens est genus analogum. 2. de anima côm. 30. & 5. meta. cô. 4. & 4. meta. cô. 2. & 1. de anima. cô. 7. & 3. de anima. cô. 4. Et non oportet dicere quod sit differentia circũlocutiua: vt dicunt omnes, qui multũ detrahũt intellectui nostro. ferè. n. dicunt oẽs ferũ differentias esse circũlocutiuas. & mirum est quõ intellectus noster sit adeo rudis, cum tñ nihil sit naturaliter ignotum nostro intellectui. 2. phy. 47. & talis potentia non est de essentia materiæ, nisi in secũda sui consideratione. Et, quia aliquis posset credere talem potentiã omni modo esse de quiditate materiæ: &, quia Côm. tenet cũm Themistio quod materia in sui primo intellectu non includit nisi prædicata quiditatiua, quæ absoluta sunt, propter hoc statim documentum apposuit, declarando differentiã inter materiam, & talem potentiã, dicẽs, quod materia est ens absolutum, & talis potentia est ens respectiuum. &, quia absolutum, vt absolutũ, non includit in primo signo naturæ aliquid respectiuum, sic materia in primo signo non includit potentiam, sed solũ in secundo. Et sic etiam locutus est Cô. de potentia. 1. phy. cô. 7. vbi dicit quod, si potentia esset de quiditate materiæ, tunc substãtia materiæ esset ad aliquid. ibi. n. habet pro incõuenienti materiam in suo esse quiditatiuo primo, secundum quod in se consideratur, quod potẽtia sit de eius quiditate: quia tunc sine dubio materia non esset ens absolutũ, sed ens respectiuum. similiter substantia materiæ corrumperetur ablatione potentiæ & præsentia formæ. nam talis potentia passiua respectũ dicit ad formã recipiendã sub rõne, qua recipit eã ab agẽte. & talis potẽtia, quò ad illũ respectũ corrũpitur, inducta forma. & ideo, si potentia esset de primo conceptu materiæ, materia esset corruptibilis, quod tñ falsum est. quia materia ĩ suo primo esse abstrahit à generatione & corruptione: quia est tantum ipsa, eo modo, quo Auic. dixit quod equinitas est tãtum equinitas. Sed tu dices. cùm per te materia in secunda contemplatione sui includat quiditatiue talem potentiam: igitur, cum talis potentia sit corruptibilis, sequitur quod materia erit corruptibilis. Et ad hoc dico quod materia per potentiam sui passiuã includit respectũ ad formã cõem per se primo ĩ ordine ad agẽs, & talis nõ est corruptibilis nisi per accidẽs: quia nõ corrũpitur ille respectus, nisi in ordine ad indiuidualẽ formã, quæ per accidens respicitur à tali potẽtia. & sic non habeo pro inconuenienti materiã esse corruptibilẽ, & variabilẽ secundum esse, dum tñ secundum sui essentiã inuariabilis permaneat. Bene tñ pono in materia potẽtias proprias distinctas a materia, per quas materia primo respicit formas indiuiduales. numerus. n. formarũ coegit ponere numerũ potẽtiarũ. 12. meta. cô. 11. Et istæ potentiæ indiuiduales sunt bene simpliciter generabiles & corruptibiles. & tales nullo modo sunt de quiditate materiæ. Et istæ sunt infinitæ successiue, non in actu. sicut pessime opinatus est Iohã. de Gandauo in quæstione propria de potẽtia materiæ super. 1. physic. sed ipse non vidit

teriæ, & non de potētia obiectiua, sicut quidam voluere. sed hoc aliàs. Ad propositum igitur dico tam actum, q̃ potentiam esse de quiditate & materiæ & formæ, in secunda sui consyderatione, ſm quam habent adinuicem comparationem: quia materia, vt ens in potentia refertur ad formam, vt est ens in actu. Et ista consyderatio de materia, in qua consyderatur quò ad prædicata quiditatiua, quæ sibi competūt in primo signo naturæ, est Diuini. prædicata. n. sub quibus concipitur materia in tali esse. sunt absoluta, cuiusmodi est substantia & ens. patet autem q; talia pertinent ad Diuinum. Naturalis. n. non consyderat materiam sub aliquo prædicato absoluto, quod competat materiæ in prima sui contemplatione. quia, si quod esset, maxime esset natura. natura autē prædicatū respectiuū est, cùm sit principiū motus. Et hoc expresse sentit Cōmen. 2. phy. cōm. 21. vbi dicit, q; materia, vt est vnū entium, pertinet ad Diuinum. Et Cōm. 4. ibidem, necnon. 7. meta. cōm. 9. & 8. meta. commen. 4. expresse dicit, q; materiam esse substantiam pertinet ad Metaphysicum: sed materiam esse subiectum pertinet ad Naturalem. Et hoc etiam sentit Commenta. 12. metaphy. commen. 14. vbi dicit quòd consyderatio materiæ in se, & absolute pertinet ad primum Philosophum. sed de consyderatione materiæ in secunda sui consyderatione, per quam cognoscitur in comparatione ad alia, distinguendum est, nam talis comparatio potest esse transcendens, & potest esse limitata. & primo quidem modo consyderatur adhuc à Diuino. nam Cōm. expresse. 7. metaphysi. cōmen. 9. dicit quòd materia, vt est ens in potentia, consyderat̃ à Diuino Philosopho. & ita etiam forma, vt actus, consyderatur à Diuino. quia Philosophus. 8. metaphysi. 15. dicit ideo ex materia & forma fieri per se vnum: quia illud potentia, hoc vero actus. sed loquendo de materia in secundo esse, quo ad comparationem limitatam, videlicet vt est in potentia ad formam per transmutationem, sic pertinet ad Naturalem. Et sic intelligitur dictū Cōmenta. in. 2. physico. cōm. 21. q; materia in respectu formæ est consyderationis naturalis. vnde licet materia ſm rem non sit in potentia ad formā, nisi per transmutationē, tñ prior est ratio potentiæ & actus, q̃ ratio transmutationis, iuxta illud Philosophi. 9. metaphy. tex. cōm. 1. in plus est potentia & actus eorum, quæ dicuntur secundū motum solum. Dico igitur iuxta Themistij, & Cōmen. sententiam materiam in secunda sui consyderatione includere quiditatiue potentiam, siue limitata sit, siue transcendens. nam potentia absolute est de quiditate materiæ, vt materia referẽ ad formā. quia materia, vt refertur ad formā, quæ est actus, non potest absolui à potentia in suo intellectu, cùm potentia sit ratio referibilitatis ad actū. vnde licet paternitas non sit de ratione Socratis, vt est substantia, est tñ de ratione Socratis, vt refertur ad filiū, quia non nisi paternitate refertur. Vnde Boetius super prædicamentis dixit nihil inconueniens vnum, & idem reponibile esse in diuersis prædicamentis sub diuersis consyderationibus. homo absolute est in prædicamēto substantiæ: sed homo, vt pater, est in prædicamento relationis. similiter materia vt refertur ad formam vt ad actum transmutabilem, quiditatiue includit vt sic potentiā transmutabilem: & sic consyderat eam Naturalis. vnde omnis consyderatio, quam habet Naturalis de materia est consyderatio relatiua. Et ideo non inconuenienter dixit Philosophus. 2. physic. 26. materiam relatiue dici ad formā. non omnis tñ consyderatio, quam habet Diuinus de materia, est relatiua: quia etiam aliquam absolutam habet, sicut illam, quæ est prima, & mere quiditatiua. Vnde Naturalis consyderat materiam, vel sub habitudine, quā habet ad formam transmutabilem nondū existentem in ipsa, vel sub habitudine ad formā transmutabilē, quæ actu est in ea. Et primo quidē modo recte dicitur materia, & secundo modo rectius dicitur subiectū. Vnde Cō. 7. meta. cō. 9. dixit q; materia, vt est ens in potentia per transmutationē, pertinet ad Naturalē. Et hoc dicit quantū ad istā consyderationē, ſm quā materia à Naturali consyderata respicit futura. & in. 8. meta. cōm. 4. dixit materia vt est subiectum, consyderatur à Naturali. & hoc dicit, quantum ad consyderationem, qua respicit præsentia. Vnde Themistius authoritate Boethij, materia qualitatibus sensibilibus informata ex materia transit in subiectum. Et istam sententiam voluit dicere Cōm. 1 cap. de substantia orbis. ibi enim consyderat materiā naturaliter, & vt est receptiua omnium formarum per trāsmutationem. Et ideo dicit, q; necesse est naturam huius subiecti esse naturam potentiæ, s. q; potentia sit differentia substātialis eius. & ideo nullā habet formā. Et patet q; hic loquiẽ de potentia passiua materię: quia illa est, per quā recipit omnem

item formam à primo motore, in cuius potentia actiua sunt omnes formæ. Et hoc testatur Philosophus & Com. 9. meta. tex. co. 2. vbi habent ipsi q in definitione omnis potentiæ passiuæ accipit definitio primæ materiæ: sicut in definitione omnis potentiæ actiuæ sumitur definitio actionis primæ formæ. & sequitur postea Co. in eodem primo cap. & dicit. Et ideo nullã habet formã propriã, & naturã existentem in actu. sed eius substantia est eius posse. & ex hoc materia recipit omnes formas. ecce q loquitur de potentia passiua materiæ. Et postea sequitur. sed posse, quò substantiatur hoc subiectũ, differt etiã à natura subiecti, quod substantiatur per hoc posse, in hoc, q posse dicitur respectu formæ. hoc aũt subiectum est vnũ entium, s. absolutorum. Ecce, bone Deus. quõ Commenta. de vna & eadem potentia materiæ loquitur semper vniformiter, & vno modo. quia de illo posse, de quo supra dixerat, q erat differentia substantialis materiæ, de illo ponit differentiam postea cũ ipsa materia, q tale posse est relatio. & materia est ens absolutum. Quomodo igitur errauerunt ita grauiter expositores Auer. existimantes ipsum in contradictione esse? Et quõ imaginantur aliam esse potentiam, quam Côm. dicit esse differentiam substantialem materiæ, & aliam esse potentiã, quæ sit relatio, & non sit de eius essentia, cùm vniformiter de vna potẽtia loquatur semper: sicut luce clarius ostendunt verba eius. Et quõ finxerunt potentiã receptiuã materiæ esse ens absolutum, cùm ipse dicat eam esse relationẽ. Et vbi inuenerunt in Arist. vnquã potentiã absolutã non video: nisi velint impropriè loqui, & metaphoricè. quod nõ decet Philosophum. Dicamus ergo q imaginatio Auer. est eadem cum imaginatione Themistij, sed sub obscurioribus verbis dicta. Eadem potentia passiua est de essentia materiæ, & est differentia substantialis materiæ. & dico q est dña analoga, non vniuoca: sicut ens est genus analogum. 2. de anima côm. 30. & 5. meta. cõ. 4. & 4. meta. cõ. 2. & 1. de anima. cõ. 7. & 3. de anima. cõ. 4. Et non oportet dicere q sit differentia circũlocutiua: vt dicunt omnes, qui multũ detrahũt intellectui nostro. ferè. n. dicunt oẽs ferũ differentias esse circũlocutiuas. & mirum est quõ intellectus noster sit adeo rudis, cum tñ nihil sit naturaliter ignotum nostro intellectui. 2. phy. 47. & talis potentia non est de essentia materiæ, nisi in secũda sui consideratione. Et, quia aliquis posset credere talem potentiã omni modo esse de quiditate materiæ: &, quia Côm. tenet cũm Themistio q materia in sui primo intellectu non includit nisi prædicata quiditatiua, quæ absoluta sunt, propter hoc statim documentum apposuit, declarando differentiã inter materiam, & talem potentiã, dicẽs, q materia est ens absolutum, & talis potentia est ens respectiuum. &, quia absolutum, vt absolutũ, non includit in primo signo naturæ aliquid respectiuum, sic materia in primo signo non includit potentiam, sed solũ in secundo. Et sic etiam locutus est Cõ. de potentia. 1. phy. cõ. 7. vbi dicit q, si potentia esset de quiditate materiæ, tunc substãtia materiæ esset ad aliquid. ibi. n. habet pro incõuenienti materiam in suo esse quiditatiuo primo, sm quod in se consideratur, q potẽtia sit de eius quiditate: quia tunc sine dubio materia non esset ens absolutũ, sed ens respectiuum. similiter substantia materiæ corrumperetur ablatione potentiæ & præsentia formæ. nam talis potentia passiua respectũ dicit ad formã recipiendã sub rõne, qua recipit eã ab agẽte. & talis potẽtia, quò ad illũ respectũ corrũpitur, inducta forma. & ideo, si potentia esset de primo conceptu materiæ, materia esset corruptibilis, quod tñ falsum est. quia materia ĩ suo primo esse abstrahit à gñatione & corruptione: quia est tantum ipsa, eo modo, quo Auic. dixit q equinitas est tãtum equinitas. Sed tu dices. cùm per te materia in secunda contemplatione sui includat quiditatiue talem potentiam: igitur, cum talis potentia sit corruptibilis, sequitur q materia erit corruptibilis. Et ad hoc dico q materia per potentiam sui passiuã includit respectũ ad formã cõem per se primo ĩ ordine ad agẽs, & talis nõ est corruptibilis nisi p accidẽs: quia nõ corrũpitur ille respectus, nisi in ordine ad indiuidualẽ formã, quæ per accidens respicitur à tali potẽtia. & sic non habeo pro inconuenienti materiã esse corruptibilẽ, & variabilẽ sm esse, dum tñ sm sui essentiã inuariabilis permaneat. Bene tñ pono in materia potẽtias proprias distinctas a materia, p quas materia primo respicit formas indiuiduales. numerus. n. formarũ coegit ponere numerũ potẽtiarũ. 12. meta. cõ. 11. Et istæ potentiæ indiuiduales sunt bene simpl r generabiles & corruptibiles. & tales nullo modo sunt de quiditate materię. Et istæ sunt infinitę successiue, non in actu. sicut pessime opinatus est Ioh. de Gandauo in quæstione ppria de potẽtia materiæ super. 1. physic. sed ipse non vidit

Côm.1.celi.cô.120.nec recordatus est cô. 120. 4.phy. Ista est igitur sententia nostra. q vt vides oém contradictionê excludit omnemq; difficultatem absoluit. et licet noua sit, non tñ propter hoc contemnenda: cũ cõ suetudo sit quid extraneũ, accidẽs veritati.

physico. tex.79. Trigesimaquarta contradi. est in tex. 79. Dicit Arist. & Côm. q Plato defecit in hoc, q non animaduertit dñiam inter materiã, & priuationem. vnde Côm. dicit cõ. 79. q Arist. incœpit inducere differentias veras inter materiam & priuationem. Sed opponebã p cap. 3. primi de partibus animaliũ, vbi habet Arist. q priuationis, qua priuatio est, nulla est dña. Dicimus q Plotinus ille nobilis Platonicus, multũ insistit aduersus Peripateticos asserentes materiam & priuationem esse vnum subiecto, & ratione tñ differre.

Solutio. Nam debuisset prius Arist. ponere vtriusq; rationem, & tunc debuit videre an distinguantur definitione. nam quæ rõnibus, & definitionibus differunt, oportet talia definitiones habere. Et tunc, si materia habet rõnem, & priuatio similiter hoc quidem esse nõ poterit, nisi altero trium modorũ. aut q neutrũ in ratione alterius ponatur, & tunc erunt non solũ duo in ratione, immo duo in esse & subiecto. aut vtrũque ponitur vicissim in ratione alterius, sicut simum cum naso simo. nam in definitione simi ponitur nasus, & econtra in definitione nasi simi ponitur simum. & tunc etiam sequitur q sint duo. si vero se habeãt q vnum ponatur in ratione alterius, & non ecõtra, sicut calor ponitur in ratione ignis, non aũt ignis in ratione caloris, tunc sequitur q priuatio erit sicut forma, & materia vt subiectũ. & tunc adhuc sequitur q non sunt vnum. Dicimus q se habent tertio modo. quia priuatio ponitur in ratione materiæ, quantum ad secundam sui notionem, qua refertur ad alia. materia .n. negatione cognoscitur, vt dicit Philosophus in. 10. meta. in tex. côm. 24. non tñ ex hoc sequitur q sint duo, nisi fm rationẽ. Et quod obijciebatur, quia tunc priuatio erit species, & materia erit subiectũ, sicut calor respectu ignis nam calor necessario ponitur in ratione ignis, & non econtra. Soluitur, q priuatio, q est in prima materia, est sicut species, vt dicit Philosophus in. 2. phy. in tex. cõ 11. fm alteram expositionem Côm̃. ibi. sed non est vera species, sicut calor respectu ignis. vnde est dña magna inter calorem & ignem, & inter materiam & priuationem. calor enim dicit formam quandam positiuam, & rem additam supra naturam ignis, siue sit substantia, siue accidens non curo. sed priuatio supra naturam materię non ponit aliquam formam positiuam: alioquin materia ipsa esset formata nec ponit aliquam rem positiuam: quæ sit substantia vel accidens, sed solum dicit negationem oĩum formarum formaliter loquendo. & hoc est, quod pulchre dicit Themistius in digressione, q cum dicimus materiam informẽ, vel in affectã. nomen inaffecta, non dicit aliquam priuationem: quia cũ priuatio qualitas quædam sit, accideret materiam esse qualem, sed dicit negationem puram. Et hoc assenerat & Côm̃. in cõ. 79. dicens q priuatio non est substantia, nec accidens, formaliter loquendo. Dicit aũt talis priuatio in materia, quæ negationem formarum oĩum importat, esse quodammodo species materiæ, inquantum natura eius tali priuatione, seu negatione cognoscitur. dicim⁹ .n. vt asserit Cõ. in. 7. meta. cõ. vlt. q materia est natura illa. cuius quiditas, & forma est recipere formã. nam. 7. meta. te. cõ. 8. Materia non est quid, nec quale, neq; quantũ, nec vlr aliquid eorum. quibus ens est determinatum, sed est potentia oĩa hæc. quia igitur in secunda notione sui materia, qua comparatur ad alia priuatione & negatione describitur, sic priuatio est de ratione eius, & est illi, sicut species & forma. in prima autẽ sui notione est quædam substantia & entitas absoluta, & sic numeratur in entibus. & quia eius priuatio formaliter consyderata non numeratur in entibus, sic sunt duo in ratione, materia, & eius priuatio. Ad authoritatem aũt Arist. respondet, q verũ est, q priuatio dñias non habet, quib⁹ in species diuidi possit. Arguit. enim ibi contra illos, qui dñias per priuationes dicebant fieri nõ posse, vt eius, quod non est species aliqua, esse possit, per hoc tñ non negat Philosophus, quin ratio priuationis non sit aliquid, ratione distinctum à materia. priuationes .n. quodammodo habent definitiones. Moderni aũt formalizãtes dicunt non ens esse non idem enti, & non proprie concedunt differre, aut distingui ab ente. sed nos illũ modũ visitatum inuenimus apud Peripateticos: & ideo non curamus de dicto eorum.

Trigesimaquinta contradictio est in te. 81. Dicit Philosopus. Existente .n. quodam diuino, & bono, & appetibili, alterum quidem contrarium ipsi esse dicimus, alterum vero, quod aptum natum est appetere, & desyderare ipsum fm suipsius naturam. vbi 1. physic. tex. 81.

Themistius

Themistius & Côm. per bonum diuinum, & appetibile exponunt primam formam, & primã causam. Sed tunc est côtradictio, quia sequit ꝙ priuatio sit contraria primæ formæ. sed hoc est inconueniens, quia ex fine duodecimi primæ philosophiæ. Primo nihil est contrarium. & ratio est, vt ibi dicitur, nam oia contraria materiam habent. est.n. eadem materia contrariorũ. prima causa aũt seu prima forma est abstracta à materia. Themistius dicit, hinc igitur formæ primæ, quæ ab omni abiuncta est materia, quæ libera vndiq; & impromiscua in totumq; abstracta & separata, atque his præterea formis, quæ profectæ sunt ab illa, & in materia constitutæ, contraria est & aduersa priuatio. Et ista sententia Themistij est valde difficilis, & forte falsa. quia licet formis in materia constitutis, quæ sunt participationes quædam primæ formæ, & primæ perfectionis, sit côtraria priuatio, tamẽ quõ priuatio sit côtraria primæ formæ difficile, immo impossibile est saluare. non.n. omni bono malum, aut priuatio dicitur esse contraria, sed bono existenti in materia. & in gñatione, quod est bonum ſm participationem dictum, malũ dicitur esse contrarium. similiter nõ omni cognitioni ignorantia dr esse contraria: vt testatur Philosophus in fine duodecimi primæ Philosophię contra Antiquos. inquit.n. & alijs quidem necesse est scientiæ honoratissimæ, & sapiẽtiæ aliquid côtrarium esse, nobis aũt non

Solutio. Et ideo dicendum puto, ꝙ bene formis in materia existentibus, quæ sunt participationes primæ formæ, & bonitatis, eius ratione, cuius materia naturalr formas tales desyderat, priuatio est contrarium. sic.n. consequitur, vt participet perfectionem primæ formæ, inquantũ recipit formas, quæ sunt participationes quædam diuinæ bonitatis, & diuini esse. Si quis tñ ob Themistij authoritatem vellet dicere priuationem esse contrariam primæ formæ, dicat ꝙ per contrarium intellexit diuersum. nam cùm prima forma sit ois forma in virtute & eminenter 12. primæ philosophiæ côment. 18. oẽs formæ sunt in potentia in prima materia, & sunt in actu in primo motore, priuatio autem, cùm inquantum priuatio, sit absentia formæ, inquantum forma, sic intellectus priuationis est primo diuersus ab intellectu primæ formę. Formis igit in materia existẽtib⁹ priuatio côtrariat, sicut priuatio habitui. primę formę aũt priuatio aduersat mõ prędicto, q̃a sunt isti côcept⁹ aliũ primo diuersi.

Trigesimasexta contradi. est in tex. 82. Arist. & Côm. asserunt priuationem in materia existentem corrumpi per se, non aũt potentiam. Sed obuiabam per authoritatẽ Côm. in. 4. phy. cô. 120. vbi dicit ꝙ potentię, quæ sunt in materia, corrumpuntur. & 12. meta. cô. 11. dicit ꝙ multiplicant ad multiplicationem formarũ. Amplius non valeret ratio eius in. 1. phy. cô. 70. ad probandũ ꝙ potentia non est de substantia materiæ. quia tunc accideret materiam corrumpi in aduentu formæ, si talis potentia, quæ est in materia, esset incorruptibilis. Amplius, quõ priuatio per se corruptibilis esse põt, cũ non sit neq; substantia, neq; accidens. 1. phy. cô. 79? Soluitur. in materia duplex est potentia. Remota, per quam videlicet materia est in potentia ad formam côem. v.g. specificã. & per istam per accidens respicit materia formas indiuiduales. & ista potentia est sicut quædam materiæ proprietas, & est eadẽ realiter cum materia. & de ista intelligitur, ꝙ sit incorruptibilis per se, sicut & materia. Sunt iterum quædam potentiæ propinquæ respectiue, quæ multiplicant ad multiplicationem formarũ. & istę præcipue indiuiduales sunt generabiles & corruptibiles: & postquam sunt corruptę amplius redire non possunt. quia tunc corruptum posset idem numero redire. quia qñ materia fuerit eadem, & agens fuerit idem, & potentia eadem, tunc quod fit est idẽ, vt dicit Cô. 12. meta. cô. 11. potentia igitur remota materię non est corruptibilis per se, sed per accidẽs, sicut materia. Ad illud aũt, quod querebat, quõ materia dr corruptibilis per accidens ratione priuationis, quæ per se corrumpit, cùm priuatio sit formalr non ens, dico ꝙ hoc intelligitur quantum ad denominationem: quia in aduentu formæ non amplius materia denominatur priuata illa forma. vnde etiam de non entibus possunt suo modo propositiones veræ formari, vt ꝙ chimera est non ens, & quòd hircocervus est figmentum. Materia igitur dicitur corrumpi per accidens ratione alterius, scilicet priuationis, quæ dicitur per se corrumpi, quantum ad denominationem.

1. phisico. tex. 82.

Solutio.

SOLV-

SOLVTIONES Contradictionum in dictis Arist. & Auerrois.

Super Secundo Physicorum,

2. physic. com. 1.



PRima contradictio in. 2. Physicorum, est super tex. primo. Aristote. enim in principio Libri inuestigaturus naturæ definitionem, incœpit à rebus naturalibus, quia res naturales sunt manifestiores apud nos, quàm natura, vt dicit Cõmen. in cõm. primo. Sed opponebam. quia tunc, cùm innata sit nobis via, vt à manifestioribus nobis ad notiora naturæ procedamus, vt patet. 1. phy. te. cõ. 2. & 7. primę philosophiæ. tex. cõ. 10. tunc igit͛ Naturalis posset ex rebus naturalibus demr̃are demr̃one quia, naturã esse: cuius oppositũ scribit Philosoph⁹. 2. phy. te. cõ. 6. & Cõ. in cõ. 3. ibidẽ.

Solutio. Nisi esset, ꝙ ad hoc, ꝙ aliquid demõstretur in aliqua scientia, non sufficit ꝙ sit aliquid notius eo, vel quò ad nos. vel quò ad naturã, sed requirit͛ cũ hoc de necessitate ꝙ illud sit quæsitũ in illa scientia, & per consequẽs ꝙ sit naturalr̃ ignotũ. quia ad per se nota, vel ad ea, quæ sumunt͛ pro per se notis ex superiori scientia, scientia non põt erigere aliquod genus demr̃onis. quia non demr̃atur nisi illud, quod est dubium, & ignotũ. alioquin sequeret͛ ꝙ Naturalis posset demr̃are motum esse demr̃one signi contra Philosophum. 1. phy. tex. cõm. 11. vbi habet, Nobis autem subijciatur omnia, aut quædam eorum, quæ natura constant moueri. & Cõ. 1. phy. com. 8. dicit ꝙ motum esse, & pluralitatem entium esse sunt de principijs cognitionis in scientia Naturali. Probatur consequentia. quia mobile est noti⁹ quò ad nos ipso motu, vt testat͛ Philosophus in. 4. phy. tex. cõ. 104. vbi dicit ꝙ mobile maxime notum est, & motus propter id quod mouet͛, & loci mutatio propter id quod fertur. & reddit causam. hoc aliquid enim est quod fertur, motus autem non. vbi. Cõm. inquit, ꝙ motum est notius motu, quia est demr̃atum, & motus non est demr̃atus, sed mens facit ipsum. & idem dicit 7. physi. cõm. 32. vbi dicit ꝙ motum apud nos est notius motu. idem. 4. physico. cõm. 99. propterea igit͛ dicimus cùm naturam esse sit per se notũ, licet naturata quò ad nos sint notiora, nõ sequitur ꝙ ex illis natura possit demonstrari. Vnde etiam Cõm. in. 2. physico. loquens de principijs subiecti scientiæ dicit, ꝙ possunt demonstrari in illa scientia demonstratione signi, & possunt etiam demonstrari demonstratione propter quid in scientia continente subiectum illius artis. & hoc verum est inquit, si principia illa latuerint. quod ideo apposuit, quia ad hoc, ꝙ aliquid demr̃etur in aliqua scientia, vel à posteriori, vel à priori non sufficit ꝙ scientia habeat effectum, aut causam notiorem, sed requiritur ꝙ illud lateat, & sit quæsitum in illa arte.

Secunda contradi. & manifesta est in eodem tex. & cõ. Quia Arist. inter ea, quæ natura constant, enumerat animalia, & plantas, & partes ipsorum, & dicit ꝙ oĩa, quę natura constant habent principium intrinsecum alicuius motus, hæc quidem ſm loci, hæc aũt ſm augmentũ, & diminutionem, quædam aũt ſm alterationem. vbi Cõm. exponens, quæ sint, quæ habent principium augmenti, inquit, & innuit principiũ transmutationis propriæ in vegetabilibus & augmentum. vbi etiam Themistius eodem modo exponit. videtur igitur motus augmenti in vegetabilibus & animalib⁹ à natura perfisci. Sed huius oppositum habet in secundo de anima. in tex commen. 39. vbi contra Empedoclem Aristote. concludit animam esse causam alimenti & augmenti. Et confirmatur ratione, qua ibidem innuitur. quia natura non mouet ad contrarias positiones: sed motus augmenti fit, non solum sursum, verum etiam deorsum: igitur non est à natura, sed ab anima. Et confirmatur. quia anima est actus corporis instr̃alis, naturalis potentia vitã habentis. patet autem ꝙ vita sumitur ꝓ operationibus vitæ, quæ sunt vegetare, sentire, moueri ſm locum, & intelligere. Nisi esset ꝙ non inquit ꝙ eadem sit anima, & natura diuersis modis. nam natura proprie est principium intrinsecũ motus, aut passiuum quod est materia, aut actiuum quod est forma. natura enim duplex est, materia videlicet & forma. Omnia igitur corpora physica dicuntur, si composita fuerint naturata, seu naturalia, ꝓ quanto sunt cõposita ex materia & forma. &, quia in Libro physicorum agitur de principijs, & elementis, tam corporũ simplicium, q̃ compositorum, vt scribit Cõm. 3. cœli cõ. 32. sic corpora perfecta etiam vt sunt animalia & plantæ, vt habent istã compositionẽ ex materia & forma, dicuntur naturalia corpora. nam vt dicitur in. 2. de anima semper in perfectiori continet͛ in virtute minus perfectũ. sicut in sensitiuo vegetatiuum. & sic etiam in re-

in vegetatiuo naturale continet. Anima igitur, vt est forma & principiū intrinsecum, faciens per se vnum cum corpore vt materia, natura dici potest. & sic corpora animata vt sunt composita ex anima & corpore, tanquā ex materia & forma, vt ex duabus naturis, dicuntur entia naturalia, & differunt ab entibus artificialibus per habere principium aliquod intrinsecum sui mot⁹. talia etiā sunt & cætera à natura constantia: q. non habent artis opera, inquantū talia sunt ab arte. sed pro quanto anima est ex sui ratione actus corporis organici, quod non est de ratione naturæ: & similiter pro quanto anima est principium mouens ad oppositas dñas positionis, qđ non est de rōne naturæ, sic anima distinguit᷑ à natura, & dicit᷑ esse in altiori gradu entiū, q̃ sit natura. Philosophus igitur cōcessit viuentia esse à natura ſm prædictum modū, & non ſm quod anima à natura ſm rōnē distinguit᷑.

sic. Tertia contradi. est in eodem cōm. 1. Ibi enim dicit q. vnumquodque ens naturale habet principium transmutationis. & numerando ea, quæ habent principium mot⁹ localis, enumerat elemēta, & habentia animas, & corpora cœlestia. videtur igitur velle motum cœli esse naturalē. Et pro hoc facit authoritas eiusdem. 1. cœli. cōm. 81. vbi dicit, q. non est corp⁹ naturale, cuius mot⁹ non sit naturalis. Sed huius oppositum ipse habet expresse. 2. cœli. cō. 3. vbi dicit motum cœli non esse naturalem. Solutio istius

utio. qōnis præsupponit solutionē qōnis, qua quærit, vtrum cœlū sit corpus naturale, quam diffuse pertractat Cōmē. 1. cœli. cōm. 5. sed quantū ad rem nostram attinet, debes scire ex sententia Auer. cō. 5. primi de cœlo. & cō. 3. secundi phy. Natura dicitur ſm prius & posterius, de inferioribus & superioribus corporibus, vnde ſm naturā rei natura per prius dicitur de superioribus, vtpote de causa, quàm de inferioribus, quæ sunt causata respectu superiorū. tñ ſm famositatem ista inferiora dicunt᷑ magis naturalia q̃ superiora, sicut testatur Cōmen. manifeste. 2. meta. cō. 16. Dico igit᷑ q. Cōm. tenet motum cœli esse naturalem, quia est ipsum cœlū quoddā motū ex se cōpositū ex duab⁹ naturis, s. natura agente motū, & natura recipiente motū, sicut patet. 1. cap. de substan. orbis, & 8. physico. tamen non est naturalitas motus

m in cœli eiusdem rationis cum naturalitate isto
ētia rum inferiorum. Et in tantum processerūt
le or quidam cum hoc fundamento, quod coacti
malr sunt dicere intelligentiam esse formam formaliter dantem esse ipsi orbi. non .n. aliter cœlum esset motum ex se. Nec valet, si dicatur q. cœlum pro aggregato ex intelligētia, & orbe sit motum ex se: quia à pari diceret᷑ q. aggregatum ex plaustro & bobus moueretur localiter. Et confirmant illud. 7. phy. tex. cō. 10. Omnis motus localis aut ex se, aut ab alio. Mot⁹ aūt ab alio, aut est pulsio, aut tractus, aut vectio, aut vertigo. & si pulsio, aut impulsio, aut expulsio. ergo, si intelligentia non sit forma intrinseca cœlo per formalem inhærentiam, sequit᷑ igit᷑ cœlum non esse motum ex se, sed ab alio. & si ab alio, mouebit᷑ igitur aliqua istarū quatuor speciērū mot⁹, videlicet vel pulsionis, vel tractionis, vel vectionis, vel vertiginis: quod impos͞e est dicere, sicut patet ex rationibus formalibus illorū. Nos aūt, licet fecerim⁹ prolixam quæstionem de triplici causalitate intelligentiæ, in qua diffuse declaratū fuisse putamus intelligentiam non esse vnitam per informationem ipsi orbi, sed solum per appropriationē eo modo, quo motor dicit᷑ forma mobilis, vnde Cō. 8. phy. cō. 1. Principiū motus de omnibus mobilibus est, sicut anima de rebus viuis: tñ quantum spectat ad præsens dicimus motum cœli non esse naturalem à sua forma, cùm sua forma nō sit natura, sed sit supra naturā. natura .n. est inferior ad animam, & anima est inferior ad intelligentiam. Qūo igitur dicunt motū cœli esse naturalem ab intelligentia? sequeretur igitur intelligentiam esse naturam. si intelligant motum cœli formaliter esse naturalem, quia est à forma, quæ est natura. si autem intelligant motum cęli esse naturalem effectiue ab ipsa intelligentia, tunc non sequitur q. intelligentia sit forma dans esse orbi. quia stat aliquem motum esse naturalem à principio passiuo intrinseco, tamen motus efficitur ab aliquo principio effectiuo extrinseco: sicut est respectu simplicium motus alterationis in via Cōmen. Vnde formo contra istos rationem, cuius solutionē adhuc habere non potui, q. impossibile sit intelligentiam esse formam sui orbis, vt isti asserunt. Quia si hoc esset, aut hoc esset propter appetitum, aut propter motū in loco. nam, vt scribit Cōm. 1. cap. de substantia orbis, non fuit dictum cœlum habere animā nisi propter appetitum, & motum in loco, sed neq; ꝓpter appetitū, neq; propter motū necesse est intelligentiam formaliter animare ipsum orbem: ergo nullo modo informat, vt isti dicunt. Maior est Auer. vt dixi: & minor probatur. Primo quòd non propter

appe-

appetitú indiget intelligentia, vt sit forma informans orbem. Nam intelligentia intelligit & appetit per suam essentiam, vt est de intentione Cóm. 12. meta. cō. 25. 36. & 39. & 51. qui vult ꝙ in abstractis à materia idem est intelligens & intellectio & intellectum. si. n. intelligentia in intelligendo dependeret à suo orbe, cú sua intellectio sit sua substantia ſm ipsum: accideret ergo intelligentiá esse causatá à suo orbe: quod est impossẽ, & contra Cóm. 1. physi. cóm. 63. Si vero dicas propter secundum, s. propter motum, intelligentiam esse formam. Contra, intelligentia ad causandum motum habet oém actiuitatem absque hoc, ꝙ vniatur sibi formaliter. ergo propter istam causam non oportet ipsam dare esse orbi, assumptum probatur. quia intelligentia non mouet orbẽ manu, aut pede, aut aliquo corporeo instrumẽto, sed solo intelligere, & velle, iuxta illud Auer. 12. meta. cō. 36. corpora cœlestia sunt animata. & declarat quõ sint animata, & dicit, & non habent de virtutibus animæ nisi intellectum, & virtutem desyderatiuam, quæ mouet in loco. si igitur intelligentia mouet orbẽ: mouet ꝑ intelligere, & velle. sed suum intelligere & velle abstractú est, & non fit mediante corpore, nec mediá te aliquo existente in corpore, sequitur ergo propter neutrum istorum intelligentiam dare esse formaliter orbi. Et hoc testatur & Cóm. 8. meta. cō. 12. vbi dicit, ꝙ corpora cœlestia sunt animata ex corpore & forma intelligibili. Et declarans quõ, subdit, non ita ꝙ anima sit res animata, neq; sic ꝙ ibi sit aliquid, quod animetur per animam, aut viuat per vitam, sed sunt animata per se, & viua. omne n. quod viuit per vitam, & animatur per animam, est generabile, & corruptibile. Ista aút verba pro tanto dicit, quia in rebus anima informante animatis res animata est anima sua: quia tota quiditas talium est à sua forma. 7. meta. 34. & 21. quiditas hoĩs est homo vno modo. Sed corpora cœlestia sunt aíata ꝑ se, & viua, hoc est dictu, habẽt formá, quæ appellatᷣ vita & anima orbis per se: quia non transfunditᷣ in orbem formale viuere, & animatum esse. Si enim sic esset, vtique verum esset dicere orbẽ viuere per intelligentiá, sicut est in istis inferioribus. & ideo & ſm ipsum non ponitur ibi aía imaginatiua, sicut posuit Auic. Sunt igitᷣ animata corpora cœlestia, & viua per se, i. solitarie, quia habent sibi appropriatú principiú, quod põt dici anima & vita, iuxta illud supra allegatú principiú, motus de oíbus mobilibus est, sicut anima de rebus viuis. vnde in quinto cap. de substantia orbis, declarãs quõ intelligentia est separata ab orbe, dicit ꝙ, hoc est inquantum istud corpus non indiget ipsa, quia ipsum est permanens per se. Reuertamur igitur, & dicamus motum cœli esse naturalem: non quia sit a forma naturali causatus, sed, quia est à principio passiuo habente ex sui ratione intrinseca inclinationem ad suscipiendú motum ab ipsa intelligentia, quæ est intrinseca cœlo, sumendo cœlum pro aggregato ex intelligentia & orbe. & est intrinseca quantú ad operationem, non quantum ad formale esse. & sic dico cœlú esse motú ex se. Orbis aút natura est, & quiditatiue à Naturali cõsyderatur. est auté natura, quæ est materia non in potentia, sed in actu. natura. n. analogice dicitᷣ de illa & ista materia. Naturalitas auté accidentium habet attendi penes subiectú suum, & non penes efficiens. substantia. n. vt dicit Cõmẽ. 4. meta. cō. 2. non est causa accidentis ſm finem & efficiens, sed ſm materiam. motus. n. lapidis proiecti deorsum ab aliquo non est naturalis ratione proijcientis, sed ratione sui. Et qñ dicitᷣ, ꝙ à pari aggregatum ex plaustro & bobus esset motum ex se, quia boues sunt intrinseci tali aggregato: Respondetur negando cõsequens, & consequentiam. quia non est talis habitudo inter plaustrum, & boues, qualis est inter orbem & intelligentiam. ná ſm Auer. 2. cœli. cō. 3. ex intelligentia et orbe fit verius vnum q̃ ex materia & forma. nam intelligentia non vnitur orbi diuisibiliter, nec mediante quátitate, sicut vnitur forma materiæ. similiter plaustrum non habet naturalem inclinationem ad motum, sicut orbis ad motum. & ideo bene motus plaustri est ab alio. & de illo bene concedimꝰ ꝙ, sit de aliquo illorum generú, videlicet vel pulsio, vel vectio, vel vertigo, vel tractio. Vnde illa diuisio pertinet ad motus violentos: violentú aút, vt dicit Philosophus in. 3. æth. est cuius principiú extrinsecú est nihil conferente illo, cui vis affertᷣ. quaꝛ non est in proposito de orbe, licet hoc sit verú de plaustro respectu boú, quare patet solutio. Ad formam igitur contradictionis principalẽ dicimus, motum cœli esse naturalem. Ad oppositum aút respondetur ꝙ Cõ. non negauit motú cœli oíbus modis esse naturalẽ: sed negauit ipsum nõ esse naturalẽ, sicut motus elementorú est naturalis, vt ipse expresse habet. Pro quo aduerte ꝙ elementa mouentᷣ à principio intrinseco actiuo, sicut patet

Quo pacto motꝰ cœli dicatur esse naturalis.

patet per ipsum cõ.1.&.3.in.2.ph. & in cõ. 71.super.4.phy.&.3.cœli.cõ.28.& alibi infinities.elementa.n.nõ hñt principiũ passiuũ intrinsecũ,per quod moueatur, quia illud est ens in actu,elementa autem non habent nisi primã materiã,& formã:prima autem materia est ens in pura potẽtia.& ideo naturalitas in motu elementorũ est à principio intrinseco actiuo,quod est natura:tale aũt est ipsa forma elementi. motus autẽ cœli est naturalis opposito modo. quia sua naturalitas ẽ ex parte principij passiui: quia cœlum habet materiã in actu,& non habet naturalitatem suã à forma,quæ sit natura: immo sua forma est aliquãdo natura. Et hoc consyderauit Magnus Albertus in .2. phy.ad principium,dum dixit motum cœli non esse motum naturæ, sed intelligentiæ: comparãdo videlicet ipsum motũ ad principium actiuum, quia tale non est natura: sed intelligentia. Rectè igitur dixit Cõmen. corporis cœlestis motum non esse naturalem,sicut est motus elementorum.nã naturalitas in motu elementi est à forma non à materia. sed naturalitas in motu cœli est à materia,non à forma. Cuius tñ oppositum sentiunt Moderni ad pauca respicientes.

2. physic. com.1. Quarta etiã contradi. est in cõ.1. Dicit ꝙ non inuenitur corpus simplex,quod alteret ex se,sicut inuenitur corpus simplex, quod mouetur in loco ex se.Huius tñ oppositum videtur sentire. 7.meta.cõm.29.vbi vniuersaliter loqui videtur de mobilibus motu locali,& de mobilibus motu generationis, & alterationis. inquit enim ꝙ quemadmodũ eorum,quæ mouentur in loco,quædã mouentur ex se,& quædã ex alio,sic est de generabilibus.& ita videtur quòd motu alterationis & generationis aliquid moueatur ex se.Ad hoc dicimus,ꝙ aliud est loqui in simplicibus corporibus, aliud in mixtis. vnde ipsemet Cõmenta.in hoc cõmen.dicit ꝙ in compositis potest esse; principiũ alterationis in ipso alterato ab eis,quæ adueniũt corpori suo,vt in animalibus,& plantis. In. 7. igitur meta. loquitur de compositis:sed hic loquit̃ de simplicib⁹. vide,& glosa sic Auer. in.8.ph.cõ.20.& te.cõ.60.& 4.cœli.cõ.24. &.2.de anima.cõ.50.&.9.met.cõ.2.Et pro ista solutione vide textum cõmenti.34. primi de generatione.

2. physic. tex.4. Quinta contradi. est in tex. 4. Aristoteles enim declarãs quæ sunt naturata, dicit, quòd sunt quæcunque naturam habent,& hæc omnia sunt substantiæ.reddens autem causam huius asserit, quia subiectum est quoddã, & in subiecto est natura semper. quasi dicat natura non est nisi subiectum, & forma, quæ est in subiecto, & talia sunt substantiæ, & ideo composita naturata ex naturis,quæ sunt substãtiæ, sunt substãtiæ. Ista est vera illius loci expositio.non.n. potest legi,vt hæc omnia Aristote. asserat esse substãtias,videlicet subiectũ, quod est materia. & id quod est in subiecto, qđ est forma.quia ex primo cœli & mun.tex. cõ secundi,duos ambos dicim⁹,& ambos duos, omnes vero non dicimus. Pro illo tñ dicto in expositione te.& sunt hæc omnia substãtia,Cõm. refert ly hæc omnia ad naturam, & ad habens naturã. Et si dicitur quod ly omne,non dicitur de duobus, sed de trib⁹, modo natura & habens naturã sunt duo: Soluitur ꝙ natura includit duo, materiã & formã,& habens naturam est tertium. ista enim denominatio ad numerum ternariũ spectat.Sed tunc secundum istã Philosophi sententiam forma dicitur esse in subiecto. Huius aũt oppositum legit̃ in prædicamentis,vbi dicit̃ propriũ esse substãtiæ in subiecto non esse. Nisi esset vt inquit Alexãd. ꝙ sermo Philosophi in prædicamentis intelligitur de substãtia composita ex materia & forma,& non de forma, quæ est substãtia simplex. Aut aliter. non intellexit Aris.in hoc loco esse in subiecto proprie dictum,sicut sumpsit in prædicamentis,sed large, videlicet id, quod ad hoc vt si indiget aliquo subiecto.Et hoc etiã adnotat Cõmen.in presenti loco, ꝙ forma est in subiecto, quod substentatur per illã,non quia est in subiecto,per quod substentatur, sicut accidẽtia. Vbi Commentator dat pulchram differentiã,ex qua intelligi potest ꝙ esse in subiecto æquiuoce dicitur de formis substãtialibus, & de accidentibus.nã forma substãtialis est in subiecto,i.in prima materia, quæ substentatur, idest quæ est in actu per ipsam. quia materia non est in actu seu in effectu, nisi per formã,nec sine forma potest existere, vt deducit Cõmen. in secundo physico. cõm.12.sed accidentia sunt in subiecto existentia.à quo sumunt actualem existentiã. dicit enim Philosophus in prædicamentis, ꝙ destructis primis substantijs impossibile est aliquid aliorum remanere. Aliam etiã differentiã innuit Cõm. in.2. de anima cõ. 4.quæ est causa istius nam subiectum formæ substantialis ſm quod est subiectum est ens in potentia,& subiectum formæ accidentalis est ens in actu. Ex hoc.n.sequitur vt subiectum formæ substantialis substentetur Solutio 2.

tetur per suum subiectum, quod est causa eius, sicut materia. 4. metaphysi. cómen. 2. quia tale est ens actu.

2. physic. tex. 6. Sexta contradi. est in tex. 6. Dicit Aristo. q; cæcus de nominibus disputans, de nominibus rationem habebit, nihil tñ intelliget. & consimilem sententiam habet in primo posteriorum analyticorum in illo cap. Planũ aũt, qñ deficiente aliquo sensu, necesse est scientiam illius sensibilis deficere. Sed huius oppositum habet Themisti⁹ in. 2. de anima in expositione tex. cóm. 155. vbi Aris. ponit differentiam inter imaginationem, & sensum. nam cęci imaginantur colores, licet non sentiant illos. & si habent imaginationem de coloribus, possunt igitur habere scientiam, quia intellectio immediate dependet ab imaginatione, sunt enim intellecta vniuersalia colligata cum intentionibus imaginatis, vt dicit Cómen. 3. de anima. cõ. 30. ibi enim dicitur in texto q; phantasmata apud intellectum sunt, vt sensibilia apud sensum. Propterea visum est quibusdam cęcum, licet non possit habere scientiam de coloribus per inuentionem, vt qui à natiuitate cæcus existit, posse tñ habere scient. ã per doctrinam & p auditum. & in hac sententia est Paulus Venetus, & aliqui Moderniores. Sed ista opinio est cõtra Aris. quia imaginatio est mot⁹ factus à sensu fm actum, cùm aũt proprius sensus coloris sit visus; & non auditus, quia auditus non iudicat de colore, nec visus de sono, nisi per accidens. & . 2. de anima tex. cõ. 134. & Themistius ibidẽ sensibile per accidens nõ mouet sensum, nec imprimit suam speciem in sensum, & ita per auditum non potest generari species coloris in imaginatione, & per consequens neque intellectus potest habere speciem coloris. Amplius ista positio destruit iudicium Aristo. in præsenti loco, qui asserit cæcum de coloribus disputantem de nudis nominibus habere rationem, sed non habere conceptũ rei, quæ apta erat significari. & ideo dicit ipsum nihil intelligere. Et ideo assero ex mente Arist. cæcum à natiuitate non solum non sentire, nec posse sentire, immo neq; imaginari colorem, ita q; habeat coloris speciem, & sic neq; colorem potest intelligere per speciem, licet possit habere quandam cognitionem negatiuam, vt videlicet q; est res quædam, quæ neque auditu per se percipitur, neque tactu, nec gustu, nec olfactu, sed positiuam nequaquam. nec de tali cæco intelligitur dictum Themistij, sed de illo, qui ex tempore obcęcatus est, & non à generatione.

Solutio quorũdã.

Solutio propria.

2. physic. com. 10. Septima contradictio est in commen. 10. ibi enim dicit formam esse comprehensibilem intellectu. & hoc idem ipse sentit in primo cœli commen. 92. vbi habet formam esse subiectum vniuersalitatis, & per consequens intelligibilitatis. Huius tamen oppositum inuenimus ab ipso in. 2. de anima cõ. 2. vbi videtur velle formam sensu comprehendi. Ad hoc dicendum puto cum Auer. duodecimo metaphysi. commen. 14. q; forma non comprehenditur secundum se à sensu, sed secundum suam actionem. & ideo non comprehenditur ipsa nisi ab intellectu. quando igitur dixit hoc, & primo cœli ab intellectu comprehendi formam, hoc est intelligendum de ipsa forma in se. sed quando dixit eam sensu comprehendi, hoc est quantum ad suam actionem. Sed, si sic soluamus, tunc restat maius dubium quia fm Auer. 2. de anima cõm. 63. sensus hominis, & præcipue virtus cogitatiua cognoscit intentiones indiuiduales omnium decem prædicamentorum, & per consequens ipsa forma substantialis cognoscitur à sensu, nedum in sua operatione, verũ etiã in seipsa. Dicamus ergo aliter cũ ipso. 1 meta. cõ. 27. vbi dicit q; sensibilia habent duos modos comprehensionis: modũ, qui nõ est scientia eorum, sed imago, & modum, qui est scientia eorũ, & est intellecta vlia. Vnde solutio consistit in hoc. sensibilia ista particulariter concepta, & formæ ipsorum vt sic à sensu concipiuntur, & præcipue à sensu hominis, qui est virt⁹ cogitatiua: sed sensibilia ista & suæ formæ vlr conceptæ à solo intellectu concipiuntur. & hoc intellexit cõ. 10. dum dixit q; per rationẽ intellexit definitionẽ. & dixit hoc, quia forma comprehenditur per intellectum. ecce quõ sumitur ibi forma pro forma vli, quæ definitionem constituit. Vnde Commentator plerunque vniuersale formam appellat, & intelligere formare per intellectum.

Solutio prima.

Secunda.

2. physic. tex. 12. Octaua contradi. est in tex. 12. Aristo. ibi in tex. videt dicere q; forma est natura, quæ non est separabilis à materia fm esse, sed fm rationem. Huius tamen oppositum legimus ab ipso. 2. phy. tex. cõ. 26. vbi dicit q; materia & forma dicuntur relatiue, & per consequens vnum non potest intelligi sine alio. Amplius aũt Cõm. 4. physicæ auscultationis cõ. 26. scribit q; scire quiditates vltimorũ principiorũ difficile est, & scire materiam absq; forma, aut formam sine materia impossibile est. Quod, si dicatur, vt dicit

dicit Côm.ibi.ꝙ debet intelligi ſm diffinitionem,non ſm eſſe,quia poteſt definiri ſine materia, licet non poſſit eſſe ſine materia. Hoc iterum ſtare non poteſt..quia primo de anima côm.16.qui in definitionib⁹ naturalibus demittit materiam, videtur demittere aliquod non neceſſarium. ſed non eſt ita,quia forma debet ſumi in diſpoſitionibus, in quibus exiſtit. Amplius videmus Ariſto.in definitione animę ponere corpus, & ita de alijs formis naturalibus dicendũ
Solutio. eſt.Soluitur.dicit Alex.ꝙ modus abſtrahendi mathematicus in multis deſeruit ſcientiæ Naturali.Et dat exemplũ in principio libri Priorum in caſu noſtro,puta qñ Naturalis per intellectum abſtrahit formam à materia, quæ tñ ſm eſſe eſt in materia. in hoc.n.imitatur Geometram, qui lineã exiſtentem in materia ſenſibili abſtrahit à materia ſenſibili.ſimiliter quãdo abſtrahit prædicamentum ſubſtantiæ ab alijs prædicamentis,& in multis alijs caſibus. Vnde ſcire debes ꝙ licet Ariſt.diſtinxerit in. 6. primæ philoſophiæ ſcientias ſpeculatiuas penes triplicem modum definiendi, tñ mod⁹ abſtrahendi ſm rationem in pluribus inuenitur communis in his duabus ſcientijs, vt dicit præfatus doctor. & eſt dictum aureũ, & magni momenti:ſoluit.n.multas arduas difficultates in philoſophia.Et iſtum modũ dicendi latenter innuit Ariſto.in primo de anima in tex.côm.13.vbi ſcribit ꝙ ſi anima non habuerit aliquam operationem ſibi propriam, ſm quam poſſit eſſe ſeparata ſm eſſe à corpore,tunc erit de illa, ſicut eſt de recto,cui multa contingunt,inquantum rectum eſt,quę non contingere ſibi poſſunt vt eſt in corpore ſenſibili:& ſicut eſt de ſphęra,& plano,quæ ſm rationem mathematicam & imaginariam contangit planum in puncto,cùm tñ naturalr̃ hoc fieri nequeat, quia omnis contactus naturalis eſt diuiſibilis,quia corpora coniunguntur in ſuperficie.ibi.n.Ariſtote.voluit dare intelligere ꝙ anima in illo caſu ſolum ſm rõnem poſſet abſtrahi à corpore, non ſm eſſe, ſicut ſunt entia mathematica. Et ideo rñdetur ad formã contradictionis. Pro quo aduerte ꝙ vt ſcribit Cõ.in.12.primæ philoſophiæ. cõ.39. intellectus eſt maioris virtutis,ꝙ̃ ſit natura. poteſt.n.aliqua diuidere, quæ natura non poteſt. ſicut diuidit materiam à forma, qđ non põt fieri per naturã. materia.n.per intellectum poteſt apprehendi in ſecunda notione poſt illam, quam habuit Naturalis, ſm quam cognita eſt per analogiam ad formam per priuationem omnium formarũ. & iſta conſyderatio pertinet ad Diuinum, vt ſcribit Cõ.12.meta.cõ.14.materia.n. negatione cognoſcitur, vt patet.10.meta.tex. cõ.22.& ſi intellectus poteſt abſtrahere materiã à forma, multo magis poterit formã abſtrahere à materia.quia vt ſcribit Ariſto. in.7.primæ Philoſophię in tex. côm.8.forma eſt magis ſeparabilis. Et ratio eſt, quia vt dicit commenta.2.phyſi.cõ.26.materia eſt propter formã,& forma non eſt propter materiam. & eſt ſentẽtia etiam Philoſophi in.2.Phyſi.tex.cõ.91.vbi habet ꝙ forma eſt cauſa materiæ,ſed non econtra.Et quod dicitur,ꝙ ſunt ad aliquid,ſoluitur ꝙ ſunt ſm dici, & non ſm eſſe,licet phyſice loquendo dici poſſit ꝙ materia refertur ad formã relatione reali, cum ſit ꝑpter formã. forma aũt ad materiam aut non refertur,aut ſi refertur,refertur relatione rationis, ſicut eſt de potẽtia & actu.ſcribit.n.Cõ.in.12.primæ Philoſophię.côm.37.ꝙ potẽtia refertur ad actũ, ſed actus non refertur ad potentiam. & eſt ſententia Philoſophi in.9.primę Philoſophię in tex. cõ.13. potentia aũt reducit̃ ad materiã,& actus ad formã,vt ſcribit Cõ. 12.meta.côm.26. Dic igitur ꝙ licet quãdo Naturalis definit formam naturalem,cum definitio debeat complete & diſtincte declarare naturam definiti,non põt ſine materia eam definire,vt notat Cõ.in.1. de anima.cõ.16.poteſt tñ abſtrahere in prima intell's operatione formã à materia,pro quanto põt intelligere formã, non intelligendo materiã. hoc.n. eſt abſtrahere hoc ab hoc, videlicet intelligere prius non intellecto poſteriori,ſicut eſt de linea.in plus.n.eſt abſtrahere ꝙ̃ definire,vt patet.Secundum aũt ſententiã Auer.forma eſt ſeparabilis à materia ſm definitionẽ,non ſm eſſe.quia alia eſt formæ definitio,& alia materiæ,eo modo,quo talia definitiones habere dicuntur. ſed non poſſunt ſeparari in eſſe,quia materia non põt exiſtere ſine forma,neq; forma poteſt exiſtere extra materiam. Noluit tñ Côm.dicere formam ſeparari definitione à materia, quia ſine materia definiri poſſit, ſed modo,quo diximus.

Nona contradi.eſt in côm̃.18. vbi dicit Aſtrologiam abſtrahere à motu. Huius tñ oppoſitum videtur dicere.1.meta.côm.19. 2. phyſic. com.18.
Niſi eſſet ꝙ Aſtrologus abſtrahit à motu, pro quanto non conſyderat,& demonſtrat per medium ſenſibile,ſicut demonſtrat Naturalis. immo formale medium in conſyderatione Aſtrologica eſt mathematicum. Solutio.

bene

bene tn̄ consyderat motum in ratione materiæ, non in ratione formæ. consyderat.n. motus corporum cœlestium s̄m sui quantitatem, & s̄m velocitatē & tarditatē, & s̄m proportionalitatem. quā habent adinuicē. & patet q̄ oēs isti modi sunt mathematici. formale igitur in Astrologia est mathematicum, sed materiale est naturale. & ideo recte dixit Cō. 1. meta. cō. 19. & 2. cœli. cō. 57. & 12. meta. cō. 44. q̄ Astrologus consyderat corpora cœlestia, quæ sunt substātia ei⁹, non tn̄ consyderat ea, s̄m q̄ sunt mota. & sic se datur contradictio, sicut vides.

2. physic. tex. 19. Decima contradi. est in tex. 19. Arist. contra ponentes ideas inquit q̄ ipsi ea, quæ nō sunt separata s̄m rationē à materia, faciūt esse separata s̄m rationem. & latet eos hoc contingens, quia ipsi formas materiales ponunt esse separatas s̄m esse a materia. sed vt dicit Cōm. in cō. quæ sunt separata s̄m esse, possunt separari & ratione, & non conuertitur. Themi. etiam. 2. phy. 26. dicit q̄ formæ materiales possunt qūq; à materia cogitatione, atque animo eximi, sed non actu. aut subsistentia. Sed obuiabam per dictum Arist. in. 2. phy. tex. cōm. 12. vbi definiens naturam, quæ est forma, dixit eam secundum rem non esse separabilem, sed secundū rationem. & Themistius ibi exponens inquit. formam porro dicimus non re ipsa, sed ratione abiungi. & ita Aristo. patitur easdem

Solutio. angustias, quas patit Plato. Nisi esset q̄, vt dicit Alex. Naturalis in abstrahēdo formas materiales à materia vtit mathematica abstractione, & non naturali, sed apud Platonem sequitur q̄ etiā Naturalis posset definire sine materia, quia quicquid est separatum ī esse potest etiam definiri sine eo. hoc aūt est impossibile, quia Naturalis definit per materiam. 1. de anima. 16. & 2. phy. vlti. Definitiones naturales, vt naturales, oēs cōcernunt materiā, aut aperte. aut cōsecutiue.

2. physic. tex. 25. Vndecima contradi. est in tex. 25. Arist. & Cōm. videntur velle q̄ in artibus artifices, qui solam habent cognitionem, sunt præstantiores artibus operātibus. vnde Cō. in cō. dicit, q̄ Geometria operationum non facit materiam, neq; formam; licet vtrūque cognoscat, & præcipiat alijs vtentibus, seu operantibus. Ex aduerso aūt est authoritas Philosophi in. 2. æthi. cap̄. 4. vbi habet q̄ in virtutibus ipsum scire parum est, aut nihil. Et confirmatur, quia tales sunt propter op⁹ tanquā propter finem, & per consequens artes, quæ operantur, sunt nobiliores & honorabiliores artibus solam cognitionem habentibus. Soluitur s̄m Peripateticos cognoscere simpliciter & absolute honorabilius, & præciosius est ipsa praxi seu operatione. Solutio. Cuius ratio est. quia praxis ad aliud & non sui gratia expetitur, sicut cognitio. cuius argumento est, vt notat Alex. in principio primæ philosophiæ q̄ actus maxime expetibiles & praxes à nobis sunt, quæcunq; sunt à virtutibus, & tn̄ tales non propter se, sed ad aliud relationem habent, puta ad passiones & affectus ordinatæ. Cuius argumento est, q̄ in animalibus diuinis nō sunt huiusmodi virtutes morales. non indigent.n. cū sint impassibiles, vt testatur etiam Aristo. in. 10. æthi. cap̄. 10 sed nos, qui natura sumus affectibus, & passionibus obnoxij, indigemus illis. vnde etiam in factiuis cognitio præfertur operationi. nā artes architectonicæ sunt honorabiliores artibus operatiuis. Et ista est sententia Philosophi etiam, in procemio primæ philosophiæ, quicquid senserit Scotus, & sequaces eius in hoc. Ad saluandam autē contradictionem scire debes, vt notat Philosophus in. 2. æthic. in illomet cap̄. q̄ dria est inter artes & virtutes. Nam quæ ab arte procedunt in se laudem habent, quare sufficit illa ita existere. sed quæ à virtute ita proficiscuntur, non satis est si ipsa iuste quodā modo se habent, & modeste agantur, sed si agens ita egerit, primo si sciens, secundo si eligens, & eligens propter ipsa, tertio si certo immobili iudicio agat. ad cæteras vero artes habendas nihil horum requiritur præter quā sciētia. & ipsa est ratio diuersitatis, sicut vides. Amplius aūt scire debes q̄ differentia est inter vtile & honorabile, vt colligitur ex procemio meta. & ideo sententia Philosophi & Alex. fuit, artes cognoscentes esse principaliores s̄m dignitatem & honorem, licet s̄m vtilitatem forte oppositū contingat. vnde Philosophus etiam de scientia Diuina scribit, q̄ necessariores quidem hac omnes, dignior vero nulla.

Duodecima contradi est in cō. 26. vbi dicit cōsyderationem quiditatiuam esse vsq; 2. physic. com. 26. ad formam hominis vltimam, quæ est mēdia inter formas materiales & abstractas. ex quo patet dari aliqua naturam mediam inter naturam abstractam & materialem. Huius tn̄ oppositum scribit ipse. 1. meta. cō. 39. vbi dicit q̄ notum est per se q̄ nulla natura est media inter abstractum & materiale. Ad hoc dicimus medium duplex esse, Solutio. videlicet per abnegationem extremorum. & sic dicit Cōm. 1. meta. nullam esse naturam in effectu, quæ nec sit materialis, nec abstracta.

abstracta. sicut videt sequi cõtra Antiquos, cõtra quos inuehit ibi Philosoph⁹ & Cõm. Aliud aũt est mediũ ſm cõparationem, vel participationẽ ꝓprietatũ ipsorũ extremorũ. & sic dicim⁹ de intẽtione Auer. elemẽta media esse inter substantiã & accidẽs. sic & verificat dictũ eius hic, ꝙ intellectiua, q̃ est forma hoĩs vltima, est media iter abstracta & materialia. quia ꝓ quãto in sua operatione depẽdet à phãtasmatib⁹, sic cũ materialib⁹ cõuenit. ꝓ quãto vero nõ est forma educta ð potẽtia materię, & hẽt aliquã sibi operationẽ ꝓpriã in se cõsyderata, in qua nõ dependet à corpore ſm ipsum. 3. de anima. cõ. 20. sic cũ abstractis dr cõuenire. Et hoc forte voluit dicere Themistius super. 1. phy. ad principiũ, ꝙ sciẽtia de anima est Mathematica, & media. est n. mathematica opposito mõ, quo sunt entia Mathematica, quia talia ſm esse sunt i materia, sed ſm cõsyderationẽ à materia abstrahũt: scia vero de aia, & pcipue quo ad istã partẽ, in qua agit de aia itellectiua, est de obiecto ſm esse abstracto à materia, non aũt ſm cõsyderationẽ, cùm etiã aia intellectiua ibi consyderet vt actus corporis. Dicam⁹ igit nil ꝓhibere ſm cõsyderationẽ dari mediũ iter abstractũ, & materiale: sed hñ ſm esse intõueniens est aliqd esse, qđ nõ sit neq; hoc, neq; illud. Et ita hęc põt esse secũda solõ, vel ex duabus fiat vna.

2. physico. tex. 31. Decimatertia contradi. est in te. 31. Arist. videt velle hic ꝓpositiões esse materiã cõclusionis. Sed hui⁹ oppositũ habet infra in hoc. 2. in tex. cõ. 89. vbi hẽt ꝙ propositiones cũ cõclusiõe se hñt sicut finis cũ his, q̃ sunt ante finẽ. finis aũt & materia nõ coincidũt. vt patet in. 2. phy. in te. cõ. 70. Amplius pręmissę vident esse causa efficiẽs cõclusionis. dicit. n. Linconiensis in. 1. poste. ꝙ noticia p̃missarũ videt gignere noticiã cõclusionis in aĩa. Ampli⁹ Aui. in. 6. suę meta. cap. 4. dicit iã aũt posuerunt quidã ꝓpositiones esse materiã cõclusionis, & est error: immo ꝓpositiones sunt materia figurę syllogismi. cõclusio vero nõ est forma ꝓpositionũ, sed ẽ qđdã, qđ cõsequit ex illis, cũ ꝓpositiones efficiãt eã in aĩa. vbi manifeste Aui videt reprehendere Arist. in hac sñia. Simplicius in p̃senti loco, aduertẽs sup hoc, dixit ꝓpositiones respectu toti⁹ syllogismi esse materiã sed respectu cõclusionis esse causam efficiẽtẽ. & redit in opinionẽ Aucẽ. sed nõ saluat tex. quia text⁹ dicit suppositiones esse, sicut ex quo respectu cõclusionis, & nõ respectu syllogismi. Dicam⁹ igit ꝙ ꝓpositiones quodãmodo sunt materia, quodãmodo efficiẽs

Solutio. & quodãmodo finis. nã ista verificant respectu diuersorũ respectu conclusionis. Nã respectu extremitatũ, q̃ sunt dispersę in p̃missis, sunt materia cõclusionis, & sunt materia cõpositionis tantũ, & conclusio, in qua est vnio, & cõpositio extremitatũ, est forma cõpositionis respectu earũ. Ratione termini medij, virtute cuius infert cõclusio, sic hñt quodãmodo rõnẽ causę efficiẽtis: quia mediũ est causa in inferẽdo, & etiã in demratione in essendo cõclusionis, saltem initialis. Pręmissę vero in doctrinis in ꝓpria forma respectu cõclusionis, se hñt sicut finis cũ his, q̃ sunt ante finẽ. nã sicut ex fine sequunt ea, q̃ sunt ante finẽ, & non econtra, sic in doctrinis veritas pręmissarũ infert necessario veritatẽ conclusionis, & non econtra. & sicut destructio finis infert destructionẽ eorũ, q̃ sunt ante finẽ, sic destructio conclusionis infert destructionẽ pręmissarũ. quia, si cõclusio nõ est vera, nec p̃missę sunt verę. Et ideo ad hæc forte prælatus Simplicius dixit in secunda solutione ꝙ forte aliquo modo pręmissę sunt in conclusione, sed non declarauit distincte. Non inconuenit ergo respectu diuersorũ idẽ posse dici materiã, efficiens, et finẽ respectu eiusdẽ. quia hoc est ſm diuersa, & ſm diuersos modos consyderandi.

Decimaquarta cõtradi. est in tex. 33. Arist. ibi innuit ꝙ causarũ per accidens quędam sunt propinquiores, quędã remotiores alijs. Sed huius oppositũ habet ex. 2. phy. tex. cõ. 50. vbi Aristo. ponit drĩam inter causas p se & per accidens, dicens causam per se esse finitam, sed causa per accidens est infinita. sed in infinitis nõ est accipere, neq; primũ, neq; vltimũ, vt patet. 2. meta. tex. cõ. 6. & p consequens non est ibi neq; ꝓpinquũ, neq; remotũ. Soluit, & est dictũ The. & Simp. in 2. phy. in expositione te. cõ. 55. vbi ſm Simp. Aristo. videt hanc dubitationẽ inducere: & ei⁹ solutionẽ omisit. inquit. n. tũ etiã in quibusdã dubitabit aliquis nunquid contingẽtia fiant causę fortunę, i. eius qđ est à fortuna, vt sit in terris spirit⁹ aut æstas, sed nõ de pilari vt sanitatis, sunt. n. causarũ per accidens, alię alijs propinquiores. vnde dubitatio consistit contra id, qđ Arist. ibi prædixerat tex. cõ. 53. ꝙ eius qđ est à fortuna sunt causę infinitę. Sed tunc est dubitatio, quia cũ fortuna sit causa per accidens, & in talibus sit ꝓpinquũ & remotũ, nõ videt ꝙ sint infinitę causę, quia in illis nõ est ꝓpinquũ. Themisti⁹ aũt & Simplici⁹ soluũt ꝙ causę per accidens si actu sumant & vicissim cõparent, põt discerni, q̃ sunt ꝓpinquę & remotę,

2. physico. tex. 33.

Solutio.

motæ, sed absolute non pōt, quia sunt infinitæ vt sic. Sed tunc est difficultas. quia si causæ per accñs infinitæ sunt, cõstitui actu non pñt & sic inuicē cōparari, cũ infinitũ non detˀ, nec constitui pōt in actu, vt patet. 3. phy. Nisi esset q͛ sunt in potentia infinitę, & tales pñt determinari ad actũ per cōparationem ad causam per se. sicut licet causę per accidens domˀ sunt infinitæ, absolutæ consyderatæ, & sic in eis non possit discerni q̃ sint ꝓpinquæ, & quæ remotæ. si aũt cōparenťad causam per se, quæ est ædificatiua, sic musica est causa per accidens magis propinqua q̃ albedo, & Polycletus est causa ꝑ accidēs magis ꝓpinqua q̃ hõ, & hõ magis q̃ animal. & eodem modo patet solutio, qũo fortuna, cùm sit causa per accidens, & per consequens infinita, cognosci pōt cùm infinitũ sit ignotum. & tunc opus est eadē distinctione, quam Themistius adduxit.

2. physic. tex. 64. Decimaquinta contrad. est in tex. 64. Dicit Arist. ponens dĩam inter id, quod est a casu, & à fortuna, q͛ in his. q̃ natura fiunt, non dr̃ aliquid à fortuna fieri, si extra naturã fiat. sed magis à casu. & subdit q͛ differũt, quia huius causa est extra, illius vero intra: ita q͛ videťdicere id, quod est à casu habere causam intra, sed id qđ a fortuna hr̃e causam extra. & isto modo exponit diuus Thomas locũ illũ. Sed huius oppositũ inuenimus in eodē. 2. phy. in tex. cō. 61. vbi Arist. tñ id, quod est à casu q̃ id, quod est à fortu-

Solutio. na dicit hr̃e causam extra. Ad hoc dicimˀ sine dubio oĩum Græcorũ, vt Alex. Themi. Simpli. hanc fuisse sententiam, q͛ ambo in hoc conueniunt, q͛ non habent causam intra. vnde dicunt in. 60. tex. q͛ licet tripes cadens, quærens suum locũ, cadat sub tali situ, sub quo pōt esse aptus sessioni, & hoc à casu esse dicatur: si aũt corpus cubum caderet vt esset aptũ sessioni, hoc à casu nō esset quãdoquidē intra se talē retinet figuram, q͛ qualitercũq; cadat semper ē sessioni aptũ. Vnde sine dubio Diuus Thomas non bene interpretatus est locũ illũ. ideo ſm Simplicij expositionē Arist. ibi notat dĩam inter formã & causam. quia in his, quæ à natura fiunt, non tñ ſm naturã, i. ſm naturalē ordinem talia nullo pacto à fortuna esse dñr, quia fortuna est in his, in quibus est ꝓpositũ, seu electio, sed magis dñr à casu fieri. nō aũt dixit simpľr talia à casu esse, sed dixit magis possunt dici à casu q̃ à fortuna, propterea quia fortuna solum vbi est electio esse pōt, sed casus pōt esse in rebus carentibˀ electione. Ne tñ aliquis suspicareť talia vere & ꝓprie à casu esse, & non à natura, ideo posuit dĩam & dixit. Est aũt & hoc alterũ. vbi Cō. dicit q͛ est hic alius modus naturæ. nã proprie loquendo mōstra à natura esse dñr, sed est alius modus naturæ à modo cōsueto & ordinato, & talia, cùm sint à natura, aliquo modo differunt ab his, q̃ vere & proprie dñr à casu fieri. quia quæ vere & ꝓprie à casu fieri dñr, horũ causa est extrinseca, vt casus tripedis cadẽtis, ita q͛ fit sedes, aut salus equi fugientis ꝑꝑ sitim, qui à casu saluatus est. sed taliũ monstrorũ causa est intra, quia proueniunt ex materia, vel ꝑꝑ superabundantiam, vel ꝑꝑ defectum materie, vel ꝓpter malã complexionē eiusdem. vbi pōdera illud dictum Cō. quia dicit istā esse alium modum naturæ. Pro quo debes scire vt scribit Alex. & Them. & Simplicius in. 2. phy. in tex. cō. 5. dĩa magna est inter esse à natura & esse ſm naturã. nam à natura esse non solum ea dñr, quę ſm debitum naturæ ordinē & naturalem institutionē fiunt, verum etiam & monstra, & priuationes, atq; defectus à natura esse dñr, sed ſm naturam solum illa fieri, & esse dñr, quæcũq; ſm naturalem ordinem fiunt. & ideo bene dicit Cōm. q͛ talia, quæ præter naturã fiunt, sunt collocata sub alio modo naturę, q̃ supple sunt entia perfecta, quæ ſm naturæ ordinem, & intentionem proueniunt. vnde talia ſm Peripateticos præter naturã, aut præter fatum euenire dñr, sicut quę ſm naturalem ordinē insunt, fiunt ſm naturã, & ſm fatum fieri dñr cùm fatum & natura idem significent apud Peripateticos, vt bene notauit Alexand. in tracta. de fato, & eliciť ex sñia Arist. 4. phy. in te. cō. 57. vt amplius notaui in speciali q̃one mea de fato.

Decimasexta contradi. est in cō. 70. vbi dicit Cōm. q͛ Diuina scientia cōsyderat res existentes ſm q͛ existunt. Huius tñ oppositum scribit ipse, & Philosophus. 7. met. te. cōm. 53. vbi habẽt rerum existentium non esse definitiones, neq; demõnes. Nisi esset, q͛ per res existẽtes, ſm q͛ existũt Cō. voluit res materiales. voluit .n. dicere Diuinam scientiã non solũ consyderare de rebus abstractis à materia, verũ etiam de rebus existentibus ſm q͛ existunt, i. de rebus materialibus. vnde de istis materialibus Diuina scientia consyderat inquantum existunt, i. inquantum entia sunt, & sub rationibus, quæ competunt enti inquantum ens est. Et ista est expressa sententia Cō. 12. meta. cō. 1. & 29. & 4. meta. te. cō. 1. & 6. meta. te. cō. 1. Scientia Diuina est entis inquãtum ens, & eorũ, 2. physic. com. 70.

eorū, quæ huic insistunt. & in procemio meta physice Sapientis est oīa cognoscere, vt contingit, i. sub rōnibus trāscendētibus. Per res igit̄ existentes non intellexit res cū actuali existentia, sed quiditates materiales sub rōnibus transcendentibus consyderatas.

2. physico. tex. 73. Decimaseptima contradict. est in tex. 73. Scribit Philosophus q̄ principia mouentia naturalr̄ duo sunt, quorū alterū non physicum est, non. n. habet motus principiū in se ipso. ex quo vr̄ q̄ prim⁹ motor, qui est De⁹ gloriosus, naturalr̄ mouet. Huius oppositū scribitur ab Auer. in libro destructio destructionū in dispu. 12. in solutione dubij, vbi d. cùm aūt dixit de Philosophis q̄ ipsi tenēt, q̄ id, quod prouenit à Deo glo. prouenit naturalr̄, est sermo corruptus de eis. & qui tenent in rei veritate q̄ emanatio entiū sit ab eo, est profecto nobiliori modo q̄ naturalr̄, & voluntate humana. Soluitur. Multi Antiqui doctores, vt Algazel & Rabi Moyses, & ex Latinis Scotus cū sequacib⁹ suis tenuerunt hoc, videlicet Deū s̄m Peripateticos agere ex necessitate naturę. Vnde super hoc fundamento Scotus in. 2. dist. 1. quæstio. 2. ostendit in via Philosophi sequi oīa ex necessitate prouenire. Sed Cō. & alij Peripatetici oppositum tenent. Et vltra authoritatē Auer. consueui formare aduersus istos talē rōnem, quæ vr̄ in via Arist. maximam fidē facere. Nā, si anima agit altiori modo, q̄ natura, & intelľs agit altiori modo q̄ anima, cùm Deus sit altior intelľu, aget altiori modo q̄ intelľs: ergo à fortiori altiori modo q̄ anima, & multo altius q̄ natura. assumptū ostenditur. nam anima agit altiori modo, q̄ natura. quia natura nō agit, nisi s̄m vnū motum determinatum mouendo, sed anima s̄m quālibet drīam vnde motus animę est circularis, qui est perfectior motu recto. sic. n. Arist. in. 2. de anima te. cō. 41. & infra, arguit & accusat Antiquos, asserentes motū augmenti esse a natura ignis. & Arist. d. q̄ est ab aīa, quia ignis concurrit vt instr̄m. immo Cō. & Arist. in. 2. de genera. & corru. tex. cō. 55. motio ignis est deterior in generatione, q̄ motio organi, aut instr̄i, & ibi redditur causa, intelľs aūt agit altiori modo q̄ anima, quia intelľs est altior anima, vt patet. 2. de anima. tex. cō. 21. vbi dr̄ q̄ vr̄ esse aliud genus animæ, & hoc solum contingere separari, sicut perpetuū à corruptibili, Deus aūt est altior intelľu. vt d. Philosoph⁹ in libro de bona fortuna, vbi inquit. quid. n. est melius scīa & intelľu, nisi Deus? Vnde Cō. in. 4. phy auscultationis i cō. 128. d. q̄ esse essentialr̄ in aliquo non est nisi à causa agente, quæ est aut anima, aut natura, aut intelľs: & ego addo quartū, aut De⁹. nam distantiæ entium sunt valde diuersæ. Quantum aūt spectat ad præsentem contradictionē scire debes, q̄ natura multiplr̄ dr̄ & naturæ nomen vt patet ex. 4. primæ philosophiæ tex. cō. 5. & vt notauit etiā lucidissimus Them. in. 2. phy. in te. cō. 7. sic est etiā de naturalr̄ agere, qn̄q; sumitur ꝓprie vt distinguitur contra agere s̄m animam, aut intelľm, & qn̄q; sumit̄ cōiter, vt illud dicat̄ naturalr̄ agere, qđ ex sua natura agit. vnde vt inquit Cō. 1. cœli, sicut ī natura formæ naturalis est hr̄e propriam materiam, vt forma ignis, sic formæ abstractæ, s̄m q̄ sunt formæ abstractæ, innatæ sunt, vt illud, qđ mouet̄ ab eis, non sit graue, neq; leue, et vt motū ab eis sit rotundū. vñ est similitudo, ꝓportiōis, vel analogiæ, & nō vnino catiōis.

Decimaoctaua contradi. est in cōm. 79. Scribit Cōm. quòd illud, quod innatum est existere casu, non est innatum existere per intentionem. Sed huius oppositum habet̄ in. 2. phy. in tex. cō. 63. vbi Arist. d. in litera, q̄ percussio capitis à lapide potest fieri à casu, & eadem potest fieri per se ab aliquo proijciente cùm intentione percutiendi. 2. physic. com. 79.

Soluitur. dictum Cō. intelligitur de speciebus præsertim, quæ sunt in substantijs. nā s̄m ipsum in. 8. phy. in cō. 46. nulla species fit à casu. quia illud, quod est à casu, semper est oppositum ei quod est à natura. vnde à natura sunt species. nulla. n. species est à casu, sed à casu sunt monstra non naturalia. idē. 6. meta. te. cō. 4. & 7. meta. cō. 22. & quia Antiqui, contra quos arguit Philosophus, oēs species rerū naturaliū asserebant esse à casu, ideo Cōm. s̄m Philosophū tenet oppositum. vnde in cō. 2. tex. 82. ostendit q̄ ea, quæ sunt à casu, proueniunt ab impedimento naturę: sed ea, quæ sunt à natura & s̄m cursum naturalem, nō proueniunt ex impedimento naturæ, sicut sunt monstra. Dictum aūt Philosophi in. 2. physi. non est de speciebus, sed de actione seu accidente. quia percussio vtroq; mō pōt ꝓuenire, et sine intentione, & cum intentione, vt patet. Solutio.

2. physic. com. 80. Decimanona cōtradi. est in cō. 80. Ibi. n. d. Philosopus & Cō. apes & formicas agere sine cognitione. Huius tn̄ oppositū scribit cō. 2. de anima cō. 156. Nisi esset q̄ dictum in hoc loco intelligitur sic, q̄ videlicet talia animalia agunt sine cognitione finis rei actę sicut Hirundo, quę quando nidificauit agit, non tamen agit per cognitionē finis rei

uel astra mota: bene tamen agit per cognitionem respectu rerum, quae ad finem ordinantur, vel ad opus. nisi .n. cognosceret paleas, & lutū, vtiq; nidū cōstruere nō posset.

SOLVTIONES contradictionum in dictis Arist. & Auerrois,

Super Tertio Physicorum.

3. physic. tex. 1.



Rima cōtradictio est in tex. 1. Aris. n. habet q; infinitum primū apparet in continuo. Sed obuiabam. quia primo poste. tex. 1. in illo cap. Certior aūt scientia altera, altera est, & prior, videtur Arist velle q; scientia illa, quae de simplicioribus principijs est, illa est natura prior, sicut Arithmetica, Geometria. Nam Arithmetica est de vnitate, quae est principiū numeri, Geometria vera de puncto, quod est principium magnitudinis. vnitas aūt simpliciter est, quia vnitas situ caret: punctus autem est substātia posita, vt ibi dicitur. Et ex hoc videtur q; quando eadem accidentia competunt indifferenter quantitati continuae & discretę, eadē prius natura cōueniunt discretae q̃ continuae. cùm igitur infinitudo inueniatur in numeris & in magnitudinibus, quia sicut magnitudo est diuisibilis in infinitū, sic numerus est augmentabilis in infinitū, videtur q; infinitudo prius natura competit numeris q̃ continuis. & confirmatur. quia. 1. phy. tex. cō. 15. infiniti ratio congruit quantitati. idē. 3. phy. tex. cō. 35. & 36.

Solutio. Nisi esset q; vt dicit Alex. & Them. ideo infinitū primū dr̄ apparere in continuo, q̃ in discreto, quia in definitione continui ponitur infinitum, non aūt in definitione discreti. nam continuū est, quod diuidit̄ in infinitum: non sic autem est de discreto. Aut q̄a cùm discretum causetur ex diuisione continui: sicut. n. continuum est diuisibile in infinitum, sic discretū est augmentabile in infinitū. non. n. discretū est diuisibile in infinitū, nec augmentabile est continuū in infinitū. 3. phy. te. cō. 60. & quia ex hoc, qđ cōtinuū est diuisibile in infinitū, ex hoc discretū est augmētabile in infinitū, numerus. n. causat̄ ex diuisione cōtinui, vt dr̄ in 3. phy. ideo dictum est infinitū primo apparere in cōtinuo, & hoc p̄cipue locū h̄et s̄m naturalē consyderationē asserētē numerū causari ex diuisione continui, sicut iā Arist. hic loquit̄. sed s̄m mathematicā consyderationē, quae est s̄m abstractionē, & imaginationē, credo q; infinitudo, & alia hmōi accidētia, cōia vtriq; & cōtinuo & discreto, ex parte, qua sunt quāta, pri⁹ natura participari à discreto q̃ à cōtinuo, si quantū dr̄ analogice, aut saltē aequalr̄, si vniuoce dicat̄. sed, q̄a s̄m cōsyderationē naturalē quātitas discreta, q̄ est numer⁹, causat̄ ex diuisione cōtinui, sic infinitudo inuenit̄ in numero pp continuū, saltē in gn̄e causae materialis. Sed Arithmeticus, qui natura praecedit Geometrā, non consyderat istā rōnē numeri, qui est subiectū eius, inquantū à continuo h̄et causari, quia illa ratio sibi est extranea, inquantum est subiectū suae consyderationis: alioquin scientia Arithmeticae natura esset posterior Geometria, & praesupponeret illā: quod tñ falsum est. Nec videat̄ tibi mirū hoc, quia multa h̄nt verificari s̄m naturalē consyderationē, quorū opposita sunt vera s̄m consyderationem mathematicā, sicut dicit Cō. in. 1. coeli. cō. 32. q; motui circulari nihil est contrariū naturaliter, & tamen potest esse contrarietas in motibus circularib⁹ mathematice, & secundum imaginationem.

Secunda contradi. est super eodē te. Arist. in principio. 3. physi. dicit q; sicut Naturalis cōsyderate dēt de motu, quia motus ponit̄ in definitione naturę, eadē rōne, quia mot⁹ videt̄ esse de gn̄atione cōtinuorū. Naturalis dēt considerare de continuo. vbi Themisti⁹ expresse dicit q; continuū assumit̄ in definitione motus. & ita etiā videt̄ dicere Cō. in cō. 1. & clarius in sua media expositione, vbi cōtinuando intentionē Philosophi dicit, q; quia in definitione naturae posuimus motū, oportet loqui de motu. definientis. n. interest declarare partes definitionis, & de passionibus partiū. cùm aūt in definitione motus appareat continuū, & continuū cōsequit̄ infinitū, quare etiā de continuo & infinito loqui dēt Naturalis. videt̄ igit̄ q; continuū sit de quiditate mot⁹. Ex aduerso aūt videt̄ esse authoritas ipsius Cō. in. 4. phy. in cō. 99. vbi dicit q; vnum accidentium motus est continuatio. Amplius est ratio. Si. n. continuatio esset de quiditate motus, quilibet motus esset continuus. quia quod per se competit superiori, & primo, competit oībus inferioribus per se, licet non primo, siue sit vniuocū, siue analogū: sed non quilibet motus est continu⁹, vt patet. 3. phy. cō. 6 & 8. phy. cō. 23. igitur continuū non est de quiditate motus. Amplius videt̄ esse authoritas Philosophi in. 5. meta. in ca. de quāto. te. cō. 18. q; quantitas, & diuisibilitas, & cōtinuatio 3. physic. tex. 1.

Solutio. tinuatio accidunt motui. Dicimus, sine præiudicio melioris sententiæ, q motus quiditatiue non includit continuū, licet videat continuatio esse de accidentibus consequētibus substantiā eius. & ideo videt mihi, q Cō. in. 3. phy. in cō. 2. animaduertē: ad ea, q paulo ante dixi, inquit, q illorū, quę consequunt motū, q sunt ppinqua substātiæ ei9, est cōtinuū. vnde nō dixit absolute cōtinuū esse de substantia motus, sed de his, q sunt propinqua substantię eius. quia, qā vera genera & veræ rerū dñiæ latent, licet nobis circūloqui illa per proprietates & accidentia, sicut dicit Cō in. 7. meta. in cō. 42. &. 8. meta. cō. 5. contra Alex. & ideo dicimus nos q contrariū cadit in descriptione motus, nō q illa sit vera dēfinitio. vnde Alexā. in. 1. lib. naturaliū quęstionum quęstione 21. expresse determinat motum per se non esse quantitatē, sed ſm diuersas considerationes spectare posse ad diuersa prædicamenta, vt poteris ibi clare videre.

3. physico. tex. 3. Tertia contradi. est in tex. 3. Arist. diuidit ens per ens in actu tantū, & per ens in actu & potentia simul. postea diuidit ens actu i decē prædicamenta. Ex hac igit diuisione videtur q ens in potentia non diuidat in decem prædicamenta, sed ens actu solum. Ex aduerso aūt videtur esse sententia Philosophi in. 12. met. tex. cō. 26. vbi vult q potētia & actus sunt principia oīum decē prædicamentorū: & cū in hoc est authoritas Cō. in 2. de anima. cō. 6. vbi scribit q potentia & actus sunt dñiæ entis valde oppositæ, & circuunt omne genus prædicamenti.

Solutio. Soluitur. nā vt recitat Simplicius in. 3. phy. si in præsenti loco, sunt circa hoc duæ expositiones. prima est Alex. & Them. qui sequentes antiquā seriem textus, qui cōiter inueniebat, exponunt q entiū quędā sunt actu tantū, sicut sunt res materia carētes, vt sunt abstractæ substantiæ, quę semper eodē mō se hāt & mutari non pñt, quędā vero sunt cōposita ex potentia & actu, vt sunt gñabilia, & corruptibilia. cœlū aūt quodāmmodo est actu, p quanto ſm substantiā transmutari non pōt, & quodāmodo in potētia est, inquantū locali moueri pōt, & idē secundū se totū vbiq; esse non pōt. & istius etiā opinionis est Cō. in lib. de substan. orbis, &. 1. cęli in paraphrasi in summa. 6. iuxta principiū. Porphyrius istam expositionē non admittit, sed vult diuisionē dari per actum & potētiā, quod confirmat ex his, quæ repetit & reassumit Philosophus infra in eodē loco i te. cō. 6. vbi dicit. Diuisio aūt vnoquoq; generū per potentiā & actū. & vult q ens in actu diuidat per decē prædicamenta, non ens in potentia, quia ens in potentia non dicit decē modis, sicut ens in actu, immo ens in potentia tantū nō dr nisi vno mō tantū, videlicet de prima materia oīum. Sed nec ista expositio Porphyrij soluit contradictionē ppositā, nec vera esse videt: tū quia sibi ipsi cōtradicit, quia primo dicit ens in potentia non diuidi in decē pdicamenta, & tū adducit dictū Arist. in tex. 6. quod cōtinet oppositū. quia d. Diuisio secundū vnūquodq; generū per potentiā & actū. Amplius contradicit antiquæ literæ, quæ cōiter sic iacet. Eorū q sunt, quędā sunt actu tantū, quędā vero potētia & actu. horū aūt aliud est hoc aliquid, aliud tm, & aliud tale. vbi manifeste patet q p illā notā exclusionis, tm, cōtra diuidit id, qd est in actu tm, contra id, quod simul est in potentia & in actu. alioquin, si diuidit ens per actū & potentiā, quid igitur deseruit illi diuisioni illa exclusionis nota? Dico igit q Arist. qñq; consueuit ens diuidere p potentiā & actū, sicut fecit in. 9. primæ philosophię. sed illa diuisio est entis sensibilis, vt dicit Cō. in. 7. meta. in procemio, q scientia Diuina diuiditur in tres partes. in prima agit de diuisione entis in substantiam & accidens. in secūda de diuisione entis per potentiā, & actū. in tertia de diuisione entis per vnū & multa. Et, quia substātia alia sensibilis, alia abstracta, de substantia sensibili tractat in. 7. & 8. met. deinde in 9. agit de potētia & actu. 5. in decimo agit de vno & multo. postea in. 11. tractat de substātijs separatis & numero earū, qui est duodecimus apud nos. vbi patet illas diuisiones in libris præcedentibus librū duodecimū esse respectu substantiarū sensibilium. Vnde in 9. meta. tex cō. 17. dr quod nullū sempiternū est in potentia. & confirmat authoritate Cō. in. 12. met. cō. 8. vbi Ari. volens declarare q esse sit eē materię, diuidit ens per potētiā & actū & Alex. dicit q hoc fuit declaratū in nono trac. in quo loquit de potētia & actu. & intendebat per hoc, q in hoc tractatu demsat, potentiā pcedere actū, & dicit impossia contingentia ad negantes potētiā esse. ecce igit q potentia, quæ cūm actu condiuidit ens in nono, est illa, quæ est ante actū: talis aūt non est, nisi in rebus gñabilibus & corruptibilibus. vnde oē ens in pdicamēto existens, est qñq; in potētia & quādoq; in actu. & ideo actus & potentia sunt principia oīum decē prædicamentorū, vt dr in. 12. meta. in te: cō. 26. Et qñq; Arist. cō-

[illegible] adducere diuisionem magis generalem cõprehendentem oia entia simplr, & est ista, quã innuit hic, videlicet q entium quędã sunt actu tñ, quędã sunt in actu & potentia sil. & fm naturã diuisionis quędã sunt potentia tñ, licet propter breuitatem illud sit omissum: aut vt d. Simplicius: q n nõ reperit aliquod ens, quod sit in pura potentia tñ fm subsistentiã, quin aliquo modo actu sit aliquid. quia Plotino teste illud, qđ est in potentia ad aliquid, oportet vt illud prius sit aliquid actu in se. vt es, qđ est in potentia statua, prius est actu es. & hãc diuisionẽ gñalem etiã innuit Philosophus. 11. metã. in ca. 8 vide etiã sanctũ Thomã in. 11. met. in lctõne nona fm secundã expositionem, quo illa tertia diuisio per actum tñ, per potentiam tñ, & p vtrunq; sit intelligẽda, quia placet.

3. physico. com. 4. Quarta contradi. est in cõ. 4. Ibi. n. cõm. definiens motum materialr sumptum dicit quòd motus nihil aliud est q̃ gñatio partis post partem illius perfectionis, ad quam vadit motus, donec perficiat, & sit in actu. ex quo patet motũ fieri. & maxie motũ intensionis, p additionem partis gradualis ad partẽ gradualẽ. Huius tñ oppositum vr sentire expresse Co. in. 4. phy si. cõ. 84. ibi enim dicit additionem caloris agentis in calorẽ corporis non fieri fm additionem partis i toto, & vt partis materiæ in materiam, sed fm additionem agentis in passionem patiẽtis, s. q qñ calor agentis vigorabit, crescat calor patientis, non fm additionẽ partiũ calidarum extrinsecarum, cũ n ad patiẽs non transferat aliquid ab agente. Ista contradictio tangit maximã cõtrouersiã inter duos principes nrę militiæ, s. sanctum Doctorẽ, & doctorem subtilem, qui in. 1. snīarum. distin. 17. in materia de habitibus, quæst. 2. de modo augmenti charitatis sunt discordes. [illegible] enim intensionem illã non fieri per additionem gradus ad gradũ. quia illi gradus, aut essent specie distincti, aut numero: non specie quia oẽs charitates sunt eiusdẽ speciei, neq; etiã distinguuntur numero, q talis est ex parte materiæ: sicut hæc albedo differt numero ab illa, quia est in alio subiecto. charitas aũt, q̃ addi põt, addit in eodẽ subiecto, in quo est pcedẽs. intensio igit charitatis, & cuiuslibet formę non fit p additionẽ alicuius gradus, sed solũ quia illa qualitas, q̃ prius inerat, intendit fm ppinquitatẽ ad terminũ. Et ista est via scti Doctoris vbi supra. Scotus vero ponens suas echeitates, dixit intensionem fieri p additionẽ gradus ad gradũ, & dixit istos gradus numero differre per suas echeitates, licet in eodem subiecto sint. In via etiã scti Doctoris diuersitas est inter sequaces suos, vtrũ intẽsio formę fiat fm esse, aut fm gradũ. Nam q fm essentiã fiat, impoe est. q essentiæ rerũ cõsistunt in pũcto, sicut vr velle Philosophus. 8. met. cõ. & te. 10. oportet ergo q ista intẽsio fiat, aut fm esse, aut fm gradũ. Quidã aũt pcipui Thomistarũ tenuerunt intensionẽ formæ fieri non fm esse. quia hoc vr esse contra sanctũ Thomã in infinitis locis. 1. snīarũ distin. 17. quæst. 2. ar. 1. & in. 2. secundæ quæst. 24. ar. 4. in r ñ sione ad tertiũ. Et ideo dixerũt istã intensionem formæ fieri per additionem gradus ad gradũ: qui tñ gradus additus idẽtificat preexistenti, & non remanent distincti, sicut posuit Scotus. Et hãc viã imitatus est subtilissimus Thomistarũ Herueus Brito i quolibeto. 2. quæst. 13. sicut est in alimẽto, q pars sequens addita identificat pexistenti, sic est de intensione formæ quantum ad gradus. Capreolus aũt. 1. snīarũ tenuit intensionem formę fieri fm esse. quicquid sit vna istarũ viarũ vr hre authoritatem Cõ. 3 phy. cõ. 4. pro se, & alia habet cõ. 84. & textum etiam. 4. phy. & ita Cõm. ipse remanet in contradictione. Nisi esset. q hic dixit motum esse acquisitionem partis post partem. quæ quidem acquisitio est vĩs in oĩbus formis acquisibilibus per motum: quia fm ipsum sunt partibiliter acquisibiles. vtrũ aũt omnes per minima, nec ne, in primo satis diximus super cõ. 62. Istam aũt acquisitionem ponit Cõ. ita, q fiat ex potentia materię educta ad actũ. negat tñ Cõ. 4. phy. cõ. 84. acquisitionem partis post partem ab extrinseco factã. & ista non contradicunt, sicut vides. vnde, si ponderabis verba cõ. 84. nihil plus inuenies. Videre aũt, quæ illarũ viarũ extremarũ sit verior, nõ est pñtis speculationis. vbi. n. est discordia iter Scotũ & sanctũ Thomã, difficile est videre veritatẽ. Solutio.

3. physico. tex. 16. Quinta contradi. est in tex. 16. Arist. dicit q omne mouens physice, vel vt hẽt alia litera, quã legit Alex. (omne quod mouetur physice mouetur) cũm sit potentia mobile, & cui immobilitas quies est. & Arist. ibi ponit causam quia agere in hoc nil aliud est, q̃ mouere. hoc aũt facit tactu, quare simul & patit. vnde ibi expositores dicunt mouẽs corporeum, cui immobilitas quies est, i mouendo mouetur. Sed tunc est contradictio. quia idem respectu eiusdem esset in potentia, & in actu fm idem contra Philosophũ. 8. phy. tex. cõ. 40. & cõtra Com. 3. de anima cõ. 4. Præterea motor non põt mouere nisi Difficultas de Reactione. habet

habet proportionē maioris inæqualitatis supra mobile. si igitur oē mouens in mundo moueret ab eo, quod mouet, ex parte, qua mouet, superat, ex parte, qua mouetur, superat ab eodē. quod nō capit intellē. Ad tollendā huiusmōi contradictionē dixerunt aliqui

Solutio quorūdā.

ꝙ non inconuenit idem esse mouēs & motū: & agens & patiens respectu eiusdē, sed non secundum idem, sed secundum diuersa. vnde dico ꝙ reactio non fit per easdem qualitates, sed per diuersas. vnde, si ignis agit in aquā per caliditatē, aqua reagit in ignem per humiditatē. Sed ista opinio stare nō pōt. qa Arist. in 2. de gene. & corrup. in te. cō. 24. dicit ꝙ oīa eñtia possunt adinuicem transmutari, & in te. 25. d. ꝙ differunt in citius & tardi⁹. quia in habentibus symbolū citior & facilior est transmutatio & ex consequenti cū talia eñtia habentia symbolum, habent cōtrariū solū vnā qualitatem, & sicut in materia, & talis alteratio fiat per contactū, tūc talis reactio erit secundum easdem qualitates: qđ concedimus. Et ideo aliter dicendū puto ad præsentem contradictionē, vt locus iste requirit. nā materia ista pertinet magis ad librū primū de gene. & corrup. Dico igitur ꝙ omne agens corporeum cōicans in eadē materia cum passo in agēdo patitur. & hoc pōt esse respectu eiusdē contrarietatis. sed hoc non erit eodem modo, sed diuersis. & hoc non inconuenit, dicit. n. Cō. 3. phy. cō. 8 ꝙ idem respectu eiusdem pōt esse in actu et in potentia secundum duos modos. vt panis respectu corporis est in actu, & in potentia. nam panis vt est in actu, agit in corpus, vt verō est corpus in potentia patitur à corpore. similiter ignis, vt est actu calidus agit in aquā vt est potentia frigida, sed ignis patitur ab aqua, vt est potentia frigidus, aqua vero agit, vt est actu frigida. ecce igitur ꝙ si agit & patitur ignis, nō est eodē mō, sed diuersis modis. nā agere & mouere act⁹ sunt. 3. phy. 17. & 1. de gene. & corrup. te. cō. 53. moueri vero, & pati alterius sunt principij, videlicet materiæ & potentiæ. quia igitur passio est rōne potentiæ, & rōne materiæ, quæ subijcitur per potentiā, ideo quorū materia vna est, talia dum agunt. necesse est ꝙ patiant in agendo, quia talis actio est per contactū. & cum sit cōicatio in materia, q est subiectū contrarietatis, p quā fit actio, de necessitate sequitur dictū Philosophi ꝙ oē tale, dum agit, patitur. Sed, si instetur ꝙ idem respectu eiusdem erit superans et superatū, excedens & excessum, quod videtur absurdum. nam, si ignis agit per calorē in aqua, habet proportionem maioris inæqualitatis in frigiditatem aquæ: si econtra aqua per frigiditatem reagit i caliditatē, sequitur ꝙ frigiditas habet proportionē maioris inæqualitatis respectu caliditatis: & ita idem erit excedens & excessum respectu eiusdē. Amplius sequeretur ꝙ nunquā ignis posset assimilare sibi aquā, si ita agendo patitur, & patiendo reagit. Et confirmatur. quia agēs, & patiēs, aut sunt adæquata potētijs, & tūc nō puenit actio: aut agēs est maioris potētię, & tunc mouebit, & nō mouetur, aut est minoris, & tūc mouetur & non mouet. Amplius, sit motor agēs secundum vltimū virtutis in passum aliquod per longā distantiā, patet ꝙ passum per totā illā distantiā nō pōt agere in passum: igitur aliquid agit, & non patitur. Dicit Burleus ꝙ secundum Arist. & Cō. agens corporeū in materia conueniens cū passo, patitur in agendo non à toto, sed à pximo. & d. ꝙ non oē mouens mouetur, vt patet đ primo motore, nec oē mouens corporeum mouetur à moto ab eo, vt corpus cœleste, sed oē corpus cōicans in eadē materia cum moto, dummodo materia sit receptiua formę, qua agens agit. qđ apponit ppter sensibile, qđ agit I sensum, sed nō patit à sensu & est motus alterationis per formā, qui licet fiat per contactū, vt patet. 7. phy. te. c. 12. nihilhominus non fit reactio. quia cū materia nō sit receptiua formæ contrariæ, ideo sensibile non patitur à sensu. & tūc ad illud de excessu d. ꝙ est secundum diuersas formas. sed illud stare non pōt, vt diximus, qa tūc non posset in eñtis symbolis eē reactio. Ampli⁹, si aqua frigida ponatur in calidā, patet ad sensum ꝙ caliditas remittitur à caliditate. Paulus Venetus dicit ꝙ quælibet qualitas est actiua & passiua. & ideo idem respectu eiusdē est agēs & patiens, sed nō eodē mō, licet sit secundum idē. qa mouens per formā eādē mouet, vt est in actu per illā, & mouet, iquā tū per eandē est in potentia. vt illa est passiua. vñ ignis per calorē agit, & per calorē patit: sed agit per calorē vt est actiua, & patit per calorē vt est passiua. & similiter est de aqua respectu frigiditatis. vnde motor mouet vt est in actu, & mouet vt est potētia mobilis. licet igitur mouens moueatur a moto, non mouet ab eo inquantū motū, sed vt est motiuū: & motū mouet mobile, nō vt est mobile mouens, sed vt est potentia motū. vnde licet min⁹ agat in maius, tñ agit à pportione maioris inęqualitatis, ex quo maior est potentia actiua minoris, q̄ potētia passiua maioris. Ista positio ē cōtra pricipia Phię,

Impugnatio.

Alia solu.

q aliquid sit in actu & in potētia per eādē formā respectu eiusdē. tunc .n. rueret totus octauus phy. & demōstratio Philosophi in. 8. phy. tex. cō. 40. vbi habet q totum non pōt per se mouere totū, quia tunc idem esset in actu & in potentia. Rueret etiā ratio Cō. 3. coeli cō. 28. vbi hēt q elementū non pōt esse per se mouens, & per se motū fm formā. quia, cū moueat fm q est actu, & subiectū motus sit ens in actu. &, cùm nō sit in actu nisi p formā, tūc idē fm idē essentialr esset mouens & motū, & in actu & in potentia. vnde licet fm Peripateticos idē sit in potentia & in actu, tñ hoc non pōt esse per se respectu eiusdē. forma ēnti per se mouet, sed mouet per accidens rōne materiæ, & vt est forma in materia. Dico igit ast, q ignis, inquantū est in actu, p caliditatē agit ī aquā, inquantum aqua est in potentia calida: sed aqua nō est in potentia calida rōne frigiditatis: quia ista potentia est passiua, & vnum contrariorū non est receptiuū alterius contrarij. licet .n. frigidū actu sit calidū potētia, hoc est rōne priuationis annexæ, quæ est in materia, quæ non pōt expoliari à contrarietate fm totum. silr aqua vt est actu frigida agit in ignē, qui est potētia frigid', sed ignis non dicit esse potentia frigidus, loquēdo de potentia priuatiua rōne caliditatis: quia tūc calidū, remanēs calidū, pōt recipere frigiditatē: sed est rōne materiæ, q̃ stat sub forma ignis calidi. Et ideo. 1. de gñatione te. cō. 43 laudans Diogenē, dicit q, si non essent ex vno oīa, nō esset facere & pati adinuicem. Et ideo Arist. dicit q est ista necessaria conditio in hoc, q fiat ista mutua actio, & passio, vt sit cōis materia. quia per materiā cōmunē vtrūq; est in potentia, sed per formas diuersas vtrūq; est in actu, & vtrūq; agit p illud, qd̄ est sibi propriū, & vtrūque patitur p illud, in quo est cōicatio. Vnde Arist. in. 1. lib. de Gñat. & Corru. Isto modo conciliat opiniones Antiquorū. quidā .n actionem et passionē dicebāt fieri merito similis, & quidā merito contrarietatis. ipse dicit q cùm totū videre debuissent, partē viderunt ambo. vnde tex. cō. 50. determinat q receptio ē merito similitudinis: qa quæ patiunt, dñr conuenire in eodē gñe, i. subiecto seu materia, & actio est merito contrarietatis. nō igitur ignis per se agit, & per se patit caliditatē, ita q caliditas sit per se ratio, per quam agit, & per quā patit: sed agit per caliditatē per se, & per eandē patit per accidēs. & quia oē per accidēs reducit ad per se, per se pati rōne materiæ subiectæ calori, sic nō est inconueniēs. quia dicit Cō. q forma vt forma mouet, sed vt est ī materia mouet: quia motio passiua est à materia nō à forma. ita dicde aqua, q per frigiditatē per se agit in ignē vt est in potentia passiua per se per materiā, fm quā est potentia frigida: & eadem aqua patit, vt est in potentia passiua per materiā per se vt est potentia calida: sed per frigiditatē aqua non est in potentia passiua. nisi per accidens. Sed ad difficultatē de excessu, dic q qñ contraria ita sunt adæquata in suis potentijs, q vnū tantum pōt agere in reliquū, quantū alterū resistere, non prouenit actio in hoc casu. Vnde Cōm. in hoc sensu negat ambas qualitates esse æque potētes in summo in elntis, quia non proueniret actio, vt patet. 4. meteo. cō. 10. Et ideo dicit Arist. in. 1. lib. de gña. tex. cō. 89. & in. 2. etiā te. cō. 84. q in mixtione, qñ contraria sunt adæquata potentijs æqualr, tūc transmutat vtrūq; in sui ipsius natura. non .n. gñatur alterū, sed mediū cōe. Et ita etiā dicit Cō. in. 2. de gña. cō. 48. q mixtio contrariorum non fit, qñ simplr alterū dñatur super alterū, neq; qñ hñt æqualē potentiā. si .n. potentia alterius fuerit simplr dñans gñatio erit dñantis, & corruptio dñati. &, si fuerint æquales potentiæ, tunc non fiet altera forma, vt declaratū est in. 4. meteo. Vbi animaduerte q nō fuit opinio Cō. q duo contraria æqualia in gradibus non pñt agere, vt multi ex ista authoritate male intellēa intellexerunt. quia hoc est contra sensum. quia calidū vt. 8. potest agere in frigidū vt. 8. sed sensus est. q ex talibus, quæ sunt æqualia in potentijs, non pōt resultare forma media: quia oportet talem formā, si debet prouenire, declinare ad alterum cōtrariorū, qd̄ sit dñans dñati: quia non dat cōplexio ponderalis. nec ęquale ad pondus. vnde sic intelligitur authoritas eius in. 4. meteo. in cōm. 10 quia & in. 10. meta. cō. 23. & in. 2. colliget cap. vlti. & hic semper eodem modo loquitur. Quidā .n. ex illa authoritate in. 4. meteo. colligunt fm Auer. non posse reactionem fieri fm eandē contrarietatē: sed fallunt. Sed opinio sua est ista q, qñ elnta alterantur adinuicē, si debet fieri mixtum, oportet, q alterū sit dōnans, & alterū dñatū. sed p p hoc non sequit illud, quod ipsi sibi imponunt, sed solū q nō pñt hīre potentias æquales. nam semper vnum dñatur reliquis: & ideo mixtum mouet ab elnto dñante. & licet sint in gradibus æqualia, potentia tñ vnius superat resistentiam alterius. nam ignis vt est actu calidus, superat aquā, q̃ est potētia frigida: & silr d̄ aqua respectu

4. physic. tex. 99. Vndecima contradi. est in tex. 99. Arist. videt dicere motũ esse continuũ, quia magnitudo, super qua fit motus, est continua. Sed huius oppositũ arguebã per tex. cõ. 23. in. 5. phy. vbi asserit q esto q spaciũ, per qđ fit motus, non sit continuũ, dũmodo tẽpus, in quo fit motus, sit continuũ, adhuc mot⁹ est cõtinuus. Amplius aũt dubitatur ibidẽ. quia vult tps esse continuũ, quia motus est continuus: sed. 5. phy. dicit motũ esse continuũ, quia tps est continuũ. alter igitur sermo falsus esse videtur, alioquin erit circul⁹. Eudemus, vt asserit Simplicius in. 3. phy. auscultationis, tenet cõtinuitatem motus esse ex spacio, super quo fit motus. Straton aũt non solum ex spacio, verũ etiã ex seipso motum hre continuitatem asseuerat. Solutio. Dicimus nos, q continuitas motus ex pluribus causis venari põt, & diuersimode, quia & à priori & à posteriori. à priori quidem ex parte mobilis, & ex parte spacij, à posteriori vero ex parte tpis. Vnde Arist. 3. phy. tex. cõ. 70. dicit q infinitũ non eodẽ modo inuenitur in magnitudine, motu, & tpe, sed tẽpus est infinitum pp motũ, & motus pp magnitudinẽ, vbi lucidissim⁹ Themistius per magnitudinem, in qua alteratur, mouetur, aut augetur, exponit subiectum motus. oĩs. n. motus, aut localis, aut alterationis, aut augmenti in magnitudine, quæ corpus est, tanquã in subiecto est. & ita exponit etiã Cõm. ibidẽ, & 6. phy. tex. 49. dicit. secutũ est aũt oĩa diuisibilia ab ipso mutante. i. à subiecto motus, quod mutatur, quia illud est diuisibile, ideo motus & tps sunt diuisibilia. Vnde sine dubio poti⁹ continuitas mobilis est causa prima continuitatis & diuisibilitatis, motus, q̃ diuisibilitas & continuitas spacij. Dicit. n. Themistius q non oĩs motus continuitas ex spacio est, alioquin motus equorum in stadio lacessit⁹, & interruptus esset. sed non põt motus esse continuus, si mobile non fuerit vnũ & continuum, vt patet. 4. physi. tex. cõ. 34. Amplius aũt motus circularis corporis continuus est, & tñ non dicit esse in spacio. vnde continuitas motus circularis est ex parte mobilis, licet I motu recto hoc possit esse. quia ille dr I spacio esse. scribit. n. Cõ. in. 2. cœli & mun. in tex. cõm. 46. spacium in circulari motu est magnitudo ipsius corporis, magnitudines. n. in istis, i. in circularibus sunt, sicut spacia in rectis. Et ista est determinatio, frater mi, Aristo. formalr in. 2. de genera & corrup. in tex. cõ. 62. vbi ex proposito mouet q̃onem istã, verum motus continuitas sumat principalr ex parte mobilis, vel ex parte spacij, seu termini, et concludit pro opinione nostra, quã diffuse tenui in Theorematibus, q ex parte mobilis. & tu vide, si placet. Ad formã igitur contradictionis dico, q dictũ Arist. verũ est, sed non dicit illam esse causam primã & adæquatam, vt iã probatũ est. Ad aliã difficultatẽ dicimus tps esse causam continuitatis motus in rõne mensuræ, quia tps est numerus motus, & ad motus vnitatẽ & continuitatem requirit q sit vnitas mobilis termini & tpis. sed motus est causa cõtinuitatis tpis in rõne subiecti & causæ. & hoc non inconuenit. Quòd solo nta vera sit, vide principiũ cõ. 99. vbi supplet defectũ Arist. dicit. n. Cõ. q motus est continuus, quia magnitudo, per quam fit motus, est continua, & motũ etiã est tale, quia requiritur alia causa, immo illa est prima. Nam Aristo. 2. cœli tex. cõ. 47. demrat q stellæ, cũm sint partes orbis, non pñt moueri per se orbe quiescente. quia, cũ motus cœli sit continuus, oportet q mobile sit vnũ & continuũ. & ideo, si partes eius essent diuisæ, motus ille non esset. contra tamen motus potest esse continuus, licet desinat rei, idest spacij parumper, super quo fit mo-

sit motus, vt patet. 5. phy. tex. commen. 25.

4. physic. com. 99. Duodecima contradi. est in cō. 99. Videt dicere Cō. q motus sit quiditatiue quātitas. Huius tñ oppositū d. Philosophus, & ipse in 5. meta. cō. 18. & te. Burleus & Moderni distinguunt de triplici consyderatione mot⁹. dicunt. n. motū posse sumi primo, vt nō differt à termino ad quē, nisi sicut imperfectū à perfecto: & sic est de gñe termini ad quē. Alio modo pro fluxu continuo, quo mobile tendit ad suā perfectionē, & sic est de p̄dicamento passionis. Tertio modo pōt capi p illa successione, vel duratione transmutationis continue: & sic est in prædicamento quantitatis per se. & sic dicit Philosophum consyderasse motū in. 5. meta. qñ dixit motū esse quantitatē. Mirū est quō iste vir ita manifeste peccat in ponendo propriā quantitatē motui: & in dicendo de intētione Philosophi motū esse per se quantitatē. Immo Philosophus expresse. 5. met. cap de quāto, & tex. cō. 18. enumerat motum, & tps inter quanta per accidens, & dicit alia, vt motus, & tps, etenim huiōi quanta quædā dñr, & continua, eò q illa diuisibilia sunt, quorū sunt hę passiones. Et Cō. in cō. dicit q tps & motus sunt quantitates, eò q sunt accidentia consequentia essentialiter illa, quæ sunt quantitates p suā substātiā, f. magnitudinē, quæ diuidit essentialr & primo. Dicam⁹ ergo ad contradictionē, q Cō nō dixit in. 99. cō. motū quiditatiue esse quantitatē, sed solū p accidēs. Vnde, si ponderent verba sua, ibi reddit causam continuationis in motu, & dicit q est quantitas, per quā est motus. noluit dicere q motus est continuus, quia motus sit quantitas, sicut imaginatur contradicens: sed voluit motum habere continuationem à quantitate, idest à magnitudine, super quam fit motus.

4. physic. tex. 104. Decimatertia contradict. est in tex. 104. Arist. vr dicere (vt exponit Themist.) tps esse quodāmodo numerū ex momentis collectum. Sed huius oppositū habet. 6. phy. vbi ostēdit q tps non cōponit ex instantibus, sicut neq; linea ex punctis. Solutio. Soluitur. Tempus quodāmodo est discretum, & quodāmodo continuū. si consyderat vt est numerus numerans, sic est discretū & mathematicum: & tunc sicut numerus causat ex repetitione vnitatis indiuisibilis, & licet vnitas ipsa indiuisibilis sit numerus, tñ resultans est qd diuisibile, sic eodē modo tps, si consyderet, vt est numerus resultans ex repetitione instantis indiuisibilis, ipsum tñ diuisibile est. & hoc expresse dicit Them. in pñti loco, q instans est quodā modo vnitas tpi tn naturalr tps est numerus numerat⁹. & est vt sic causatū ex partibus diuisibilibus & continuis, quia partes tpis sunt tps. & ideo Arist. in definitione tpis admonuit intelligendū esse numerū sumi pro numero numerato, qui est continuus & nō discretus: licet Cō. alr sentiat cōtra Them. & male, vt alias declaraui, vbi dicit Them. I pñti loco q dria Iter momenta respectu vnitatis in hoc cernitur, quia momēta vnā continentiā pariūt, i. vnum continuū efficiunt, sed vnitas discretionem molit, i. faciunt vnā discretionem, & hoc ſm mathematicā imaginationē, vt dixi, vnde momenta continuāt tps, & diuidunt: sed vnitates solū diuidunt, non continuant. Pōt etiā illud naturalr intelligi, vt quo, non vt quod. quia partes tpis continuantur instanti, sed quæ continuantur non sunt instātia. sed vnitates nullo modo sunt continuantia numerum.

4. physic. tex. 105. Decimaquarta cōtradi. est in te. 105. Ari. ponens similitudinē inter nunc, respectu tpis, & id quod fert respectu motus, dicit q sicut tps est numerus motus, sic nunc est numerus eius qđ fert. postmodū vero dicit ipsum aūt nunc est, sicut qđ fertur, vt vnitas est numeri. & ita iacet litera ad verbum. & Argyropylus ex præsumptione male transtulit. Vnde sensus est q nunc est respectu tpis, sicut id quod fert est causa lationis: & sicut vnitas est respectu numeri, sic ipsum nunc quodāmodo est vnitas respectu tpis. & non vult in his verbis Philosophus dicere q nunc sit numerus eius qđ fertur, sicut interpretatus est Argyropylus, neq; q velit Arist. dicere nunc, cū sit indiuisibile quodā, non cōparari ipsi mobili in rōne numeri, cùm numerus sit quid diuisibile, sed in rōne vnitatis, vt interpretatus est diuus Thomas illū locū. iā. n concesserat Philosoph⁹ numerum lationis, & numerū eius qđ fert similr esse. & hoc, qđ est numerus lati pater qđ non est, nisi nunc. sed sensus Arist. est, sicut legit lucidissimus Them. & Simpl. & Cō in cō. qui volunt q ipsum nunc, quod est numerus trāslati, ita se hēt ad tps, sicut vnitas se habet ad numerū, vt quēadmodū vnitas ex sui reiteratione causat numerū, licet vnitas sit quid indiuisibile, sic instans sui repetitione causat tēpus, licet instans sit quid indiuisibile. Vnde hæc sunt verba Them. Clarum est semet comitari & appellare vicissim tēp⁹ & momentū, ita vt sine altero neutrum possit consistere. Est. n. tempus ferè de momentis contitus, constatusq; numerus,

mũ momentũ quodãmmodo vnitas est tpi. & sicut vnitas repetitione alterationeq; numerũ facit, ita momentũ reciprocatione & iteratione tp̃s. & quẽadmodũ vnitas, quanquã insectilis, constituit tñ numerũ sectilẽ, ita momentũ, quod indiuisibile est, inuehit tp̃s quod diuisibile est. cæterũ dr̃ia noscitur q̃ momẽta vnã continentiã pariunt, vnitas discretionẽ molit̃. Ita etiã scribit Cõ. in cõ. inquit. n. cõ. 105. instans, quod est numerus translati, ita se hẽt de tpe, sicut vnitas de numero. deinde dedit modũ, ſm quem assimilat̃ vnitati, & modũ in quo differt, & dixit tp̃s. n. est continuũ, i. sed tp̃s cõtinuatur per instans, & diuidit̃ per ipsum: per vnitatem vero diuiditur numerus, sed non continuatur. & instãs continuat tp̃s cum accipit̃ pro termino cõi duobus tpibus, sicut pũctus accipit̃ vltimum cõe duabus lineis: & diuidit illud, qñ accipit̃ pro principio futuri, & fine præteriti, vt declarabit̃ post bene. Sed tunc ſm istã expositionẽ Themi. Simpl. & Cõ. insurgit magna contradictio apud Ari. Nã, si instans sui repetitione causat tp̃s, sicut vnitas numerũ, sequit̃ tp̃s cõponi ex instantibus: cuius oppositũ demr̃atum est in 6. phy. Confirmat̃ per Them. dicentẽ tẽpus esse numerũ conflatũ de momentis, constitutumq;. Amplius Themi in præsenti loco subdit. Plane continuant momenta tp̃s, vt dixi, sed & diuidunt quoq; eo modo, quo motũ suũ mobile, & delatile delationem.

Instantia.

Solutio.

Sed ad hoc patet solo ex his, quæ declarat Philosophus infra in tex. cõ. 106. vbi vult q̃ tp̃s est numerus, nõ sicut eiusdẽ puncti, sed sicut vltima lineæ magis, & nõ sicut partes, medio. n. puncto, vt duob⁹ vtet̃: quare quiescere continget. & te. cõ. 107. continuando, dicit q̃ nunc non est pars tpis, neq; diuisio motus, sicut neq; puncta lineæ: sed sunt termini, qui sunt semper in terminato.

4. physic. tex. 105.

Decimaquinta cõtradict. est in eodẽ. tex. Ari. in hoc tex. volens assignare causam vnitatis & continuitatis motus, inquit etenim motus & latio vna est ipso quod fert̃, quia vnũ & nõ quodcũq; ens, etenim deficeret, sed & rõne. vbi vr̃ dicere Philosophus, q̃ ad hoc vt motus sit vnus & continuus, oportet mobile esse vnũ non qualitercunq; sed ſm rõnẽ. qđ Argyropylus iuxta sensum transferens apertius dixit. inquit. n. nã motus ac latio vna est. sane ipso qđ fert̃, ꝓpterea q̃ vnũ est, & nõ subiecto. sic. n. intercapedines esse p̃nt, sed rõne. In tex. aũt ĩmediate præcedẽte, s. 104. oppositũ vr̃ dicere. scribitur. n. ibi, hoc aũt quodcũq; ens est, idẽ est. punctũ. n. aut lapis, aut aliquid hm̃õi est, rõne aũt alterũ est, sicut Sophistę dicũt. & patet q̃ loquit̃ de mobili, qđ licet in toto motu sit idẽ ſm subiectũ cõtinue, tñ est alterũ & alterũ ſm rõnem. vbi est apertissima contradictio. Propter quã diuus Thomas, & Latini oẽs legũt istũ locũ negatiue. Volũt. n. q̃ dr̃ stare (sed non rõne) & sic nulla erit cõtradictio. Nos aũt inuenimus locũ istũ in Græcis codicib⁹ affirmatiuũ, & Argyropylus ita etiã trãstulit: & lucidissimus Them. & Simpl. qui verbo tenus expositionẽ Them. sequit̃ in præsenti loco etiã affirmatiue legũt. Pro quo debes scire q̃ mobile dupl'r consyderari potest, vno modo, quo ad substantiã, seu ſm subiectũ, & sic mobile non est necessarium q̃ sit simul cũ motu, nec illa rõne dat vnitatẽ & continuitatẽ motui. quia, si lapis moueat̃, põt interea quiescere. & licet vere moueat̃, & sit vnus & idẽ lapis ſm substantiã motus, tñ ille non erit vnus & continuus. oprtet igit̃ id, qđ fert̃, semper esse vnũ ſm rõnẽ, ſm quã consyderat̃, vt est causa mot⁹. & hoc est in eo, qđ fert̃. sic. n. est motus causa. vñ si non interlaxat, sed retineat istã rõnẽ formalẽ in toto motu, sic motus erit vn⁹ & continuus. Vñ ista sunt verba Themi. est. n. ideo iugis & vna delatio, quia vnum est qđ fert̃, vnũ inquã non simpl'r (nã hoc q̃dẽ mõ vna res fuerit, q̃ monstrat̃, corpusq; est quã lignũ, quã ferrũ, quã lapis) sed q̃ defert̃, i. ĩ eo qđ ĩ motu, delationeq; est, quo respectu vnũ esse nõ põt, si motũ distrahat interrũpatiue. tunc. n. neq; cõtinu⁹, neq; vnus fuerit, quãuis sit id qđ moueret̃ vnũ. sed tũc & vnus & cõtinuus est, cũ qđ defert̃ in eo qđ defertur est vnũ, hoc est cũ non interlaxat, nec interquiescit. alioquin interpollando prior motus destruit̃, & à posteriori abscindit̃ atq; dirimit̃ & sic etiam ad verbũ dicit Simpli. Sed quid tunc ad contradictionem dicem⁹, cũ superius dixerit mobile ĩ motu eẽ alterũ ſm rõnẽ? R̃ndet̃ q̃ illa alietas ſm rõnẽ est alia ab ista. ibi. n. loquebat̃ de alietate rõnis contingenti mobili rõne spacij sup quo fert̃. Nã Arist. declarat hoc per exẽplũ. inquit. n. hoc aũt rõne alterũ est, sicut Sophistæ accipiunt alterũ Coriscum in lyceo esse, & Coriscũ in foro. sed in hoc tex. dum asserit q̃ mobile in motu vno & continuo dr̃ manere idẽ ſm rõnẽ, intellexit de rõne formali, ſm quã est causa motus, & continuitatis eius: & est inquãtũ mouet̃ & defertur: sic. n. talẽ rõnem semper retinet in causando motum, videlicet inquantũ est in statu & delatione. quia non est causa motus

imme-

immediata fm sui subiam, q̄a sic quiescere & deficere pōt. & hoc aperte dicit Them. in expositione te. 106. vbi etiam Arist. iterum dicit q̄, id, quod fert, semper est alterū. vbi dicit Them. non quod sit alterū à se in eo, quod defertur, sed quia est in alio & alio loco. Et sic nulla est contradictio, quia est respectu diuersorū. Et istud tene, quia multi errores passim circūferunt̄ ꝓꝑ ignorātiā literarū Græcarū. & Deus sit dator auxilij.

4. physic. tex. 108. Decimasexta contradi. est in te. 108. Ari. & Cō. dicūt in isto te. cō. 108. q̄ in tpe non est accipere minimū fm magnitudinē, sed solū fm multitudinē. Sed opponebā ex te. cō 39. 2. de cœlo. vbi dr̄ q̄ vniuscuiusq; act⁹ hēt minimū tēpus ad non excedere. & ibidē dat̄ exemplū, q̄ est dare minimū tēpus, cui⁹ nō cōtigit in minori moueri cęlū, sicut neq; citharizare, neq; ire in quocūq; tēpore possibile. Amplius non est maior rō de tēpore, q̄ de motu. sed in motu est dare minimū motū fm magnitudinē. scribit̄ n. 2. cœli tex. cō. 28. q̄ minimus motus est, qui est velocissimus. talis aūt est motus cœli, qui est mensura aliorū motuū. in vnoquoque aūt mensura, quod minimum, vt dr̄ ibi, & etiā. 10. meta. tex. cō. 3. & 4. Solutio. Soluitur Consyderatio de tēpore & motu duobus modis capi pōt. Vno modo simpl'r. & fm rōnem ḡnalē, inquantū videlicet sunt continua, & inquantū motus aut tēpus absolute. & illa rōne loquit̄ de motu & tēpore Aristo. in libris physicæ auscultationis, inquantū videlicet motus inuenitur in corpore absolute, & in eò q̄ motus. Alio mō consyderant̄ vt sunt applicata reb⁹ sensibilibus determinatis per formas sensibiles & naturales. Tunc dico q̄ tēpus fm illā abstractā consyderationē non hēt minimum nisi fm multitudinē, non aūt fm magnitudinē. nam cum sit de numero continuorū, & continuū sit diuisibile in infinitū, sub illa rōne non est dare minimū tēpus. Si aūt tēpus fuerit consyderatū fm contractā consyderationē, vt hēt mensurare motū, & actus determinatos ꝓuenientes ab agētibus naturalibus determinatis: oium. n. natura constantiū determinatus est numerus magnitudinis & augmenti: sic bene in tēpore inuenitur minimū. & sic etiā inuenit̄ minimus motus, vt bene probatur ex obiectis. Consimilem solutionē sequitur Cōm in. 6. physi. in cōm. 15. sicut poteris videre.

4. physic. tex. 112. Decimaseptima contradi. est in tex. 112. Ari. & Cō. dicūt q̄ tpi per se cōpetit mensurare motū. Sed hui⁹ oppositū colligit̄ à Philosopho inferius in te. cō. 118. vbi ꝓbās Philosophus, q̄ licet tēpus sit mensura quietis, non sequitur ex hoc vt quiescens sit in motu, ex quo quiescens est i tpe: quia tēp⁹ non est mot⁹, sed est numerus mot⁹. vbi Them. & Alex. dicunt q̄ tēpus est accidens motus, & nō sequit̄ q̄, si aliquid fuerit in accidēte alicui, q̄ ꝓꝑ hoc erit in illo, cui illud accidens accidit non. n. si quid fuerit in die, erit in latione Solis & expresse Alexā. vt recitat ibi Simpl. dixit q̄ tpi accidit mēsurare motū. est igit̄ apertissima contradictio, sicut vides. Nisi esset q̄ per accidens sumit̄ bifariā. Solutio. vno modo, vt distinguit̄ cōtra per se primo modo. alio modo, vt distinguit̄ contra per se secundo modo. & tunc dico fm Alexā. & Themist. q̄ substantia seu quiditas tēporis consistit in numerato esse prioris & posterioris ipsius motus, fm quod hoc est prius & illud posterius. & sic tp̄s quiditatiue est numerus motus tantū & non quietis. quietis. n. essentia non consistit in prioris alicui⁹ ad aliquod posterius transitu, vterq; asserit. & ideo numerus in definitione tēporis sumitur pro numero numerato. sed tēpus bene est mensura, non solum motus, verum etiā quietis. quia mensurare est de accidentibus tēporis, & non est de quiditate. est. n. ꝓpria passio ei⁹, fm quā primo respicit motū, & ꝑ se, secūdario vero & ꝑ accn̄s respicit quietē, q̄ est mot⁹ priuatio. eadē. n. est mēsura priuationis & hitus, licet nō eodē mō: sicut est eadē potētia discretiua lucis & tenebrarū, & soni, & silētij, & eadē ē regula obliqui & recti. Sic igit̄, si ly per accn̄s opponit̄ cōtra per se primo mō, dico q̄ mēsurat̄ motū nō cōpetit tpi per se, sed per accn̄s. vn̄ intell's pōt quiditatiue itelligere tpis subiam, absq; hoc q' itelligat mensurationē respectu mot⁹. pōt. n. intell's diuidere q̄ sunt cōiūcta I esse. vt d. Cō. in. 12 primæ p̄hiæ in cō. 39. sed si ly per accn̄s distinguit̄ cōtra per se secūdo mō, sic dico q̄ tpi nō accidit mensurare motū, sed cōpetit sibi per se. & sic intelligit̄ dictū Ari. in te. cō. 112. Sed tūc est difficultas, Difficultas. quia Cō. 4. phy. cō. 112. cōtra Them. vult q̄ numerus ponat̄ in definitione tpis ꝓ numero numerāte. quia tēpori per se cōpetit mensurare motū, motui aūt mensurare tēpus competit per accidens. & ideo, vt inquit Aristot. non posuit numeratum motus in tēporis definitione, sed posuit numerū. & Themi. nō animaduertit ad hoc. tunc igit̄, si mensurare motū ponit̄ in definitione tpis, male igitur dictum est hoc cōpetere sibi per se in secundo modo, & q̄ intellect⁹

 pōt

pôt intelligere quiditatẽ tpis abstrahendo à rône mensurationis respectu motus. Dico ꝙ de Auer. ego magis miror, ꝙ nõ aduertit iudiciũ, & verba magistri, q̃ de Them. ꝙ nõ aduertit verba sua, si hoc verũ esset. Arist. enim vidẽs multiplicitatẽ illius nois numeri, posita tpis definitione statim admonuit nos, ꝙ cũ numerꝰ, alter sit numerans, alter sit numeratus, tps non est tps quò numeramus, sed quod numeratur ex quo sequit͛ ꝙ quiditas tpis cõsistit in numerato esse prioris & posterioris in motu, fm quod hoc est prius, & illud posterius. ꝙ aũt tps motũ mẽsuret, hoc consequit͛ tpis quiditatẽ, sicut accidentia per se consequunt͛ subiectũ. & hoc est, ꝙ multos viros illustres decepit vsq; ad tpa nr̃a, qui videntes tps non esse numerũ numerantẽ simplr̃, quia ille est quantitas discreta solũ ex vnitatibus indiuisibilibus resultans atq; cõposita neq; est præcise res numerata, sed est quodammodo numerus numerans, & quodãmodo est numerus numeratus, crediderunt pp cõcomitantiã inseparabilẽ istarũ duarũ cõditionũ, ꝙ sicut vnũ est de quiditate tpis, ita sit & reliquũ. dicit enim Cõ. in. 4. phy. in cõ. 95. multotiens existimat͛ ꝙ illud, quod cõsequit͛ rẽ sit ipsa res. sed est error, quia vnũ consequit͛ tẽpus quiditatiue, aliud vero sicut passio. Et ideo bñ dixit Alex. ꝙ quiditas tpis cõsistit in numerato esse prioris & posterioris motus, mẽsuratio aũt consequitur sicut accidens. Vnde æquiuocatio decipit Auer. & sequaces Latinos, qui in hac re oẽs hallucinati sunt cũ eo, quia nõ distinxerunt inter numerũ & mẽsurã. crediderunt .n. ista æquipollere, sicut (inquit Alexã.) crediderunt illi, qui opinari sunt tpis diffinitionẽ esse imperfectã, volentes debere addi tps esse numerũ motus, & quietis, ac si eadẽ esset rõ numeri & rõ mẽsuræ. sed longe decepti sunt, quia tps solũ est numerus motus, sed est mẽsura vtriusq; videlicet motꝰ & qetis licet diuersis modis quia motum mensurat per se, & quietem p accidens. & ideo, fm viam Alex. & Them. numerus, positus in definitione tpis quiditatiua, stat pro numero numerato, quia illa est tẽporis quiditas & ista est via eorum. et est via Aristo. vt mihi vr̃ sine dubio. Si quis aũt vellet numerum positũ in definitione tpis hie vtrãq; rõnem, videlicet & numerati respectu prioris & posterioris primi motus, & numerãtis respectu cæterorum, quia est natura eiusdem, sicut natura entis ambigui, & res definiunt͛, sicuti sunt: est .n. vt dicit Cõ. quasi cõpositũ ex duabus quantitatibus, videlicet continua & discreta, & sic vt det͛ Cõ. exponere definitionẽ illã: tunc stante illa via, quã cõiter Latini sequunt͛, dico ꝙ illa definitio non est pure quiditatiua, sed est de numero illarũ definitionũ, q̃ dãt quiditatẽ & esse, seu est de numero illarũ definitionũ, quæ differũt situ à demrone. Vnde dico ꝙ numeratio actiua cõpetit p se tpi respectu cæterorũ motũ, qaipsa eiꝰ essentia cõsistit in numerato esse prioris & posterioris primi motus, & si Cõ. intellexit illo mõ, bene intellexit, & Latini cũ eo. sed si intellexit ꝙ vtraq; rõ est de tpis quiditate, credo ipsum male sentire, & Græcos melius intellexisse mentẽ, & verba Arist. ista .n. distinguuntur, ratio numeri, & ratio mensuræ.

Decimaoctaua contradi. est in eo. te. vbi Arist. dicit ꝙ tps & motus se mutuo metiũtur, quia adinuicẽ definiunt͛. Sed huius oppositũ scribit͛ per Auer. in. 4. phy. in cõ. 97 vbi dr̃ ꝙ tẽpus non pôt imaginari sine motu, & motus pôt imaginari extra tempꝰ. Et confirmat͛, quia motus ponit͛ in definitione tpis, sed tps nõ ponit͛ in definitione motus vt patet. in. 3. phy. tex. cõ. 6. Nisi esset ꝙ non fuit mens Philosophi dicere motum, & tempus adinuicem definiri, quia reciproce sumant͛ in suis definitionibus, sicut relatiua seinuicem definiunt, vt dicit Porphy. in ca. de specie, & Philosophꝰ in. 6. topico. sed dñr seinuicẽ definire, i. determinare p viã adæquationis: quia tps adæquat͛ extensioni motus, ita ꝙ non excedit, nec exceditur ab eo, vt dicit Cõmen. 4. physico. cõmẽ. 113. & ibidem cõmen. 99. dicit ꝙ quantitas temporis sequitur quantitatem motus, scilicet quia est æqualis ei, noli tñ credere ꝙ quantitas temporis, & quantitas motus sunt duæ quantitates realiter distinctæ, & ꝙ vna sit fundata in alia, sed sunt vna quantitas realiter & fundamentaliter, & non distinguũtur nisi formalr̃, vnde tẽpus vltra motũ, vt motus includit propriam successionẽ, nihil aliud addit nisi rationem mensuræ formaliter: sicut bene ante nos notauit subtilis Scotus in. 4. senten. distin. 48. quæst. 2.

Decimanona cõtradi. est in tex. 114. Ari. dicit ꝙ tẽpus mensurat de motu vtrũq; .s. quantitatẽ, & esse. & hoc accidit motui, q a non habet oẽs suas partes in actu. vbi vr̃ ꝙ per accidẽs motus mensuret͛ à tpe, quò ad quantitatem, & esse. Sed in tex. cõ. 112. dicit oppositũ, ꝙ tẽpꝰ per se mensurat motũ, sed motus mensurat tẽpus per accidens. Nisi esset ꝙ absolute loquendo verum est, tẽpꝰ per se mensurare motũ, quia substantia eiꝰ est

Margin notes: Solutio. — 4. physic. tex. 112. — Solutio. — 4. physic. tex. 114. — Solutio.

est mensurare motú, modo supra declarato. sed sermo præsens est comparatiuus. quia diria est inter tempus, vt cõparatur ad motú, & vt comparatur ad res permanentes, quæ sunt sub tpe. res .n. temporales non mensurantur à tpe, nisi secundum esse, i. quantum ad durationé earum, vt patet in tex. cõ. 115 non aút mensurantur quò ad sui quantitaté. v.g. lapis, quò ad suum esse. i, quò ad durationem & permanentiam sui esse, mensuratur à tpe, sed lapidis quantitas mensuratur non à tpe, sed à cubito vel aliquo consimili. sed motus cú sit res successiua, & non habeat oés partes simul, mensuratur à tpe, & quò ad sui quátitaté, quia vt dicit Cõ. in cõ. 113. cùm tempus fuerit imaginatum esse mensuram extensam per extensionem motus, sic mensurat motú per se, & adæquatur ei, vt dicit Cõm. in cõ. 97. & mensuratur à motu illo modo per accidens. & tempus etiá mensurat motum quò ad esse, i. quò ad durationem eius, & fluxum suæ permanentiæ. & ita motui mésurari quò ad vtrúque, s. quò ad quantitaté & esse, accidit ex parte qua est ens, non habens oés sui partes in actu, sicut est spaciú, & vñr sicut sunt res permanentes.

4. physic. tex. 115. Vigesima contradi. est in tex. 115. Aristo. dicit quòd cùm tépus sit numerus quidá, esse in tpe dr dupl'r, vel quod aliquid sit tunc, cum tempus est, vel tanquá in numero esse. In numero autem esse contingit dupl'r, vel sicut partem, vel sicut passionem, vt vnitas, & par & impar, quorú vnitas est pars numeri, impar aút & superfluum sunt numeri passiones. sic & inquit in tpe nunc, & prius & posterius. sicut. n. illa numeri aliquid sunt ita hæc sunt aliquid tpis. Vnde. 4. phy. tex. cõ. 105. vnitas ita se habet ad numerú, sicut instans ad tépus. sicut. n. numerus est collectus ex reiteratione vnitatis, sic tépus est numerus quidá collectus, & conflatus ex instátibus, vt dicit etiá Them. ibi. par aút & impar & superfluum sunt de passionibus numeri, sicut etiam prius & posterius sunt de passionibus tpis. Vnde Them expresse dicit quòd sicut illa sunt accidentia numeri, sic hæc sunt accidentia tpis. patet aút quòd hoc nõ intelligitur de vnitate, quia vnitas est pars numeri, sed de pari & impari & superfluo. igitur prius & posterius sunt passiones tpis. Sed ex aduerso vr quòd sint driæ substantiales tpis, quia ponuntur in definitione eius. Soluit, quòd prius & posterius, quæ ponuntur in definitione temporis, non sunt prius & posterius temporis: sed sunt prius & posterius motus primi, vt dicit Them Ad argumentum Galeni, qui contra Aristo. inuectus asserebat enumeratis oïbus significatis prioris, nullus alius modus videbatur congruere nisi prioritas secundum tépus, & ita tépus definiebatur per tépus. Them. aút, & diuus Thomas, & Cõm. dicunt quòd prius & posterius ibi sunt prius & posterius primi motus. Et ex hoc poteris videre quòd prius & posterius non sunt de quiditate motus, sed sunt accidétia motus, vt dicit Arist. & Cõ. in. 4. phy in te. cõ. 99. sunt enim eadé secundum subiectú. quia qñ considerántur, vt dicit Cõ. vt sunt in subiecto, sunt partes motus, sed qñ considerantur secundum definitionem & quiditatem, sunt aliud à motu. quia motus est in quantitate, & prius, & posterius sunt in numero. Túc sic, sicut motus est in quantitate, vt mésuratur à tpe, sic etiá tépus. vt mensurat motú, est in quantitate: sicut dicit Cõm in cõ. 113. vbi declarat quõ motus mensurat tempus per accidés, tépus vero motum per se. inquit. n. hoc accidit ei, cú fuerit imaginatum esse mensurá extensam per extensionem motus. quod intelligas quò ad extensioné durationis motus merito illarum partiú, quæ sunt successiuæ, & non merito, partium motus, quas hét simul ad diuisioné mobilis. hét. n. motus duplices partes. 4. phy. cõ. 102. ná partes motus ex mobilis diuisione sunt secundum triplicé dimésioné, & penes illas tempus non est mésura motus, sed solú quò ad partes successiuas: & ita tépus non est mensura motus nisi secundum longitudiné durationis taquá linea successionis. & etiá sicut prius & posterius secundum quiditaté differunt à motu, sic prius & posterius secundum quiditaté differunt à tpe. sunt. n. accidétia & passiones téporis, sicut par & ipar sunt passiones & accidentia numeri & ista est vna solõ. Quia aút Them. substinet etiá prius & posterius posita in definitione téporis posse recipi, prout sunt driæ téporis, in illa solõne ad argumentú Galeni, túc secundum illá secundá solõnem esset magis difficile argumentú, & contradictio magis valida. & túc iuxta illam solõnem oportet dicere quòd veræ & substantiales téporis driæ sunt nobis occultæ, & circúloquimur eas per suas pprietates. Vnde diuus Aug. confessus est se ignorare téporis quiditaté. Vnde in hoc casu licet ad circúloquendú drias occultas ponere consequentia & propria, sicut dicit Cõm. in simili de qualitatibus elementorum cõtra Alex. in. 8. meta. cõ. 5. & alibi frequéter. & Auic. in. 5. suæ metaphy. & tu cogita.

Solutio.

Vigesimaprima contradi. est in tex. 117. Aristo. & Cõ. volunt tépus esse causam corrupti 4. physi tex. 117.

ruptionis per se, quia tempus est numerus motus, & motus distare facit, generationis vero per accidens. tunc igitur videtur gñatio esse per accidens intenta à natura, & corruptio per se. Huius autẽ oppositũ legimus in. 2. de gña. & cor. in tex. cõ. 59. vbi Arist. reddens causam continuationis & sempiternitatis gñationis finalẽ, inquit. quoniam in oĩbus inquimus naturã desyderare, quod melius est: melius est autẽ esse q̃ non esse: ideo complevit Deus esse, continuũ faciens gñationẽ. & ex consequenti gñatio est per se intenta, & corruptio per accidens. Nisi esset q; effectus ad duo comparari põt ad instrm, & ad agens principale: & tunc sine dubio in naturalibus simplr & absolute effectus dr per se, aut per accñs in ordine ad agens principale, & nõ in ordine ad instrm. instrm etiã duplr cõsyderari põt, vel materialiter, vel in ratione instri. qñ consyderatur materialr, non habet rationem instrumẽti. sed agẽtis principalis, & tunc dico q; possunt oppositæ proprietates cõpetere vni & eidem rei, dum est agens, & dum est instrm. & huius est accommodatum exemplum de igne. nã, vt dicitur. 2. de anima tex. cõ. 41. augmẽtum ignis apposito combustibili procedit in infinitũ. sic. n. Aristo. reprehendit ibi Antiquos asserentes augmentum & nutritionem fieri ab igne, vt ab agente principali. sed s̃m sententiam Arist. ignis concurrit vt concausa & instrm. anima. n. omnia operatur mediante igne, vt dicit Arist. in libro de morte & vita. tñ ignis. vt est animæ instrm mouet ad certum terminum præfixum, & naturæ cognitum. sic etiam est pariformiter q; motus natura simpliciter consyderata distare facit. & ista est causa per se ablationis rei à sua substantia, vt inquit Cõ. tñ motus vt est instrumentum regulatũ à Deo & intelligentia mouente, habet per se intendere generationẽ, & per accidens corruptionem. non. n. sicut diximus, impoẽ est oppositas & diuersas dispositiones cõpetere rei, vt est agens, & eidem, vt est instrumentum.

Solutio.

4. physic. com. 117. Vigesimasecunda contradi. est in cõ. 117 dicit motum abijcere à substantia. Oppositum infra. in eodem. 4. cõ. 128. Et. 8. physi. 59. Soluit̃. dictum suum fallit in motu locali per se, verificatur tamen per accidens.

Solutio.

4. physic. tex. 127. Vigesimatertia contradi. est in tex. 127. Arist. definiens, repẽte, dicit esse illud, quod tempore non sensibili propter eius paruitatem est remotum. Sed opponebã, quia ex libro de sensu & sensilibus, oẽ tempus sensibile est suapte natura. Nisi esset q; tempus

Solutio.

iudicat̃ esse sensibile, aut non sensibile, eo q; alicuius passio facta in eo, sensibilis est, aut non sensibilis. & quia contingit alicui⁹ passionẽ aliquam fieri propter motus velocitatem & temporis breuitatẽ insensibiliter, ita q; latet nos, illa rõne tempus respectu illius passionis insensibile iudicat̃, sed respectu alterius passionis illud tp̃s sentitur. omne igitur tempus in se sensibile est, & sic in libro de sensu loquutus est: sed nõ respectu cuiuslibet passionis in eo factæ sensibile esse põt. & sic sumpsit hic. Aut aliter dici põt q; tẽpus hic sumitur large pro termino temporis, qui est ipsum nunc indiuisibile in tempore existens, in quo sunt termini mutationum, & oẽs instantaneæ mutationes cõsueuit nãq; Philosophus lato vocabulo tẽpus appellare confiniũ tp̃is. seu ipsum instans. quod idẽ est. & est solo Alexandri.

Vigesimaquarta contradi. est in tex. 128. Arist hic, & Cõ asserunt tempus potius causam esse obliuionis & ignorantiæ, q̃ sapientiæ & cognitionis. vnde laudat & præfert snĩam Pythagorici Paronis asserentis tẽpus esse indoctissimũ, quia & obliuiscunt̃. Sed huius oppositũ legit̃ in Them. in. 2. phy. super tex. 43. vbi dicit tẽpus esse, & longã ætatẽ aptissimam ad indaginẽ veritatis rõnem atq; efficacissimã. & hoc etiã dicit Cõm. in sua media expositione in. 2. physi. imitatus in eodẽ loco Them. snĩam Nisi esset q; sermo Arist. est cõparatiuus, magis. n. operat̃ obliuionẽ q̃ scientiã, vñ & in. 1. de aĩa Ari. increpat Antiquos, cur d̃ deceptione, & causa eius non consyderauerint. magis. n. proprium est animalibus, & plurimũ tẽpus in hoc perficit anima. vbi Themi. dicit in tex. cõ. 151. q; ea, quæ nouim⁹, portione minima continent̃, si collata & cõparata his fiunt, q̃ ignoramus. Sed sermo Themi. est simplex. nã vt inquit Auic. in trac. 7. suæ primæ philosophiæ, ars quælibet in sui exordio est cruda & immatura, sed maturat̃ postea & deinde paulatim decorat̃ & perficitur. idem dicet Arist. in. 1. meta. Philosophiam balbutiendo incœpisse. vnde Arist. 1. cœli. 22. & in 1. meteo. dicit ex temporis longitudine putandum esse infinities Philosophiam fuisse renouatam, & infinities easdem opiniones extitisse. & ista est via eius.

4. physic. tex. 128.

Solutio.

Vigesimaquinta contradi. est in eod tex. Dicit tempus esse per se causam corruptionis, quia tẽpus est per se numer⁹ motus, oĩs autẽ motus, seu mutatio à natura remotiua est. & eandẽ sententiam habet Philosoph⁹ in eodem. 4. phy. in te. cõ. 117. Sed est in hoc duplex

4. physic. tex. 128.

duplex dubitatio. Primo, quia tẽpus est numerus primi motus, qui localis est. motus aũt localis non abijcit à substantia. 8. phy. tex. cõ. 59. & est limitatio etiã Auerr. hic in cõ. 128. vbi dicit q omis transmutatio naturaliter aufert substantiã transmutati in quacunque specie fuerit transmutatio, nisi in loco. & ita ratio Arist. non vr esse ad propositũ. Amplius aũt falsum vr q motus etiã, seu transmutatio per se sit causa corruptionis. quia 2. de gene. & cor. te. cõ. 59. semper naturã in oibus desyderare quod meli⁹ est dicimus. melius est aũt esse q̃ non esse. & per consequẽs gñatio, quæ ducit ad esse, est magis de intentione naturæ, q̃ corruptio, q ducit ad non esse. Et cõfirmat᷑. quia 1. cœli tex. cõ. 4 motus semper ex diminutione ꝓficiscit᷑, & intentio eius est perfectio. sic. n. ibi probat᷑ q corp⁹ est magnitudo perfecta, quia non põt ferri in aliam vlteriorẽ, & per consequens motus potius est causa perfectionis, & bonitatis, & sapientiæ, q̃ obliuionis, & corruptionis, & insipientiæ: cuius tñ oppositũ scribit Philosophus. Nisi esset q refert considerare transmutationẽ & motum in se, & considerare ipsum, vt cõparat᷑ ad intentionẽ agentis naturalis, cuius est instrm sub ratione, qua est instrm. & tunc dico duo dicta, quorum primũ est q quilibet motus in se consyderatus distare facit id, quod est, vt dicit Philosophus in tex. cõ. 117. seu à natura remouet rẽ, pro quanto ratione eius subiectũ remouet à forma, sub qua erat. immediate. n. quò aqua incipit calefieri ab igne, incipit remoueri à frigiditate, quę erat sibi naturalis. & quia subiectũ non põt expoliatũ esse ab oĩ forma, ideo accidit q, qñ subiectũ virtute motus seu mutationis remouet᷑ ab vna forma, oportet q transmutet᷑ ad aliã formã oppositã. sed prima operatio de intentione motus & mutationis est remotio subiecti à sua dispositione. &, quia ista est corruptio quędã, ideo mot⁹ & mutatio per se est causa corruptionis, generationis vero est causa per accidẽs. esse. n. quod est terminus generationis, est effectus per se & essentialiter agentis, aut generãtis, siue illud sit natura, siue aĩa, siue intells, vt dicit Cõ. in cõ. præsenti, vbi innuit triplex agens, naturale, quod est infimum: aĩam, qđ est mediũ: & intellm, qđ est supremũ ĩ ordine agentiũ. dña. n. est inter aĩam & intellm, vt est videre in 1. de anima, vbi Arist. reprehendit Antiquos, qui non distinxerunt inter aĩam & intellm. & silr anima est supra naturam, vt alibi declaraui. Si aũt consyderatur transmutatio & motus, vt est instrm agentis, cũm agens naturale semper appetat quod melius est, & esse est melius, q̃ non esse, sic generatio per se est à motu, & corruptio est per accidens. Ne videatur igitur tibi mirũ, si opposita verificantur de vna & eadẽ re sub diuersis respectibus consyderata. Scribit. n. Cõ. in. 3. cœli in cõ. 9 cõparatio est accidens separabile à re, res aũt non semper separatur à se. ẜm. n. quod respectiuum habet dispositiones contrarias, & infinitas, & ẜm quod est, essentiam non habet nisi vnum, & est quasi sua essentia. Et tu cum melius possis capere hoc, manuducam intellm tuum per quoddam simile. Certum est q in motu augmenti ignis concurrit ẜm sententiam Philosophi, vt concausa, & instrm: & manifestum est q augmentatio non est ab igne, inquantum ignis, quia augmentum ignis, vt dicit Philosophus. 2. de anima. tex. cõ. 41. est in infinitũ apposito combustibili, sed ignis, vt est animæ instrm, ducit ad certum terminũ notum in natura, quia agit ẜm exigentiam animæ, quæ est agens principale. sic pariformiter debes imaginari de transmutatione, q opposi tas habet dispositiones, vt absolute consyderatur, & vt eadem refertur ad intentionem agentis. & hoc etiã pulchre notauit subtilis Doctor in Theorematib⁹ suis. inquit. n. actio cuiuscunque, qñ ipsum sit instrumentum, variatur specie ab actione eius, vt principalis agentis. Per hoc patet ad obiecta, q licet tempus sit numerus motus, tñ est mensura non solum motus localis, verum etiam aliorum motuum, qui à substantia abijciunt. &, quia motus localis est causa aliorum motuum, ratione hac potest Philosophus habere intellectum suum. Ad aliud patet q cõcludit q in ordine ad agẽs, esse est magis intentum quàm non esse: siue sit natura, siue anima, siue intellectus, vt dicit Cõ. in cõ. Ad aliud. 1. de cœlo. dico q motus ille est imaginarius, & mathematicus, & ille est, vt res perficiat᷑. sic. n. dicũt pũctũ fluentẽ causare lineã, lineã superficiẽ, & superficiẽ corpus. sed motus naturalis, qui est in rebus sensibilib⁹, primo operat᷑ remotionẽ, & distare facit. & si operat᷑ gñationẽ, & esse, est ꝑ accñs, inquãtũ subiectum trãsmutatũ nõ põt remoueri ab vna forma, qn recipiat aliã. alioqn stat᷑ posset sine oĩ forma.

Solutio. (margin, left column)

Solũo ad argumenta. (margin, right column)

Vigesimasexta contradict. est in tex. 131. Arist. absoluens primam quæstionẽ de illis duabus propositis in tex cõm. 130. in qua quærebatur vtrum tẽpus esset circũscripta 4. physic. tex. 131.

anima, inquit, q. cũ tẽpus sit numerus motus, numerus aũt duplex est, videlicet numeratus & numerabilis: cùm aũt nihil aptum sit numerare, nisi aĩa & aĩæ portio illa, quę intellš appellatur, nisi aĩa esset, impossẽ esset tẽpus esse. Sed huius oppositũ habet ex. 2. de aĩa in tex. cõ. 142. contra Antiquos, qui asserebant non existente sensu nullum esse sensile, vt non existente visu non esse colorem. quia color cũ sit visibilis, & visibile dr relatiue ad ipsum visum: non existente aũt vno correlatiuo, nec alterũ existeret. Aristo. aũt, soluens eorũ instantiã, dicit eos peccare p fallaciam æquiuocationis, quia in non simplr dictis: loquunt tanquã de simplr dictis. nam sensus & sensibile dñr duplr sm actũ & sm potentiã tñ licet dictũ eorũ sit verũ, dum sumunt sm actũ, quia si non sit visus in actu, non est visum in actu: qñ aũt dñr sm potentiã, dictũ eorum non sequit, quia licet non sit visus in actu, posset tamẽ esse color, qui est visibilis in potẽtia. & hoc etiam expresse dicit Cõm. in cõ. inquit. n. in eis aũt, quæ sunt in potentia, non sequitur vt corruptio eorũ, & esse sit semper simĩ. Amplius est snĩa Ari. in prædicamentis, vbi hẽt q. sensus & sensibile non sunt simĩ natura. qa sensibile ablatũ aufert: sensum, sed nõ ecõtra. Forte pp istas rõnes Boethus, vt recitat Simpl. authoritate Alex. in pñti loco, & est authoritas ẽt Them. in sua paraphrasi, voluit snĩam Ari. non esse verã in hac solone. inquit. n. nihil prohibere numerũ esse, dato q. non sit aliquid, quod numeret, sicut põt esse aliquod sensile, dato q. non sit sensus. Hanc aũt obiectionẽ Alex & Them. soluere cupientes isto modo absoluunt. dicunt. n. q. ea, q̃ referunt, simĩ sunt. cùm aũt aliqua ad inuicem referunt duplr sumi pñt, actu videlicet & ptãte. relatio aũt dr fieri sm eandẽ rõnem, vt q̃ referunt actu, ambo sumant, vt actu, & q̃ ptãte, ambo sumant ptãte. vnde sensus in actu refert ad sensatũ in actu, & econtra. & silr sensus in potentia ad sensibile in potẽtia, & ecõtra. Sic i proposito, si non est numerans in actu, non erit numerus numeratus in actu: & si non sit numeratũ, quod dicit aptitudinem, neq; etiã põt eodẽ modo remanere numerabile, qđ etiã aptitudinẽ dicit. licet. n. possit remanere res illa, cui accidit iste respectus numerabilitatis, tñ non remanebit sub rõne, qua numerabilis. quẽadmodũ, si non sit sensus in actu, non est sensatũ in actu: & si non fuerit sensus in potentia, non etiã erit sensibile in potentia, licet remanere possit id, cui accidit sensibile esse. sicut si non fuerit visus in potentia non erit visibile in potentia, licet remanere possit color, cui accidit visibilẽ esse, sed non remaneret in rõne visibilis, sed sub rõne, qua color absolute: ita licet sine eo qđ numerat, remanere potest numerabile, tamen numerabile remanere nõ potest nisi remaneret numeratiuũ. cùm autem ita sit motus esse põt, si nulla res remaneat, q̃ numeret. sed prius & posterius esse non põt, vt dicit Them. nisi numerent, atq. monstrent. si igi tẽpus monstratio prioris, & posterioris cõstituit, qui effeceris, vt sine actione animi tẽpus constet. imo, vt asserit, si bene perpẽdas, neq; motus aĩo dempto remaneret, quia aĩa est fons, & origo motus circularis, qui est principium, & causa cæterorũ motuum, vt asserit Sed in hac solone sunt maximæ ambiguitates. Nam tũ dictũ Aristo. in. 2. de aĩa non esset verũ, vbi dicit, soluens rõnem Antiquorum, q. licet sensus in actu sint simĩ & sensatum in actu, in his aũt, quæ sunt ptãte locũ non hẽt, sicut ẽt Cõ. dicit in cõ. modo p vos etiã in his, quę sunt ptãte, locũ hẽt, quia sensibile in potẽtia refertur ad sensum in potentia. Amplius tunc vr dictũ Arist. in prædicamentis non esse verum, vbi probat q. non oĩa relatiua sunt simĩ natura, dans instantiã de scibili respectu sciæ, & de sensibili respectu sensus. quia inquit q. destructo sensu põt remanere sensibile, & destructa scia põt remanere scibile. sed dicam sibi q. est falsum, & est purus error. quia, si scibile ad sciam referat in actu, sunt simĩ: si in aptitudine, etiã simĩ sunt & non sunt. sic. n. sunt relatiua, q. si sumant vnũ in aptitudine, & aliud in actu, tunc non est bona comparatio. vnde, licet destructa scia in actu põt remanere id, quod esse põt scibile, nõ tñ remanere sub rõne, qua scibile, si scia oĩno deficeret & actu, & aptitudine, vt patet intelligẽti. V ñ Porphy. i pdicamẽtis corrigit dictũ Ari. ibidẽ, vt recitat Boetius. iquit. n. vr verũ esse in oĩbus relatiuis esse simĩ natura. vnde neq; sensibile est prius sensu, neq; scibile est prius scia. nam licet sensu gustus sublato, mel remanere posset, non tñ remaneret rõne qua gustabile. & licet scia sublata, substãtiæ rerũ possunt permanere, non tñ permanerent inquantum scibiles. quia oẽ scibile scia scibile est. Mihi tñ videt pro defensione Arist. dicendũ esse q. dictum suum in. 2. de aĩa sit verum ad hoĩem. nam loquit cõtra Antiquos, qui asserebant oĩa entia consistere in apparentia & existimatione, & ad eorum opinionem sequebatur quiditates re-rum

Boethi opinio

Alexan. & Them. solutio.

Difficultates contra solonem.

Opinio propria

tum consistere i actuali relatione, & q omnia erant actu ad aliquid, sicut est videre in. 4. primae philosophiae, vbi in te. cō. 26. inquit. qui dicit oia, q apparent, esse vera, oia quae sunt facit ad aliquid. & ibidē in tex. cō. 25. arguit q, si sensus & sensibile sunt relatiua, s̄m esse, sicut dicebant Antiqui, tunc non possent esse sensibilia sine sensibus. Et simplr, si sensibile solū esset, nihil esset pfecto, cùm aiata non essent. sensus nāque non esset. neq; sensibilia itaq;, neq; sensiones esse fortassis verū esset, sentientis. n. haec passio est. Ipsa vero subiecta, q sensum faciunt, nō esse etiā absq; sensu, hoc impossibile est. Sensus nāque non ipse est sui ipsius, sed est aliquid aliud etiam praeter sensum, qd necesse est prius sensu esse. mouens. n. natura prius est moto. & si ad seinuicem dnr haec ipsa nihil minus. vbi s̄m Arist. in his, q sunt relatiua, s̄m dici, vnū pōt eē natura pri⁹ alio: sicut dicit de mouente & moto, qd licet inuicem dicant, vnū est natura prius reliquo. sed s̄m sniam Antiquorū sensibile & sensus erant relatiua s̄m esse, & sua substantia erat vnū hr̄e se ad aliud. hoc. n. est; qd facit his tpib⁹ difficultatem. quia opiniones Antiquorū non sunt famosę, vt patet per Auer. 1. de aia cō. 26. Vnde Alex. in expositione illius tex. 25. 4. met. expresse dicit illa esse dicta cōtra Protagorā, qui, dū sensibilia esse putaret in hitudine quadā sensus, ad extrema sensibilia gnari tradebat: quare qualecūq; videret tale illi esse sensibile. & ibidē Alexā. dicit q & si mouens & motum inuicē inter se referant, & agens & patiens, & quatenus talia sunt simul existant, natura tn̄ mouens efficiensq; prius est q̄ motū, & patiens. sensibilia igitur sensum praecedunt & possent esse, etsi non sentirent. sed s̄m sniam Protagorae, & sequaciū sequeret q ablatis sensibus auferent sensibilia. Beatus doctor tn̄ in illo loco dicit conformiter. dicit. n. si solū sic est aliqd, vt est sensibile vt dicūt Antiqui, sequeret q nihil esset, si sensus non essent, & per consequēs si non essent animata vel aialia. hoc aūt est impossibile nā hoc pōt esse verū, q sensibilia, vt sunt sensibilia i actu, vt sic nō sunt sine sensibus. quia sic sunt, vt sunt in sensu, & sub hac rōne oē sensibile in actu est quaedā passio sentientis, q non potest esse, si sensus non sunt. sed q sensibilia, q faciunt istā passionē in sensu nō sint. hoc est impossibile. quod sic patet. remoto. n. posteriori non remouet prius. sed res faciens passionē in sensu non est ipsemet sensus, quia sensus non est sui ipsius, sed alterius, quod oportet esse prius naturalr, sicut mouens est prius natura moto. visus. n. non videt se, sed colorem. Et si contra hoc obijciatur q sensus & sensibile sunt relatiua, & ita sunt sil natura, & interēpto vno interimit aliud, nihilomin⁹ sequit propositū, quia sensibile in potentia non dr relatiue ad sensum, quasi ad ipsum referat, sed quia sensus refert ad ipsum, vt dr in. 4. meta. in tex. cō. 20. Et ista solutio concordat cū dictis Philosophi in. 2. de aia in tex. cōmē. 142. & concordat dictis Auer. vbi dicit, q licet sensus in actu & sensibile in actu sunt simul, non tamen est verum, quando dicuntur s̄m potentiam.

Vigesimaseptima contradi. est super eo. tex. Arist. quaerit vtrū tps habeat esse extra aiam, vel in aia. vl determinare q, cùm tēpus sit numerus motus, si nihil aliud est aptum numerare, q̄ aia, & aiae intellā, impossibile est tēpus esse, nisi aia sit. Ex aduerso aūt est snia Auer in. 4. phy. in tex. cō. 97. vbi dicit Arist. in tex. q, si esset idē instans oino, nō fieret tēpus. sil, si reputaremus ipsum esse idē, non reputaremus tēpus fieri. vbi Cō. notat q ex istis verbis demratur, & significat, q tēpus hēt esse extra aiam. In hac instantia qui vult distincte videre veritatem, oportet inspicere naturā numeri. nam in hoc cōsistit tota difficultas. quia rō Philosophi cōcludentis tēpus non esse, aia dempta, consistit super hoc, q tēpus est numerus. & cum numerus, aut sit numeratus, aut numerabilis, vterq; aūt depēdet ab aia iō aia dēpta, nō remanebit tēpus. Primo igit videndum est, cùm tēpus s̄m mentē Cō. 4. phy. cō. 109. id quod est quasi forma in tpe, est discretio, quia est numerus, & id, quod est quasi materia, est continuatio, quia motus est, cuius tempus est numerus, oportet igitur videre quid sit formale in numero. Ad hoc autem quidā dixerunt q formale in numero est vnitas. & hoc videt probari authoritate Philosophi in. 4. phy. in tex. cō. 133. vbi dicit q extra mensuram nihil aliud est q̄ mensuratū, & totū mensurarum nihil aliud est q̄ multa metra. vbi Cō. dicit in cō. q numer⁹ nihil aliud est q̄ vnitates multae, & vnū nō est aliud à numero. Et confirmatur. quia illud est formale in numero, quo addito, vel subtracto variat species, & forma numeri: sed addita aut subtracta vnitate, variatur species numeri. quare, &c. antecedens patet ex. 8. met. te. cō. 10. vbi dr q species entium sunt sicut numeri. vbi exprese dr q addito aut ablato aliquo à numero, variat species numeri. Sed ista opinio non pōt stare. quia materia

4. physi. tex. 132.

Quid sit formale I numero prima opinio.

materia & forma non coincidunt. 2. physi. tex. cõ. 70. sed vnitates sunt partes materiales integrantes numerũ: igit̃ nõ sunt partes formales . vnde sicut duo semicirculi sunt partes materiales circuli & nõ formales, ita vnitates i numero. Cõfirmat̃. 7. met. te. cõ. 35. partes materiales sunt distinctæ à forma lib⁹, & formales sunt natura priores, & sunt q̃ assumunt̃ in rõne & definitione. cũ igit̃ vnitates sint materia & partes integrales: cõparatio.n. partis ad totũ est cõparatio materiæ ad formã. 2. phy. te. cõ. 31. & 7. meta. cõ. 35. ideo vnitas non põt esse formale in numero. Alij dixerũt q̃ determinata distãtia ab vnitate, q̃ est pricipiũ numeri, est formale i numero. v. g. distãtia determinata, qua, distat trinitas ab vnitate, cõstituit ternariũ, & distãtia, qua binarius distat ab eadẽ, cõstituit binariũ. Sed ista positio stare non põt. qa talis distãtia est per magis & minus distare. & ista facit dr̃iam fm multitudinem & paucitatẽ. quia q̃ minus distant sunt pauca. & q̃ pl⁹ sunt multa, sed multũ & paucũ sunt accidẽtia numeri, sicut magnũ, & paruũ in cõtinuo sunt accidentia, & non faciũt dr̃iam in continuo fm speciẽ. Amplius differre per distantiã est differre per respectus. & si istæ species numerorũ sunt absolutæ, quõ igit̃ differunt per respectus: Itẽ effect⁹ positiuus dr̃ hr̃e cãm positiuã: talis distãtia d. priuationẽ formalr̃, igit̃, &c. Io. Bachonis l. 2. sent. dist. 2. q̃st. 1. dicit q̃, cũ ex mẽte Ph̃i 5. met. te. cõ. 11. vnũ dicat formalr̃ i diuisionẽ, & qa oĩs negatio reducit̃ ad suã affirmationẽ oĩs numerus vnus, qa est indiuisus in suo esse, talis iudicio reducit̃ ad suã affirmationẽ: & est, qa quilibet numerus in se est semel tantus. & ista est ratio formalis, quæ est de substantia numeri. vnde. 5. meta. tex cõ. 19. sex est semel sex, non est bis tria, neq; ter duo. Vnde vnitas dupl̃r sumit̃. Vno mõ materialr̃, & illo modo sumit̃, dum dicimus binarium esse cõpositũ ex duabus vnitatibus & ternarium ex tribus: & illo mõ vnitas nõ est forma numeri, sed materia seu pars integralis. Alio mõ sumit̃ vnitas pro illa rõne formali, per quã aliquid est semel tale, puta semel sex, vel semel tria. & sic tale est formale in numero, & est de substantia numeri. & per hoc patet ad argumenta superius, q̃ probant vnitatẽ non esse formale in numero, q̃ procedũt sumendo vnitatẽ primo modo, & non secundo modo. Et ad authoritatẽ Cõ. soluitur q̃ numerus non est aliud ab vnitate, verum est integratiue loquendo de talibus vnitatibus, quæ sunt materia

Secunda opinio.

Bachonis opinio.

numeri. sed vltra illas vnitates, quæ sunt sicut materia, oportet imaginari vnitatẽ, q̃ ẽ sicut forma. Et subdit pr̃fatus doctor q̃ vnitas quæ est principium numeri, quo videlicet quilibet numerus est semel tantus, differt ab vno, quod conuertit̃ cum ente, licet vtrũq; dicat indiuisionẽ. quia vnũ, quod cõuertit̃ cũ ente, dr̃ de oĩbus modis vnius positis in. 5. meta. tex. cõ. 7 vsq; ad. 12. sed vnũ, quod est principium numeri, dr̃ specialr̃. non.n. dr̃ de vno continuo, immo est modus oppositus illi. Secunda dr̃ia. quia vnum quod conuertit̃ cum ente, non dicit dispositionem additam essentiæ, vt dicit Cõ. cõtra Auic. 4. met. cõ. 3. & 10. meta cõ. 8. sed vnũ quod est principium numeri, est accidens additũ. cuilibet.n. rei accidit numerari. Tertia dr̃ia est, q̃ vnũ, quod conuertitur cum ente, est transcendens, & conuenit cuilibet rei, & nulli est mensura. sed vnum, quod est principium numeri, est mẽsura cuiuslibet rei. Sed ista opinio istius doctoris stare non põt. quia vnũ, quod est principium numeri fm Cõ. est vnitas materialis, quæ pertinet ad prædicamentũ quantitatis. tale.n. vnũ est accidens, & d. dispositionẽ additã essentiæ. sed vnitas formalis, quæ constituit numerũ in specie, per quã quilibet numer⁹ est semel tantus, non dicit dispositionẽ additã essentiæ, immo talis vnitas constituit quiditatẽ & essentiam numeri. vnde talis vnitas formalis, constituens speciẽ numeri, insequitur vltimam dr̃iam numeri constitutiuã: & talis vnitas est quoddam comprehensum sub vno transcendenter sumpto, sicut inferi⁹ sub vno superiori, qđ est cõe cõitate ad oĩa analogice, Vnde æquiuocatio decepit virũ istũ. nã Cõ. vult q̃ vnũ, quod est synominũ enti, conuertit̃ cũ ente, & nõ dicit dispositionem accidentalẽ in entibus, sicut volebat Auic. q̃ ens & vnũ essent accidentia addita essentijs rerũ. sed vnũ, quod est principiũ numeri prædicamẽtalis, qui causat̃ ex diuisione continui, & in solis materialibus inuenit̃, tale vnũ est qđ est accñs & ita etiam vnitas illa numeri discreta fm mathematicã abstractionẽ est accñs additũ essentiæ, & tales vnitates sunt p̃tes integrales numeri, & nulla talis ẽ formalis. sed vnitas formalis est in sequens dr̃iam essentialẽ, vt diximus. & talis continet̃ sub vnitate transcendente, & ista est via Auer. sine dubio. Secundũ, quod oportet videre, est, an numerus habet esse extra animam, vel in aĩa. Pro quo animaduerte, q̃ Cõ. 4. phy. cõ. 131. d. q̃ esse numeri non est in anima oĩbus modis quia

quia tūc esset fictū, sicut chimera & hircocervus: sed esse eius extra mentē est in potētia pp subiectū ꝓpriū, & esse eius in anima est in actu, s. qñ anima egerit illā actionem in subiecto præparato ad recipiendum illā actionē, quæ dr numerus. vbi per subiectū intelligatis obiectū, sicut plerūq; sumit Philosophus, vt patet. 2. de gene. & cor. tex. cō. 7. tale. n. est aptū recipere actionē aiæ terminatiue non receptiue. quia numeratio illa actualis est actio immanens, & est in aīa actu numerante. Et, vt possis bene intelligere, debes scire q duplex est numerus. Mathematicus videlicet, & Formalis, vt elicit̄ ex sententia Cō. 1. meta. cō. 36. & est dr̄ia inter hos numeros. Quia numerus mathematic⁹ est forma abstracta à reb⁹ numeratis, & est in aīa solū in esse abstractionis, & non multiplicatur ad multiplicationē rerū numeratarū. de hoc numero loquit̄ Arist. in. 4. phy. in te. cō. 132. vbi dicit q numerus septē canū, & numerus septē equorū est vn⁹, & æqualis, licet res sint diuersæ. Et etiā hoc idē repetit in vltimo textu illius tractatus tex. cō. 134. vbi dicit, q bene dr q numerus hoium & numerus canum est idē, cū fuerit æqualis. Numerus formalis est numerus determinatæ rei, vt numerus decē hoium: vt est hoīum decem, & numerus linearū vt est linearum. & isti numeri formales sunt multiplicati et diuersificati, sicut formę sūt diuersæ. quia tales sunt subiectiue in ipsis rebus, vel sunt illę res s̄m diuersas vias. Hoc stāte, si sumat̄ numer⁹ in actu, quo aīa actu numerat res numerabiles, talis vt sic est in actu in aīa: extra aīam aūt non hēt esse nisi in potentia, videlicet vt consyderant̄ res, q̄ sunt aptæ natæ numerari. sicut decē hominū numerus formalis est extra aīam, quia talis numerus, licet aīa non numeret illum in actu, tñ ille est numerabilis ex natura rei ab aīa. & ideo dato q aīa non esset in rōne actu numerātis, dico q ille numerus formalis, qui est subiectiue in ipsis rebus, vel q numerus est subiectū aptū natū numerari per aīam, remanet & hēt esse in esse numerabili. & hoc est, quod dicit Cō. q numerus hēt esse extra mentē in potentia pp subiectū, qd̄ est aptū recipere illā actionē ab anima, i q est aptū natū numerari per aīam. Sed nunquid si aīa desineret esse, nō solum in actu numerans, verū etiā & in potentia seu in aptitudine, numerus haberet esse extra aīam in potentia? R̄ñdeo q bene posset remanere fundamentū absolutū, sed nō remaneret in rōne numerabilis. sicut, si gust⁹ desineret in actu, posset remanere gustabile in potentia: sed si desineret gustus in actu, & aptitudine, desineret gustabile omnibus modis, licet bene posset in illo casu permanare mel, sed non remaneret sub rōne gustabilis. sic de visu, destructo actu & aptitudine, destruetur visibile actu, & aptitudine, sed bene illo casu posset remaner̄ color. ita destructa aīa ad imaginationē in rōne numerātis, non solū in actu, verū etiā in aptitudine, nō remanere posset, nec posset intelligi remanere aliquid in rōne numerabilis. qa sicut numerus numerat⁹ dr̄ relatiue ad numerantē, sic numer⁹ numerabilis dr̄ relatiue ad numeratiuū, vt dicūt expositores. & sic soluit̄ argumentū Boetii cōtra Aui. qui dixit, dato q aīa demat, posset remaner̄ numerabile, sicut dempto sensu pōt remanere sensibile: verū est, q destructo sensu i actu, pōt remanere sensibile in potentia, qd̄ non dr relatiue ad sensum in actu, quia sensatū in actu refert̄ ad sensum in actu, sed sensibile in potētia refert̄ ad sensum in potētia: & destructo sensu in potentia non posset remanere sensibile in potentia sub illa rōne, qua sensibile, quia implicat cōtradictionē, licet bñ posset remanere illud, qd̄ est sensibile, puta color, aut sapor: sed illud nō remaneret vt visibile, destructo visu in aptitudine, nec illud vt gustabile, destructo gustu in potētia seu aptitudine.. Ex hoc sequit̄ q, licet numer⁹ sit quātitas discreta, & quō ad suū materiale sit ens absolutū, tñ illa quantitas, vt numerata, aut numerabilis, dr̄ relatiue ad aīam. aliter decisio Phi in textu nulla esset. nō. n. incōuenit, q aliquid possit numerari i diuersis gñib⁹ s̄m diuersas rōnes formales, vt dicit Aris. in fine ꝑdicamēti qualitatis. & est snīa ei⁹ Cō. in. 5. met. ca. de quāto, de magno & paruo, q vno mō sunt accidētia quāt, & alio modo sunt in ca. relationis. vt vnū dr̄ in respectu alterius. & in hoc, multi sunt decepti credentes numerū simpl̄r esse rē absolutā. sed illud nō est verū ex oī parte, sicut diximus. His prænotatis deuenio ad quæsitū propositæ contradictionis, qua quærebat̄ an tp̄s sit in aīa vel extra aīam, cùm hinc inde videant̄ authoritates, & rōnes ad vtràque partem. dico q, cū tempus sit numerus motus, dicendū ita est de tēpore, sicut de numero. Pro quo animaduerte q, vt patet ex determinatis in hoc tractatu de tēpore, tēp⁹ dicit duo, videlicet numeratū esse prioris & posterioris primi motus passiue: vel s̄m actū, & tunc dr̄ numer⁹ numeratus: vel s̄m aptitudinem, & tunc dicitur

Numerus duplex mathematic⁹ & formalis.

An tp̄s si in aīa, vel extra animam.

dr numer⁹ numerabilis, iuxta distinctionē Philosophi in te.cō.131.& dicit etiā rōnem numerandi, seu potius fm Græcos rōnē mē surandi actiue: & hoc vel actu, vel aptitudine suo modo rectius.n.tempus dr numer⁹ motus, q̄ mensura, quia non solum est mēsura motus, verūetiam quietis, vt dicunt expositores Græci. sed non est numer⁹ numeratus, aut numerabilis fm prius et posteri⁹, nisi respectu motus tantum, & ideo difini tur per numerū conuenienter. Et animaduerte fm Alex. & Them. q̄ prima rō quę in passione consistit, constituit tpis quiditatē. secunda vero est passio eius, quę dr in actione consistere. sed fm Cō. in cō.102.&.173. vtraq; pertinet ad q̄ditatē tpis: licet prima per prius, & secunda per posterius. sic.n.vr mihi ipse itelligere in redargutione Them. Et vr facere pro opinione eius.te.cō.102.vbi Aristo. posuit tēporis definitionē: in qua dicens tēpus esse numerū motus, a signo probat numerū esse tēpus. quia oē, per quod determinat plus & min⁹ de aliquo, est numerus eius: sed per tēpus determinat pl⁹ & minus de motu: igit tēpus est numer⁹ eius. Sed qui vellet tenere oppositū. habet etiā textū illum in secunda parte sui pro Græcis, quia Arist. ibi statim ponit diuisionem numeri, videlicet, quò numeramus, & quod numeratū est. & ita vult q̄ tēpus sit numerus numeratus primo & per se. Dico igit, quicqd sit de hoc, quia satis supra de hoc dictū est, tēpus vr esse quoddā ens medium: quia quodāmodo est ens naturale, & quodāmodo ē ens imaginabile seu mathematicū. & hoc est, quod multi non potuerunt videre in illo tractatu ante nra tpa. &, nisi sic dicat, nū quā per vitā meam psit tot, & tantæ contradictiones tolli. Dico igit, cùm quiditas temporis, vel prima rō eius, quæ ad eius quiditatē spectat, sit ī numeratione passiua, vel fm actū, vel fm aptitudinem, sic tēp⁹, si sumat vt est numerus numerabilis, est extra aiam & illo mō est ens naturale: & motus sumit in definitione eius, sicut subiectū in definitione propriæ passionis, quia motus extra animā hēt aptitudinē naturalem, vt possit numerari fm prius & posterius, dato q̄ aīa non esset actu numerās. et in hoc casu dic, sicut dixi de sensibili. Si tñ poneret casus. q̄ aia desineret quò ad rōnem numerātis, nō solū actu, sed aptitudine, tunc dico q̄ nullo modo remaneret rō tpis. quia tēpus formalr est numerus: & numerus, vt numerus est, aut est numeratus, aut numerabilis, & oī modo proportionalr refert ad aiam: tñ in illo casu remaneret motus, quia motus, vt motus, nō refert ad aiam numerantem, nec numeraturā. Et hoc volunt dicere Cō. in 4.phy.in cō. 109. vbi dicit ad q̄onem quærentē cur, cùm tēpus sit quodāmodo continuū, & quodāmodo discretū, potius fuit definitū per discretū, cùm sit dictū tēpus esse numerū motus. & soluendo dicit, dicamus ad hoc, q̄ extra mentem nō est nisi motū, & motus & tēpus non fit nisi qñ aīa diuidit motū per prius & posterius, & hæc est intentio numeri motus, i. motū esse numeratū. & ideo substantia temporis, quæ est quasi forma, est numerus, & q̄ est in eo quasi materia est motus continuus. Si aūt sumat tēpus, vt est numerus actu numerat⁹ ab aīa fm prius & posterius primi motus, sub illa rōne nō est, nisi in aīa. quia numeratio illa actualis est actio immanens, & non est nisi in aīa. & illo modo vr mihi tēpus esse ens imaginariū & mathematicū. dicit.n. Cō. in 4.phy.cō.131. ista est dispositio entiū naturaliū, vt habeant esse, licet ab aīa non comprehendant: & in.7.meta.cō.& tex.cō. 46. substantiæ sensibiles non diuersificant qñ definiunt, & qñ non definiunt, sicut est dispositio in visibilibus, quæ non sunt magis visibilia, qñ vident, q̄ qñ non vident. & idē habet ibidē in tex.cō. 58. q̄ essentiæ rerum intelligibiliū sunt existentes, licet non intelligant. Et ex hoc scire potes, frater mi, q̄ definitiones rerū dant fm aptitudinem, & nō fm actū. quia si definitio tpis intelligeret fm actū, sensus esset q̄ tēpus est numerus numeratus ī actu prioris & posterioris motus. sed per Auer. numerus, vt est actu numeratus, est in anima. & est ens imaginabile, & non naturale: igitur definitio illa non esset naturalis. & ideo oportet dicere q̄ intelligantur fm aptitudinē, quia illo modo hēt esse extra aiam ꝑpter subiectū ꝑpriū, quod aptū natū est recipere illā actionem. vnde Cō. 4.phy.cō.132. dicit res, quæ sunt ī mente, non accipere motus in definitione illarū. Sed dices. si definitio illa fm actum est quid, quod consyderari pōt, quęro à quo consyderat. non à naturali per te, quia tēp⁹ illo modo non est naturale. nec à Mathematico, quia in illa definitione sumit motus, & in definitione entium imaginabiliū non sumitur motus. nec à Diuino, vt patet, quia ille non definit per motum. & est pulchra difficultas, sicut vides. Rndet q̄, si illa definitio illo modo intelligat, spectat vel ad Mathematicū, vel ad Naturalē vtentē mathematica abstractione & consyderatione. nam.

Definitiones dant fm aptitudinem, nō fm actū.

nā, sicut dicit Alex. in principio libri priorū, Naturalis in quāplurimus locis vtit consyderatione mathematica. Et qñ dr in definitione entiū imaginabiliū nō ponit motus: Respōdet q in casu illa proprie non esset definitio: quia definitiones non sunt existētiū in aliqua scia, sed esset quædā notificatio. et tunc dico q notiones mathematicæ, licet non sumant motū in entibus mathematicis, qui est naturalis, pñt tñ sumere motum imaginariū. silr Mathematicus non definit aliquid per motū tanquā per subiectū, sicut facit Naturalis in definitione tpis, tñ bene Mathematicus posset definire per motum in rōne numerati, inquantū numeratū abstractū, quia rō numeri vt sic abstrahit, in eo quod numerus est à materia sensibili. vnde motus, vt numeratus vel numerabilis, absolute est res mathematica: sed vt est numerabilis fm prius & posterius motus existentis in primo mobili, sic est res naturalis. sicut dicimus in simili, q eædem sunt lineę naturales, & mathematicæ. 2. phy. 18. Si aūt tempus sumat, quò ad secundā sui conditionem, q est mensurare actiue, sic dico q hēt quodāmodo esse imaginariū. est. n. ad instar, & silitudinem numeri mathematici, qui vt dicit Cō. 1. met. cō. 38. nō multiplicat ad multiplicationē rerū numeratarū. & fm tale esse numerus hēt esse abstractū in aīa. isto. n. mō docuit Arist. nos imaginari tēpus in te. cō. 132. & 134. sicut est, inquit, idem numerus & æqualis septem canū, aut septem equorū, aut decem ouiū, & decem hoīum, sic est vnū tempus, licet res numeratæ non sunt eædem. patet aūt q ista non verificantur nisi de numero mathematico, & ideo intells tpis, in rōne: qua est numerus mensurans oēs motus, & est vnū & idē respectu olum, nō pōt imaginari nisi fm mathematicā abstractionē. vnde & in. 104. te. dicit q ita est de nunc in toto tpe, sicut est de puncto, vbi Cō. expresse dicit q quemadmodū Geometræ dicunt q est vnum & idem punctū, quod per sui fluxū causat lineam. ita est de ipso nunc. vnde sine dubio non pōt motus imaginari mensurari à tpe, neq; tps à motu, nisi fm silitudinē dimensionis linealis, vt supra diximus. Et fm istā consyderationē verificat dictū Alex. qui dixit, vt refert Simpl. q numerus est in aīa, intelligit de numero in rōne, qua est mēsura, cui competit mensurare actiue in rōne instrumenti. quia quod principalr mensurat est aīa, & de aiæ ptātibus est aiæ intells. Et isto modo verificat dictū Boethi, qui asseruit, referente Themistio in digressione: q nulla mensura sit à natura, sed mensurare & numerare nrm est opus, & aiæ nræ est functio. loquit. n. de mensura & numero, vt est instrm, per quod aīa mensurat & numerat. Et isto modo verificatur dictū Auer. in cōm. 131. q esse numeri non est in aīa oibus modis: quia tunc esset ens fictū & falsum, sicut chimera & hircocervus: sed esse eius in aīa est in actu, & esse eius extra alam est in potentia ꝓpter subiectū propriū, quod est aptum recipere illā actionē. Et ex his, frater mi, patere pōt tibi intells arduæ difficultatis non solutæ per Them. quō pōt esse idē numerus in diuersis numeratis, cū numerus sit accidens, quō idē accidens, aut eadē affectio. Arist. n. tps affectionē, habitumq; motus appellat. Dicunt aūt aliqui ad hoc, & est Iohā. de Bachone q accidentia sunt ī duplici dīa, quędā. n. ita se hñt, q eorū vnitas consistit in quadam determinatione, vt determinata albedo est in determinato subiecto: & talia non hñt nisi subiectū vnū. sunt iterū alia, quorū vnitas cōsistit in quadam collectione, sicut exercitus, vel ordo: & ibi non tenet quin idē accidens possit esse in pluribus subiectis & ita vnus senarius, qui est semel sex, consistit in vnitate collectiua, & ita pōt esse in pluribus. Quòd si dicat q vnū in multis est vle, & ita si numerus idē esset in multis, sequitur q non esset numerus singularis, sed vlis. Soluunt q illud, quod est vnū in multis per prædicationem, est vle, non aūt vnū, cuius vnitas est p collectionē, est vle. nā vnitas domus, & acerui in collectione & coniunctione partium consistit. & sic etiam dicit Herueus in quolibeto. 2. quæst. 11. q vnum accidens discretum pōt esse in pluribus subiectis. & si dicatur q tunc idem accidens esset in duobus subiectis, quorum vnum est vltra mare, & aliud citra, dicit hoc non inconuenire, sed bene hoc vr inducere quandam admirationem. Cogunt aūt isti ad istas solones. quia videntes Arist. collocare numerū in prædicamento quantitatis, quæ à toto gñe est ens absolutū. crediderūt numerum esse formā oibus modis absolutam. & cùm sit accidēs & omne accidens sit in subiecto, ideo dixerunt numerū esse in diuersis subiectis: & ita non hñt pro inconuenienti q vnum accidens numero possit esse in diuersis subiectis fm rem extra aīam. Sed ista opinio procedit ex falsa imaginatione. quia, si numeru. diceret formam oibus modis absolutā, tunc periret iudiciū Arist. in. 4. phy. in tex. cō. 131.

com.131. vbi dicit q, cũ tẽpus sit numerus motus, & numerus sit duplex, aut numeratus, aut numerabilis, & vterq; i relatiõe cõsyderet, & consistat, quia numeratus refert ad numerantẽ, & numerabilis ad numeratiuũ, cũ nihil numeret, vel sit aptũ numerare nisi aĩa, & aĩæ intellꝰ, sequit igit q dẽpta aĩa non remaneret tps. Amplius sequeret, q dictũ Auerr. esset falsum, q esse numeri extra aĩam non est in actu, sed in potentia. Amplius non maioris virtutis est cõicatio formæ accidentalis q̃ substantialis: sed impossĩ est vnã formã substantialẽ numero informare plures materias separatas, quarũ vna non est pars alterius, nec cum alia facit vnũ, sicut patet ex processu Philosophi & in. 1. & in. 7. meta. contra Platonẽ: igit multominus vnum accidẽs numero in actu potest esse in diuersis subiectis separatis. Amplius, cũ numerus sit accidens in diuersis subiectis existẽs separatis, tunc sequeret q vnũ accidẽs põt definiri per plura subiecta. & tunc iterũ sequit q, cũm tps sit numerus motus, & numerus numeratus per vos sit i pluribus subiectis: igitur tps hẽt plura subiecta. consequens est contra Cõ. in. 4. physi. in cõ. 132. qui vult q habitudinẽ formæ cum subiecto tps non hẽt, nisi cũ primo motu, sed habitudinẽ numeri cũ re numerata hẽt cũ cæteris motibus. &, quia numerus nõ est in rebus numeratis, sicut accidens in subiecto, ideo numerus non multiplicat ad multiplicationẽ rerũ numeratarũ: & per consequens numerus inquantũ numerus nõ fundat in pluribus subiectis. Dicamus igitur q fundamentũ illorũ falsum est, videlicet q numerus sit sm̃plr forma absoluta. & qñ dr q est in prædicamento quãtitatis, rñdet q est in eõ q quantitas est, sed in eõ q numerus, est in prædicamẽto relationis. quia non inconuenit vnũ & idẽ esse in diuersis prædicamẽtis sm diuersas cõsyderationes. Dico igit q numerus extra aĩam hẽt esse in potẽtia in rebus numeratis vel numerabilibus. quia seclusa oĩ operatione intellꝰ, manus mea hẽt quinque digitos, & iste numerus quinarius extra aĩam, inquantũ resultat ex quinque vnitatibus digitalibus, est idem in re, quod quinque digiti. sed si aĩa nõ fuerit in actu, iste numerus non est in actu, sed bene est numerus numerabilis in potentia. si aũt debet extrahi de potẽtia ad actũ hoc fit per opus aĩæ actu numerantis. & sic ille numerus est in aĩa in actu, & in rebus est obiectiue non subiectiue. si aũt aĩa desineret in rõne numerãti actu & potẽtia, quinq; digiti remanerent. sed non remanerent sub rõne numerabilis, sed in rõne qua digiti & quantitatẽ habentes. vñ numerus extra aĩam illo modo seclusus, nihil aliud est nisi res illæ, ad quas sequebat aptitudo ad numerationẽ. bñ igit aĩa cessante in actu numerare, extra aĩam esset numerus numerabilis, & nil aliud est nisi res illæ, quæ numerari sunt aptæ sed ista aptitudo insequit illas naturas in ordine ad aĩam, & sm rõnẽ hñt vnitatẽ potẽtialẽ, quæ deducit ad actũ ab aĩa ipsa: quia nunquã possunt res esse in tanta multitudine & distantia, quæ in ordine ad aĩam non sint aptæ recipere vnam rõnẽ, vt ab aĩa sint cõparabiles. Sic igit, frater mi, intellexisti quõ esse numeri est in potentia, & nõ in actu extra aĩam. Et hoc q sit verũ oñdit. nã Arist. 7. meta tex. cõ. vi. dicit q ista syllaba BA, nõ est idẽ, q B & A: quia B & A pñt existere separata in rerum natura, & tñ syllaba illa non, est silr, dico q numerus binarius, qui est in duobus hoĩbꝰ, nõ est aliquid extra aĩam, nisi illi duo hoĩes & vnitas vnius non est vnitas alterius, & illæ sunt vnus binarius in potentia. sed binarius in actu apprehendit ab aĩa apprehendente drĩam illã vltimã in potentia existentẽ extra aĩam in illis duabus vnitatibus in potẽtia existentẽ, & sic est binariꝰ in actu. vnde drĩa illa, quæ importat vnitatẽ formalẽ, educitur i actu ab intellꝰ agente. & ideo animaduerte q sunt quædã accidentia, quæ consequuntur res absolute, non per aliquã habitudinẽ ad aĩam: & talia sunt accidentia, quæ hñt esse perfectum, sicut est quantitas, & qualitas, & id genus. quædã vero, quæ consequuntur res per comparationẽ, quam hñt ad aĩam, sicut esse sensibile, esse intelligibile, esse numerabile, esse cõparabile, & id genus. vnde color insequitur corpus absolute, sed coloris visibilitas non insequitur colorem, nisi vt hẽt habitudinem ad visum. vnde Them. in. 2. de anima cap. 22. in expositione tex. 66. inquit q visile visu abiũcto non manet, nisi in potentia: at color etiam nunquam conspectus semper est color. Et ideo in hoc est drĩa. quia accidentia, quæ insequuntur subiectum absolute, hñt ex natura rei esse in actu perfecto sine opere aĩę. sicut est color, & sapor, & odor, & id genus. sed accidentia, q insequunt subiectũ in ordine ad aĩam, non hñt esse perfectũ, neque cõpletũ extra aĩam, sed solũ hñt esse in potentia, & vnitas eorũ extra aĩam est in potẽtia. Et de hoc gñe frater mi, est numerus. qa sm suũ esse insequit rem in ordine ad aĩam.

aiam. qa numer⁹, inquãtū numer⁹ est, aut ẽ actu numeratus, aut potẽtia. & quocūq; sumat̃ semper depẽdet ab aia suo mõ, vt dixi. & ideo numerus extra aiam non hẽt vnitatẽ in actu, sed in potẽtia seclusa operatione aiæ, ꝓ quãto extra aiam sunt vnitates in diuersis subiectis, q̃ numerari pñt, & efficere vnũ numerū in actu, aut in potentia numerabilẽ ab aia, vñ numerus decẽ hoiũm, secluso opere aiæ numerantis in actu, est numerus numerabilis in potentia & si anima non esset numeratiua, adhuc ille numerus nõ esset numerabilis. sed solũ essent vnitates illæ absolute, quarū quælibet esset ĩ vno ex illis decẽ, sed non extra aiam numerus numerabilis est aliqđ accñs subiectiue existens in rebus numeratis, sed ꝓcise nil aliud est, nisi vnitates illæ rerū, q̃ numerari pñt. Sic igit̃ decepti sunt isti viri, quia crediderunt numerū formalẽ esse accñs absolutū distinctū à rebus numeratis, & subiectiue existens in rebus numeratis, licet diuersis, & in quacūq; distãtia existẽtibus. sed nõ est ita ꝑ vitã meã, imo esse numeri extra aiam est in potentia mõ ꝓdicto, & nõ est aliud, nisi res, q̃ numerari pñt. vnde numerus, qui dicit accñs distinctū & abstractū à reb⁹ numeratis, est numerus mathematicus: & illæ est in aia in esse abstractionis, & non est in reb⁹ numeratis, sicut accñs in subiecto, sed solū dr̃ esse in eis ꝑ denominationẽ extrinsecã, qa ex quo aia ꝑ talẽ numerũabstractū in ipsa existentẽ numerat illas res, ex hoc illę res denominant̃ numeratę. aiaduerte igit̃ & bñ cõsydera, qa pauci admodū potuerūt ꝑtingere ad hæc. Aduerte tñ ĩ hoc tractatu maximã esse discordiã inter Græcos expositores & Auer. qa Græci volūt, licet Ari. dixerit tp̃s esse passionẽ quãdã, & hirū motus, ꝑ passionẽ nõ intelligit ꝙ sit passio alicui⁹ mot⁹, vel oĩum motuū per informationẽ, sicut vult Cõm. ꝙ est passio vt forma respectu primi motus: immo volunt ꝙ quiditas tp̃is est numerus numeratus prioris & posterioris oĩum motuum, licet hoc principalr̃ verificet̃ de primo. Vnde Themi. sic exponit te. cõ. 132. vbi Arist. quærit vtrū tp̃s sit numer⁹ cuiusdã motus an cuiuslibet. & sub hoc intellectu procedit digressio, quõ non sunt plura tpa, sed volunt ꝙ tp̃s habet mensurare oẽm motum, & hoc est passio ei⁹. Sed dices si ẜm Græcos numerus numeratus cuiuslibet motus tp̃s, igitur quot sunt motus, tot sunt tpa. R̃ndetur ꝙ iste numer⁹ numeratus non dicit aliquod accidens existens per informationem in rebus numeratis, sicut forma in subiecto, quia tunc argumentum demõstraret: sed est in eis terminatiue, & per denominationẽ extrinsecã. nã actio illa numerãdi, qua aia numerat pri⁹ & posterius in quolibet motu, est actio ĩ manẽs, & ꝑ illã denominant̃ numerata esse vel numerari illa priora & posteriora. & quia oẽs motus conueniunt sub ista rõne, qua sunt apti numerari, quia non mẽsurant̃ nisi quantū ad quantitates eorū, ideo oium motuū æquales quãtitates habentiū est vnus numerus, & æqualis. bene tñ volunt iuxta sententiã Philosophi, ꝙ hoc prius verificet̃ de primo, tanquam de causa, & regula omnium.

Vigesimaoctaua contradi. est in tex. 132. Arist. Soluens quæstionẽ, qua quærebat̃ vtrū motus cuiuslibet vel cuiusdã tp̃s sit numerus, dicit ꝙ cuiuslibet. Sed opponebat̃ per Temist. ex te. cõ 99. & 113. vbi Arist. determinat prius & posterius in tempore esse ex priori & posteriori in motu; in motu autẽ ex priori & posteriori in spacio. cū autem tempus non sit numerus motus, nisi ẜm prius & posterius motus: & motus non habet prius & posterius, nisi à spacio: sequitur, ꝙ tempus solū sit numerus motus habentis prius & posterius ex spacio. sed talis non est nisi localis: igit̃ tẽpus solū est numerus motus localis. Amplius aūt cū motus localis alter sit circularis, & alter rectus: motus aūt circularis non sit in spacio, sicut dicit Cõ. in 2. coeli & mun. in cõ. 46. spaciū in circulari est magnitudo corporis, motus autẽ rectus proprie dr̃ esse in spacio: sequitur ꝙ tp̃s erit solū numerus motus localis recti, aut saltẽ erit numerus eius primo & principaliter, & non circularis. cuius oppositum scribit Philosophus, & Cõ. 4. phy. te. cõ. 133. & Cõ. in cõ. 132. & 133. & in cõ. 102. vbi vult ꝙ ly prius & posterius, posita in definitione tp̃is stent pro priori & posteriori primi motus. Confirmatur, quia motus augmenti & motus alterationis non sunt in spacio. Et licet aliquis, vt dicit Them. posset hoc defendere in motu augmenti aliquo modo, cũm illud quod augetur, videat̃ moueri à minori loco ad ampliorẽ, in motu tñ alterationis & generationis & corruptionis hoc dici non potest. quia stat totum simul alterari in eodem loco quiescendo. & ita istorū motuū tp̃s non erit numerus ẜm prius & posterius. Themistius aūt videtur paucis innuisse solutionẽ. inquit .n. Quõ fit vt tẽpus aut solū motum localem principaliter mensuret, aut, si cæteros motus mẽsurat, principaliter tñ eo priore, & posteriore non egeat, ꝙ à spa-

4. physic. tex. 132.

à spacio situq; orit. Solutio aût sub dubio relicta est ab ipso. Cõ. aût aperte dicit in cõ. 130. & 132. q tēpus nõ est numerus cuiuslibet motus, nisi s'm prius & posterius. quia prius est numerus motus localis q̃ aliorũ, & de localib' prius circularis q̃ directi, & de circularibus prius motus diurni. q̃ aliorũ. Sed tunc restat alia difficultas cõtra Auer. Nam, cùm motus diurnus sit primi mobilis, quod non mouet' super spacio, neq; motus eius, vt dicit Alex. fit in loco, quõ igitur prius & posterius in eo sunt in tali motu à priori & posteriori in spacio? Amplius aût si motus augmenti & alterationis non habent hmõi prius, quõ igitur tēpus erit numerus taliũ motuũ? Sunt (sicut vides) grandes & mirabiles difficultates, à quibus vix solers ingeniũ põt euadere. Dicam tñ id qđ occurrit. q consuetudo Arist. fuit in rebus naturalibus ex notioribus nobis deducere nos ad res occultas. venaturus igit' Aristo. prius & posterius in successiuis, in quibus non est situs, neq; suum esse est sil', deduxit nos ex priori & posteriori existentibus in magnitudine concernentibus sitũ. ibi. n. apparet q mobile prius pertransit priorē partem spacij, q̃ posteriorē. & sine dubio mot' iste localis, qui vere super spacio & in loco esse dr est rectus. ex hoc aût vt notiori manuducit nos, vt intelligamus propriũ prius, & ꝓprium posterius, q̃ sunt in motu, q̃ nõ concernunt sitũ, nec sil' sunt, immo vno existente aliud abolet'. vnde motus hēt ꝓprios terminos, quibus claudit', & sunt mutata, et talem habent in motu ꝓportionē, qualem habent instantia in tpe, & qualē puncta in linea. quãdo igitur intell's imaginat' quantitatē aliquã tpis coextensam quãtitati æquali motus, q̃ tēporis quãtitas est terminata p duo instantia, & adæquat' quantitati mot' terminatæ per duo mota, ita q correspondeat terminus termino, & continuũ continuo, tunc dicimus tēpus illud esse mensurã illius motus. & eodē modo quãdo p motũ mensuram' motũ, oportet vt anima sumat istã coaptationē motus respectu tpis. & eodē modo, quãdo sumimus quantitatē magnitudinis & coaptamus eã motui, vel ecõtra, tunc p motũ mensuramus magnitudinē, & per magnitudinē motum. temp' igit' ꝓsequit' motũ localē circularem primũ, vt determinat etiã Philosophus in tex. cõ. 133. & mēsurando aliquã partem motus, per illã replicatã põt aĩa mensurare motũ, & totũ tēpus, vt supra dixi, & per illud etiã oẽs reliquos motus secundario quia oĩbus motibus fluentibus s'm suã successionē ad instar lineæ correspondet vnũ tēpus. quod est præsens, seu nũc. Philosophus igit' plurimũ de tēpore loquens verificat dicta sua de motu locali. quia tēpus apparet in eo: tum etiam quia ex natura rei prosequit' illũ, alios vero secundario. & sic verificant' dicta Philosophi. vnde non est necessarium vt oẽ prius in oĩ motu inuentũ oriat' à priori habente sitũ. sed hoc de locali locum hēt, vt diximus. Sed est alia instantia introducta per Them. si. n. vt inquit, tēpus est cõis numer' oĩs motus, quõ fieri põt vt ab ipso motu pendeat essentia tpis. nã, si neq; ab hoc, neq; ab illo motu pēdet tēpus, neq; simpl'r à motu pēdebit. Sic in simili arguit Philosophus in prædicamentis. inquit. n. color in corpore est, ergo in aliquo corpore est. nã si non in aliquo singulorũ, nec oĩno in corpore erit. Ostendit aût Themis. consequentiam. quia absurdum est fingere idē esse prius & posterius in oĩ motu. hoc. n. est in qõne, quõ idē motũ possit esse in oĩ tpe. Nã si vnũ sit, aut genere, aut specie, aut numero. si genere & specie fuerit vnũ, erunt igit' plura numero. si vero fuerit vnum numero, quõ in rebus differentibus vnũ erit accidens, & passio vna? Vnde, si tēpus præsens, quod passionē & accidens motus appellat Philosophus, est vnũ numero in oĩ motu, vnũ accidens erit ĩ pluribus subiectis. & ita vnum conuerteret' in plura. & per consequēs desineret vnũ esse. & sic vr q in diuersis motibus sunt diuersa momenta. Ex aduerso aût, si nõ sit vnũ momentum in oĩ motu, tũc tēpus nihil erit ipsius motus. consequentia deducit'. quia nũc est mensura mobilis: & mobile, qđ est causa motus, est vnum in toto motu: igitur, & nunc erit vnum in toto tpe. Ad hanc autē qõnem dici posset, posse vnũ esse tēp' in oĩ motu correspondens, vt ait Philosophus in tex. cõ. 134. sicut vna est numeri forma, qua numerant' decem equi, & decem canes, sic vno tpe oẽs motus numerantur. & hoc nil aliud est, nisi idē prius & posterius spectari in oĩ motu. quod falsum est, quia non idem prius & idem posteri' ex oĩ motu colligit'. nisi forte hoc referas ad nr̃am cognitionē, vt quibuslibet diuersas res eodem numero numerare. & tunc sequi vr tempus nullam hre soliditatē in natura, quod Arist. vr concedere, qui dempta anima asserit adimi tēpus. nam vocare tempus mensurã, aut numerũ putare, hoc ipsi fingim', nr̃m est hoc opus, vt. n. ait Boethus nulla mensura constituit' à natura, sed mēsurare & numerare nostrum

Dubitationes cõtra Auer.

Solutio.

Alia instantia.

nostrum est opus. Et ideo ista, vt inquit Themist. non cursim, sed pensim late & diligēter sunt examinanda, vnde sicut non temere est recedendum ab opinione Aristote. sic etiam non est leuiter assentiendum. Dicimus nos in hac ardua quæstione q. cum tēpus sit numerus motus, esse numeri, vt dicis Côm. non est omnibus modis in anima cōm. 131. quoniam. si esse eius in anima esset omnibus modis. tunc esset ens fictum, vt chimera & hircoceruus. sed esse eius extra mentem est in potentia, scilicet propter subiectum proprium, & esse eius in anima est in actu, l. qñ anima fecerit illam actionē quæ dicitur numerus. Isto stante, reuoca parumper in memoriam id, quod supra dictum est, quòd cùm motus habet duplices partes, quasdam ex diuisione mobilis, & istas habet simul, & quò ad istam diuisionem partium motus non mensuratur à tempore, nec sic tempus est in motu, vt motus est in mobili, & vt sunt cætera accidentia in suis subiectis, quia sic tempus multiplicaretur ad multiplicationem motuum, sicut & reliqua accidentia illo modo inhęrentia multiplicantur ad multiplicationē subiectorum. Habet iterum alias partes suę successionis, quæ non sunt simul, & illa successio imaginatur ad instar dimensionis linealis, & illo modo imaginatur tempus esse linealis quantitatis, insequens linealem quantitatem primi motus in ratione mensuræ, sicut formæ adæquatæ in subiecto adæquato. Vnde imaginari docuit Aristote. quòd sicut idem mobile causat per sui fluxum motum, sic instans, quod est mensura mobilis; causat totum tempus. sub hoc autem instanti. quod est idem secundum substantiam in toto tempore, continentur omnes reliqui motus, habentes propria instantia, & proprias successiones. Vnde, cùm tēpus sit numerus numeratus prioris & posterioris primi motus principaliter, & secundario aliorum motuum, propter causam assignatam à Philosopho in textu 133. quia rationes mensuræ non inueniuntur in tempore, i. vt habet mensurare nisi vt comparantur ad primum motum, quia ille est natura prior, & notior. & regularis, & velocissimus inter omnes motus, & sic habet rationem minimi & indiuisibilis in illo genere, videlicet mensurę, tempus igitur, quò ad subiectum suum, est extra animam, quia res numerata, quæ est prius & posterius primi motus, principaliter est ens extra animam. tamen quando accipitur tempus in ratione, qua est numerus actu numerans motum aliquem, qui est pars primi motus, & vt per illum taliter determinatum à tēpore anima numerat reliquum tempus & omnem alium motum, sic dependet actu ab operatione animæ, & illo modo habet esse abstractum in anima, & separatum à rebus ad similitudinem numeri mathematici, quo anima actiue numerat diuersas species rerum numeratarum per illam formam numeri abstractam: sicut cum dicit, quòd eodem numero numerantur decem canes & decem equi, manifestum est quòd hoc non est nisi de forma numeri abstracta in anima existente, & est illa forma numeri in anima saltem obiectiue, & est vna in se, licet respiciat diuersa subiecta, quę extrinsece denominantur numerata ab illa. talis. enim forma numeri numerantis subiectiue non est in rebus numeratis. Eodem modo oportet te imaginari omnem motum, quo ad suum prius & posterius subiacere in ratione rei numeratæ, vel numerabilis ipsi tempori, vt est in anima in ratione numeri numerantis. quia omnes motus veniunt sub vna & eadem ratione in ordine ad tempus, sicut omnes panni, in ratione, qua sunt mensurabiles, veniunt in vnam rationem vt habent mensurari per vlnam. Et hoc est, quod dixit Philosophus in tex. commen. 132. quòd omnium motuum simul terminatorum idem est tempus: licet vnus sit velox, alter vero non, & alter sit loci mutatio. alter vero alteratio. tempus autem idem est, quia tempus, cùm sit numerus istorum motuum, est idem & æqualis, & simul est idem motus localis & alterationis. non enim tempus mensurat motum sub ratione, qua localis, aut alterationis, aut augmenti, aut ratione, qua hic est velox, aut tardus, sed ratione, qua sunt quanti. sicut vlna non est mensura panni, vt pannus est sericus, aut lineus, aut laneus, aut sub ratione viridis, vel albi, sed rati one qua quantus. & sic omnes panni vt mensurabiles veniunt, & participant eandem rationem in ordine ad vlnā, quæ est communis mensura omnium. Vnde Aristote. 4. physico. tex. commen. 119. dixit quòd illud, quod simpliciter mouetur, non simpliciter erit mensurabile à tempore, secundum quod quantum aliquod est, sed secundum quod motus ipsius est quantus. Omnes igitur motus respectu suę quantitatis fluentis veniunt in vnam rationem in ordine, qua habent mensurari per tem-

pus: licet hanc rationem participent secundũ prius & posterius, vt dicit Com. in cõ. & ideo non oportet tempus multiplicari ad multiplicationem motuum. quia tempus, vt comparatur ad omnes motus in ratione numeri numerantis, est vnum, licet res numeratæ secundum materiam sint plures, sed vt veniũt, in propinquam rationẽ, qua numerantur, aut numerari possunt, reducũtur ad vnitatem, sicut dictum est. Et sm̃ istam solutionem verificatur dictum Alexandri asserentis numerum non esse in rebus numeratis, sed in anima: intelligitur .n. de numero numerante in actu. Et similiter verificatur dictum Boethii asserentis mẽsuram & numerum à natura non esse, quia quòd numerare & mensurare animæ nostræ est opus & functio propria, verum est de numero numerante in actu, quando anime per ipsum tanquam per instrumentum facit illam actionem: non autem veritatem habet pro numero numerabili, quod est res numerata, quia ille bene est extra naturã. nam numerus quinarius digitorum manus meæ, habet esse extra animam. Et sic intelligitur dictum Auerro. in quarto phy. cõ. 131. quòd esse numeri non est in anima omnibus modis, quia tunc esset ens fictum, sicut chimera & hircoceruus: sed habet esse extra mentem propter subiectum propriũ, & tale est esse in potentia: & habet esse in anima in actu, quando anima egerit illam actionem in subiecto præparato ad recipiendum illam actionem. Ex quo sequitur quomodo tempus quodammodo est ens naturale & mobile, & quodammodo est ens mathematicum & imaginabile. Nam, quò ad esse in potentia, quod habet extra animam in subiecto proprio, quod est motus, est ens naturale: pro quanto autem anima sumit ipsum in ratione formæ numeri, per quem numerat aliquam partem primi motus, & per illam mensurat etiam totum tempus & motus alios, sic habet esse abstractum in anima; sicut numerus, quo anima numerat decem canes & decem equos. & aliter non potest intelligi. dicit enim Alexander, quòd abstractio mathematica in quampluribus locis deseruit scientiæ Naturali. Vnde Aristote. vt supra diximus, isto modo manuduxit nos, vt intelligamus idẽ esse tempus præsens in omnibus, sicut est idem numerus æqualis in diuersis speciebus numerabilibus. & supra declarans, quomodo sit idem instans in toto tempore, declarauit hoc per similitudinem, per quam Geometræ dicunt punctum per suũ fluxum causare lineam, & vt diximus, cum tempus sit mensura motus, non potest imaginari, nisi pro quanto comparatur ad quantitatem motus, quæ fluit sm̃ dimensionem lineæ. etenim non mensurat motum, quò ad partes, quas habet simul, sed quò ad partes, quæ in successione longitudinali consistũt & imaginantur. aliter enim non potest intelligi. Et sic habes, quomodo in definitiõe temporis cadit motus. quia cadit ex parte, qua est ens extra animam naturale & mobile in potentia propter subiectum eius, licet forma eius in actu, dum anima facit illam actualem actionem sit in anima numerãte. & sic patet quomodo cessante anima in ratione numerantis in actu, tempus non esset in actu, sed solum esset in potentia propter subiectum propinquum, quod aptum est recipere illam actionẽ. Sed quid si per imaginationẽ deficeret anima, quò ad rationem numerantis in actu & in aptitudine, an aliquo modo esset tempus? Dico quòd non. quia forma temporis cum consistat in hoc, quod est numerus motus: numerus autem, in eò quòd numerus est, alter est numeratus, & alter est numerabilis, vterque suo modo dicit relatiue ad animam. quia numerus numeratus in actu dicitur dependere ab anima numerante in actu, & numerus numerabilis in potentia dependet ab anima numerante in potentia, vt patet in tex. cõm. 131. Sic enim soluitur argumentum Boethi contra Arist. vt dicit Alex. & Themist. in illo loco. Et sic soluitur obiectio Themistij dubitantis quomodo potest idem nunc esse in pluribus motibus. accideret enim vnum & idem accidens esse in pluribus subiectis. & ita vnum & idem dehisceret in plura, & per consequens non remaneret vnum. patet enim quòd tempus præsens, quod est passio quedam motus, seu accidens non est in pluribus, sicut albedo, & nigredo. quia per informationẽ & actualem inhærentiam vnum accidens impossibile est esse in pluribus subiectis non communicantibus. sed dico quòd esse temporis vt sumitur vt habet esse in actu, in ratione, qua est numerus numerans actu, est vnũ in actu: &, si sumatur, vt est numerus numerans potentia, etiam est vnum in potentia, & sic habet esse in anima numerante, vel actu, vel potentia, proportionabiliter tamen numerus pro rebus numeratis est multiplicatus sicut sunt res numeratæ. Et ideo animaduerte bene, & considera quòd numerus

numerus numerans non est forma absoluta, quemadmodum aliqui existimauerunt: alioquin falsum esset dictum Philosophi, quod anima dempta, quae est apta numerare, aufereretur tempus, quod est numerus motus. numerus igitur pro rebus numeratis potest esse res absoluta, tamen numerus vel actu numeratus, vel actu numerabilis importat respectum ad animam, vel actu, vel aptitudine numerantem. dicit enim Commentator in. 5. metaphysi. commen. 18. relatio accidit quantitati, & caeteris praedicamentis. sic enim dicit, quod magnum & paruum vno modo sunt passiones quanti, & alio modo sunt in capitulo relationis, vt vnum refertur ad aliud. Ex quo sequitur, quod Com. in via sua habet mirabilem difficultatem. imaginatur enim quod tempus comparatur ad primum motum in ratione mensurae mensurantis eo modo, quo mensurat forma in re. quia vult quod tempus sit passio primi motus, & non sit passio omnium motuum: alios vero motus respicit, sicut numerus respicit numeratum. nam dato hoc, sequeretur quod, si essent plures mundi, essent plures primi motus, & per consequens essent plura tempora simul non communicantia: quod implicat contradictionem. quia multiplicatis subiectis multiplicarentur & passiones. Et tanto magis augetur difficultas in via eius, quia ipse tenet aliquam consequentiam esse necessariam, licet tam antecedens, quàm consequens sint impossibilia vt tenet in casu. 4. phy. co. 93. Amplius autem cum secundum Philosophum tempus simpliciter sit numerus cuiuslibet motus & non vnius, si motus primus mensuratur à tempore sicut à forma, & alij motus vt à numero, tunc aequiuoce est ista mensuratio. Et confirmatur. quia Commentator vult quod in definitione temporis, in qua dicitur quod tempus est numerus motus, ly motus stet pro quolibet motu, & vult quòd numerus stet actiue, quia tempori per se competit mensurare motum contra Themistium, motui autem competit per accidens mensurare tempus. & ita illa definitio esset laborans in aequiuoco. Amplius sequeretur quod primus motus proprie non diceretur esse in tempore, nec secundum totum, neque secundum partem. quia motum esse in tempore est sicut mensuratum esse in numero, & est mensurari per tempus, vt dicit Philosophus in 4. physicorum. in tex. commen. 114. & 115. & 117. si igitur tempus ad primum motum non comparatur vt numerus, sed vt passio, & forma. non igitur potest dici aliquo modo ille motus in tempore esse, quod est contra Philosophum. quia Philosophus vult in tex. commen. 114. quod tempus mensurat motum indeterminando quendam motum, qui mensurabit totum, sicut longitudinem cubitus. in. 133. in speciali dicit hoc de primo motu. nam quando per aliquam partem temporis mensuramus aliquam partem primi motus, per illam mensuram totum & etiam totum tempus & alios motus, & loquitur Arist. de mensuratione actiua vniformiter, & sine aliquo discrimine, sicut patet intuenti. Et per vitam meam sunt difficultates peraz duae, à quibus non nisi solers ingenium potest euadere. Dico igitur glossando dictum Auerro. quod ideo dixit tempus esse passionem primi motus, & esse mensuram eius, sicut forma rei, quae habet definiri per suum subiectum. nam prima ratio temporis consistit in numerato esse prioris, & posterioris primi motus, & secunda eius ratio est, quod est numerus numerans per se omnes motus. & quia propria passio habet definiri per suum subiectum. talem habitudinem, quae sibi ex suo primo intellectu competit, non habet, nisi cum primo motu. & quia ille est vnus, sic etiam tempus est vnum. postquam autem haec est sua quiditas, tunc anima vtitur ea in ratione mensurae mensurantis per motum numeri omnem motum & primum & alios à primo. Vbi animaduerte quod tempus respectu primi motus habet duplicem habitudinem, & passionis, & hoc est temporis quiditas vt sit primi motus passio quaedam: & habet etiam habitudinem numeri numerantis primo & principaliter ipsum, & secundario alios. Et quod istam habitudinem habeat cum primo motu, patet ex his, quae scribit Commentator in commento. 132. vbi dicit & debes scire, quod licet tempus sit numerus cuiuslibet motus, non tamen eodem modo, sed secundum prius & posterius, quia numerat alios motus à motu translationis, quia numerat translationem. & si de modis translationis non esset nisi circularis, esset tempus, & de circularibus ille, qui est velocioris circulationis, s. diurni motus. ecce igitur quod cum motu diurno, qui est primus motus, habet etiam istam habitudinem numeri numerandis. & ideo differentia illa est intelligenda cum praecisione, quia videlicet cum primo motu habet habitudinem passionis, & hoc sibi prius natura competit: & habet etiam habitudinem mensurae mensurantis

ipsum principaliter, & alios secundario. sed cum cæteris motibus non habet nisi habitudinem numeri ad numerata tantum. & isto modo potest saluari via Cõm. quomodo tempus mensurat partem primi motus & per illum mensurat totum, & totum tẽpus, & reliquos motus. Et ex his soluitur aperta contradictio in dictis Auer. nam in cõm. 132. vult ꝙ tempus cum alijs motibus non habet comparationem, nisi numeri cũ numerato, quod non assumitur in definitione numeri: sed cum primo motu habet comparationem, sicut passio cum subiecto, quod ponitur in definitione passionis. Sed nunc contradicit sibi in commen. 102. vbi vult quòd in definitione temporis, in qua dicitur ꝙ est numerus motus, ly motus supponit pro quolibet motu, sicut videtur determinare Philosophus in tex. cõmen. 132.

Solũo contradictionis in dictis Auer.

Solutio. Soluitur. nam quando dixit ꝙ numeratum non ponitur in definitione numeri, exponendum est, sicut subiectum ponitur in definitione passionis: quia numerus numeris non est in numeratis, sicut passio in subiecto, sed est in anima in esse abstractionis. vnde bene numeratum potest sumi in definitione numeri numerantis, sicut correlatiuum definitur per suum correlatiuum. & sic animaduerte quòd in definitione tẽporis sumitur quilibet motus, sicut numeratum in definitione numeri, vt correlatiuum per suum correlatiuum ex parte, qua dicitur ꝙ est numerus motus. ex parte autem prioris & posterioris sumitur primus motus, sicut subiectum temporis. quia definitio illa dicit quid, & propter quid secundum viam Commenta. vt alias declaraui. hoc est igitur, quod facit perplexum intellectum, quia tempus ad diuersa comparatũ habet varios & oppositos respectus. Ex prædictis autem poteris intelligere. ꝙ Commẽ. etiam habet dicere, ꝙ prima ratio constituens temporis quiditatem sit numerus numeratus prioris & posterioris primi motus. quia, vt ipse concedit in commen. 132. si nullus motus esset nisi localis, & de localibus circularis tantum, & de circularibus ille, qui est velocioris circulationis, & est ille, qui est motus diurni, adhuc esset tempus. & patet quòd in illo casu non esset numerus numerans per se alios motus. ab ipsa igitur veritate cogetur dicere, sicut dicit Themistius, quòd numerus positus in definitione temporis stat pro numero numerato principaliter, & non pro numero numerante, nisi secundario. quia Philosoph⁹ in litera dicit illud, vnde prius natura oportet tempus esse aliquid formaliter, & deinde quòd adueniat sibi ratio mensurandi. sicut vlna prius natura dicit aliquid positiuum in se, & postea dicit rationem actiuam, per quam mensurat. cum igitur tempus sit & in numerato esse, & in numerare, prius natura est ex numerari, quàm per numerare. & connumerare, aut est passio ei⁹. vt dicit Alexander, aut si est de quiditate eius, hoc non est ex principali, sed secundario, vt videtur velle Commenta. nec videatur tibi mirum, quia complexus temporis intellectus non ex re simplici dependet propter sui difformem naturam, sicut sæpe dixi.

Vigesimanona contradi. est in commen. etiam 132. Commen. dicit tempus non mẽsurare motum cœli vt numerus, sed bene ad alios motus se habet vt numerus. Huius tamen oppositum dicit in commen. 133. Soluitur quòd dictum suum intelligitur cum precisione. quia ad motum cœli tempus habet duplicem habitudinem, & passionis per se consequentis subiectum, & habitudinem numeri & mẽsuræ. sed ad alios motus comparatur solum in ratione numeri. Et sic sedatur controuersia. 4. physic. com. 132. Solutio.

Trigesima contradi. est in tex. 133. Philosophus dicit ꝙ motus alterationis & augmenti & generationis non possunt esse regulares. Sed huius oppositum habetur. 5. physi. tex. cõmẽ. 45. vbi dicitur ꝙ quilibet vnus & continuus indifferenter potest esse regularis, & non. Soluitur per Auer. ibidẽ. ꝙ sermo ibi est de motu, inquantum motus est, & sic alterationi & augmento non repugnat, inquãtum motus sunt, ꝙ possint esse regulares. sed vt de facto sunt in rebus sensibilibus secus est. sic dicit Commen. in simili dubio in. 6. physi. cõm. 15. 4. physic. tex. 133. Solutio.

SOLVTIONES Contradictionum in dictis Arist. & Auerrois,

super Quinto Physicorum.



Ontradictio est in 5. physico. super tex. 7. Aristote. enim scribit quòd transitio de non subiecto in subiectum secundum contradictionem generatio est. Sed obuiabam. quia transitio inter contradictoria non fit per medium, sed 5. physic. tex. 7.

sed transitio de non esse ad esse per medi͂ū fieri solet, vt testatur Philosophus in quinto de generatione animalium capitulo primo. Soluitur. inter non esse & esse absolute non est medium, & talia sunt extrema contradictionis & generationis: sed inter non esse simpliciter, & esse in actu secundo, quod est esse perfectum, mediat actus primus. & ita Aristoteles dicit aliter trãnsiri ex pura priuatione ad actum secundum per actum primum. qui secundo de anima est, sicut somnus, & scientia: actus vero secundus est sicut vigilia, & sicut considerare. & illo modo Aristoteles loquitur ibi asserens, quòd transitio de non esse ad esse per medium fieri solet, quæsiuit enim ibi vtrum in prima animalis generatione somnus præcedat vigiliam, an vigilia somnum, & asserit, propterea quia somnus talis sua natura esse videtur, vt viuendi, & non viuendi interliminium est, & neque omnino sit qui dormit, neque non sit: viuitur enim potissimum propter sensum. sed, si animal habere sensum necesse est, & tunc primum est animal cùm primum contingit sensus, primam illam dispositionem non somnum, sed similem somno putandum est, &c. ibi vult actum primum mediare inter non esse & esse in actu secundo & perfecto.

Solutio.

Secunda contradictio est in commento octauo. Dicit Commen. quòd materia non est in loco. Oppositum apparet primo de generatione cõmen. 27. vbi dicitur quòd illud, ex quo aliquid generatur, necesse est vt sit in loco. Soluitur. materiam non esse in loco per se, sed per accidens. ratione videlicet totius generati, cuius ipsa est pars, quod quidem per se est in loco. Et Philosophus destruit hic materiam non esse in loco, vt est separata à physicis corporibus, vt imaginabãtur Antiqui. tamen vt est in physicis corporibus, sic est in loco per accidẽs: quia locatur ad locationem illius, cui per se debetur locus. Esset tamen hic locus dubitationis in via Commenta. an materia sit in loco non ratione totius, sed ratione sui, vel ratione alicuius consequentis ad ipsam. Et videtur quòd sic. nam stantibus quantitatibus interminatis coæternis ipsi materiæ, videtur quòd sibi debetur locus. Nam videtur quòd ratio locandi absolute sumatur à quantitate, iuxta illud Philosophi quarto physico. textu commen. 76. Si corpus cubum separatum à qualitatibus sensibilibus ponatur in aqua, tantum cedit sibi aqua, quanta est sua dimensio. Ad hoc diceretur q materia sub quantitatibus interminatis consyderata vt abstrahit ab omni forma substantiali, & ab omni qualitate sensibili, vt sic non est ens, nisi in anima s͂m viam Auerr. 12. meta. cõm. 14. & ita etiam diceretur esse in loco s͂m imaginationem, aut diceretur esse in loco indeterminate. sed q sit in aliquo loco determinato requiritur quantitas terminata & forma, ad quã consequitur talis quantitas. & sic dicimus subiectum generationis non occupare locum determinatum, & si illud sit materia quanta. Soluitur igitur contradictio quòd Commen. non dixit q illud, ex quo aliquid generatur sit in loco per se, sed dixit q hoc est, aut per se, aut per accidens, sicut dicimus de materia. ecce quòd vult materiam esse in loco per accidens. sed quando dixit. 5. physico. cõmen. 8. q materia non est in loco, intellexit eam non esse in loco per se. & ista non contradicunt. Aut aliter, non est in loco determinato, est bene in loco indeterminato. Sed prima solutio est magis ad mentem Philosophi, & Commenta. primo de generatione tex. commen. 27. sicut videre poteris.

5. physico. com. 8.

Solutio.

Dubitatio

Solutio.

Tertia cõtradi. est in cõm. 9. Dicit Cõm. q contrarietas, quæ est in loco, latet. & eandem sententiam habet. 8. physico. cõm. 16. Huius tamen oppositum videtur dicere. 8. metaphysi. cõmen. 4. & 10. metaphy. cõ. 13. vbi habet q contrarietas in rei veritate primo inuenitur in eis, quæ sunt in loco, ideo accepta est in definitione contrariorum distantia, cum dicitur, contraria sunt, quę sub eodem genere posita maxime distant. Respondetur, vt dicit Cõmmen. 4. coeli, cõ. 3 & q contrarietas, quæ est in forma, & qualitate, & in loco, dicitur æquiuoce. quia contraria in qualitate, & in alijs prædicamentis sunt solum duo in forma, & sunt vnum in subiecto: sed contraria in loco sunt contraria tam secundum subiectum, quàm s͂m formam. Et quia de ratione contrariorum est distantia: & plus distant illa, quæ sunt duo in forma, & duo in subiecto, quàm illa, quæ sunt duo in forma & vnum subiecto: ideo contrarietas ex natura rei primo competit contrarijs in loco quàm alijs contrarijs. Accedit ad hoc, vt dicit etiam Cõm. 10. meta. cõm. 13. distantia in loco est maxima, s. centri ad circumferentiam: & ista distantia est causa in contrarietate substantiarum corporũ propriorum istis locis. ideo cõtrarietas primo reperitur ex materia rei

5. physico. com. 9.

in loco, quàm in alijs contrarijs aliorũ prædicamentorum. Et hoc etiam asseruit Cō. 4. phy. cō. 5. dum dicit q. corpora contraria s̄m naturam mouentur ad loca contraria secundum naturam. quia loca non solum sunt extrema vnius lineæ rectæ longissimæ, sed & cum hoc sunt cōtraria s̄m potentiā. res enim, quarum substantiæ sunt similes contrarijs, habent substantias contrarias aliquo modo. ecce quòd vult contrarietatem in loco esse causam contrarietatis in substantia, & in qualitate: eo modo, quò in substantijs contingit substantiam substantiæ contrariam esse. Et, licet ita sit quòd cōtrarietas primo reperiatur in loco, tamen non est notum quòd omne, quod localiter mouetur, contrarietatem talem habeat. & sic dixit Cōmentator in hoc quinto, cō. 19. & octauo physic. 16. & sexto physico. cōm. 92. quòd contrarietas, quæ est in loco, latet non quia illa lateat quòd sit contrarietas, immo est prima & causa aliarum, & ponitur in diuisione aliorum tanquam notior, sed latet penes hoc, quòd non est notum per se eam inesse cuilibet mobili, quod mouetur motu locali. & sic nulla est contradictio, sicut vides. Sed contra determinationem istam dubitauit subtiliter magnificentia tua. quia tunc non esset vera cōtrariorũ descriptio, dicens, contraria sunt, quæ habent fieri circa idem subiectum non simul, sed successiue: modo, si contraria in loco sunt duo in subiecto, & duo in forma, nunquam agitur aliquo modo circa idē subiectum habēt fieri, nec simul, nec successiue. Et ad hoc dixi quòd argumentum tuum demonstrat. nam locus superior vniuersi nunquam fiet inferior. & dixi descriptionem illam verificari de contrarijs in qualitate, non de contrarijs in loco, & dixi cum Auerroi commen. 38. quarti de cœlo contrarietatem non dici vniuoce, sed equiuoce vel analogice de his & de illis. Aut aliter. aliquid conuenit alicui ratione generis, quod tamen repugnat eidem ratione speciei, sicut patet sexto physicorum commento decimoquinto & septimo physicorum cōmento secundo.

5. physico. com. 19.

Quarta contradi. est in com. 19. Commentator dicit quòd non fit minus nisi per admixtionem contrarij. Oppositum. secundo cœli commento. 15. Soluitur. in habentibus contrariam s̄m viam Cōmē. remissio per admixtionem contrarij fit, & per oppositum intensio per remotionē à contrario, iuxta illud Philosophi, illud est albi⁹, quod est nigro impermixtius. in carentibus vero contrario, sicut est lumen, & alia huiusmodi, non est sic. Et ideo Cōm. in cōm 15. 2. de cœlo iam allegato inquit. & non sequitur vt remissio sit semper ex mixtione contrarij, sicut dixit Alex. in multis locis.

Solutio.

Quinta contradi. est in commen. 21. Dicit generationem non esse motũ, quia forma est indiuisibilis. Sed oppositum videtur sentire de formis elementorum. 3. cœli cō. 67. vbi tenet q. intenduntur & remittuntur. Soluitur. de ratione motus duæ conditiones requiruntur. vna q. subiectum sit ens in actu, alia q. forma sit diuisibilis. vnde quinto. physicorum probatur ad relationem nō esse motum, & etiam septimo physicorum de prima specie qualitatis. Et commentator 6. physico. commento 8 5. probat q. ad sitũ non est motus, quia est relatio, & relatio cō sistit in indiuisibili. Requiritur etiā quòd subiectum sit in actu. quinto physicorum tex. commento. 8. Et propter hoc in formis eductis de potentia materiæ, quædam sunt perfectæ, non intensibiles, neque remissibiles, sicut sunt formæ mixtorum: & de istis maxime verificatur dictum Commentatoris, q. generatio talium non est motus, quia tales sunt indiuisibiles, idest non successiue acquisibiles, sed per minima acquiruntur. Formæ autem elementorum sunt mediæ inter substantiam & accidens secundum Commentatorem tertio cœli commento 67. & tales partibiliter acquiruntur, & successiue: tamen earum generatio non est motus, quia subiectum non est ens in actu. Vide quæ scripsi primo physicorum commento sexagesimosecundo.

5. physico. com. 21.

Solutio.

Sexta contradictio est in commen. 22. Dicit Commentator q. vltima non sunt in loco, nisi per accidens, non essentialiter. Sed huius oppositum ipse scribit primo de generatione comment. 19. vbi habet q. lineę, superficies, & puncta non sunt in loco, neque secundum se, neque secundũ accidens. Soluitur. aliquid moueri per accidens contingit dupliciter, pure, & non pure. Appello illud moueri per accidens pure, quod pręcise mouetur ad motum alterius, & nullo modo potest per se moueri. & isto modo intelligitur dictũ Com. hic in commen. 22. quando dicit, q. vltima mouentur per accidens, s. pure, quia præcise mouentur ad motum illius, cuius sunt vltima. Alio modo aliquid dicitur non pure per accidēs moueri, & est illud, quod mouetur ad motum alterius. quod tamen, si separatũ fuerit ab eo

5. physico. com. 22.

Solutio.

ab eo, ad cuius motum dicitur moueri, poterit per se moueri, sicut motus partis ad motum totius. quia pars separata à toto potest per se moueri, sicut patet. 4. physicorũ commento. 32. & quinto physico. commento primo, & primo de anima cõmento. 37. Et propter hoc dixit Cõmentator sexto physico. cõmento 86. quòd motus partis in toto non est motus pure per accidẽs. Formaliter igitur soluentes, dicamus quòd quinto physico. cõmen. 22. loquitur de accidente puro, primo de generatione. 29. loquitur de accidente non puro. Aut aliter solui potest, quòd Commentator primo de generatione loquitur ex sententia Platonis, contra quem arguit ibi Philosohus. Plato enim posuit mathematica esse subiecta corporum naturalium. &, quia ipse posuit talia, nedum secundum intellectum, verum etiam secundum esse separata à sensibilibus, videtur sequi ergo talia nullo modo in loco esse, neque per se, neque per accidens, realiter loquendo. in quinto autem physicorum loquitur secundum sententiã Aristoteles, & dicit, quòd talia sunt in loco per accidens, quia locantur ad locationem sui subiecti, quod est per se in loco. Et ista solutio non est remota à veritate secundum rem ipsam. tamen, sicut dicit Cõmenta. primo de anima cõm. 26. vniuersaliter hodie non possumus intelligere opiniones Antiquorum, quia non sunt notæ apud nos.

5. physico. com. 34. Septima contradictio est in cõmen. 34. Dicit Cõmentator tempus constituere motum. Huius tamen oppositum habetur supra in hoc quinto cõmento tertio, vbi enumerans ea, quę constituunt essentiam motus, non enumerat tempus. Respondetur, Solutio. quòd refert consyderare motum in sua quiditate, & refert consyderare ipsum, quò ad suam vnitatem consequentem ipsum. Et tunc dicimus, quòd motus consyderatus quiditatiue constituitur in sui diuisione ex tribus & talia sunt subiectum, terminus ad quẽ, & terminus à quo. Vnde Com. sic consyderauit motum, & Philosophus. 5. physic. tex. cõmen. tertio, nam ipse dicit ibi, quod substantia motus constituitur ex illis tribus causis existentibus in eo non extrinsecis. & ideo non numerauit motorem, aut tempus, vt ipse habet ibi. Sed consyderatio motus, quò ad sui vnitatem numeralem, bene concernit vnitatem temporis, & motoris & sic consyderatur motus ab Auerro. & ab Aristoteles. quinto physicorum. 34. quando dixit quòd ad vnitatem numeralẽ motus requiritur vnitas temporis. & sic etiam consyderauit motum in octauo phy. tex. commen. 82. vbi dixit motum proiectorum non esse continuum, sed videri cõtinuum. Et reddens causam dixit. nõ. n. vnũ est mouens. vbi expresse patet motoris vnitatem requiri ad continuitatem, & vnitatẽ motus, quæ tamen non sunt de quiditate motus, sicut patet consyderanti.

Octaua contradictio est in 35. cõmento. 5. physico. com. 35. Ad vnitatem numeralem motus dicit tria requiri: & hæc sunt vnitas subiecti, vnitas mobilis, & vnitas termini ad quem. Sed huius oppositum videtur. 8. physic. tex. cõ. 82. vbi habetur quòd vltra hæc requiritur vnitas motoris. Ad hoc dicitur quòd Aristot. Solutio. non posuit hic vnitatem motoris requiri ad vnitatem temporis, quia nondum declaratum est verum omne motum ab alio sit motum. & ideo tacuit illud differens illud vsque ad. 8. phy. vtrum autem in aliquo casu possit esse vnus motus à pluribus motoribus pertinet ad octauum physico. sed pro nunc dimittatur.

Nona contradictio est in eodem cõmento. 35. & cõmento sequenti. Quia in hoc 5. physico. com. 35. commento dicit tria illa requiri ad vnitatem motus, scilicet tempus, subiectum & terminum. Sed commen. sequenti solum subiectum & terminum requiri dicit. Nisi Solutio. esset, quòd vnitas motus magis intime dependet ab vnitate subiecti, cùm subiectũ motus ponatur in sua definitione, & etiam terminus ad quem, qui est de substantia motus: quia ab ipso sumit speciem, cùm non differat ab ipso, nisi sicut imperfectũ à perfecto. tertio physicorum cõmento. 4. motus autem à tempore dependet tanquã ab aliquo extrinseco, & non quiditatur per ipsum, idest tempus non est de quiditate eius, sicut dicit Cõmentator hic in cõmento trigesimo quinto, quòd accidit naturæ motus, quòd sit in tempore, non quòd motus quiditetur per tempus, idest quiditatiue constituatur per tempus & ideo tacuit Cõmentator in cõmento sequẽti tempus, quia solum consyderauit motum, quò ad prædicata, quæ constituunt ipsum quiditatiue. licet autem subiectum non sit de quiditate accidenti, sufficit tamen, quod sit declatiuum quiditatis eius.

Decima contradictio est in cõmento. 37. 5. physico. com. 37. Dicit omnem motum continuum esse. Huius tamen oppositum dicit. 3. physi. cõmen. 6. & 8. physico. cõmento. 23. vbi habet motum augmentationis non esse continuum.

Solutio. Soluitur. motui, sub ratione, qua motus, non repugnare continuitatem, sicut talpæ inquantum animal non repugnat visio: tamen motui applicato ad materiam aliquã sensibilem determinatam stat continuitatem sibi repugnare. sicut est in casu de motu augmenti, qui non potest esse cõtinuus, sicut probat Cõ. in locis allegatis. nihil aũt prohibet vnum & idem prædicatum vni & eidẽ rei nõ repugnare sub ratione cõmuni, & sub ratione generis, quod tamen repugnabit illi sub ratione speciali, sicut talpa, vt talpa, non potest videre: sed vt animal nõ sibi repugnat. Aristote. autem in hoc quinto physico. & in. 6. consyderat motum in communi, nõ applicando ipsum ad aliqua mobilia determinata. Et ideo omnia, quæ verificantur de motu in istis locis, verificantur sm eius cõmunitatem, quę tamen communitas non repugnat rationibus specialibus aliorum motuum. Vide pro hac solutione in simili Auerroim copiose. 6. physico. commento 15. vide. 7. physico. commento. 2. in simili de cælo, inquantum corpus, & inquantum corpus.

5. physico. com. 48. Vndecima contradictio est in cõm. 48. Dicit Auer. terminum à quo non esse de substantia motus, sed esse accidens motui. Sed nos oppositum inuenimus in dictis ei⁹

Solutio. supra in cõ. 3. huius quinti. Soluitur. terminus, à quo dupliciter potest comparari motui. Vno modo absolute: & sic est de quidditate motus, cũm ponatur in eius definitione. motus. n. fit de affirmatio in affirmatiuũ. Alio modo respectiue, videlicet in comparatione ad terminum, ad quem. Et sic terminus à quo est accidens respectu motus in respectu termini ad quem. motus. n. cum termino ad quem identificantur & reponuntur in specie, non autem per terminũ à quo. terminus. n. à quo abijcitur. Sumitur igitur hic accidens prout omne illud, quod non est æque intimum, sicut aliud. & quia terminus à quo non est æque intimus motui, sicut terminus ad quem, ideo nomen accidentis accepit. & hoc est de mente Cõ. infra in cõm. 49. vbi dicit q᷑ licet contrarietas in motibus sit tam ex termino à quo, quàm ex termino ad quem, magis tamen motus sunt contrarij ex termino ad quẽ, quàm ex termino à quo

SOLVTIONES contradictionum in dictis Arist. & Auerrois.

Super Sexto Physicorum.



Ontradictio est in sexto phy. in cõm. 16. Dicit Commenta. q᷑ exempla, quæ adducuntur in literis. adducuntur vt sermo sit manifestior. Huius tamen oppositum ipse scribit. 4. physic. com. 71. 6. physic. com. 16.

Solutio. Soluitur, q᷑ exemplificatio in literis ad duo potest comparari, videlicet ad materiam subiectam, de qua est sermo. & sic talis dicitur esse manifestatiua sermonis. & isto modo vtitur Philosophus plerunq; in libro priorum, & in libro posteriorũ. Alio modo potest comparari ad exempla consimilia in materia determinata, & sic est minus manifesta. & qñ secunda sequit̃ primã, sic sermo redditur manifestior. Et isto secundo modo loquebatur Commenta. 4. physico. commen. 71. inquit enim & cum dedit exemplum de literis, dedit exemplum de materijs, vt demonstratio sit manifestior. Primo autem modo loquebatur hic. quia dicit quòd Aristote. adduxit exemplum in literis, vt sermo ei⁹ sit manifesti⁹. quando enim casus ponit in terminis, redditur vtque clarior.

6. physic. com. 42. Secunda contradictio est in cõm. 42. habet Cõmen. q᷑ transmutatio in substantia est principaliter transmutatio. Huius tñ oppositum dixit in hoc sexto commen. 32. vbi dixit transmutationem in substantia non esse transmutationem, sed finem transmutationis. sicut vniuersaliter est de qualibet transmutatione indiuisibili, sicut habet etiam ipse. 4. physico. commen. 129. vbi habet transmutationem dici æquiuoce de trasmutatione per se, & de transmutatione quæ non est per se, sed est finis transmutationis. & consimilem sententiam habet ipse. 6. physic. in commen. 45. Soluitur transmutatio in substantia dicitur simpliciter & principaliter transmutatio terminatiue, quia terminatur ad illud, quod est simpliciter, & principaliter ens. 7. metaphy. in commen. 4. substantia præcedit accidens. Et sic dixit Philosophus primo de generatione. tex. cõm. 11. & 5. physico. tex. cõm. 7. generatio substantiæ est simpliciter transmutatio, accidentium vero non est simpliciter transmutatio, sed est aliqua transmutatio,

mutatio, & quædam cuiusdam. tamen in ratione motus formaliter sumpti transmutatio in substantia non dicitur principaliter transmutatio, sed est finis transmutationis, nec est motus, sed sequitur motum Et sic authoritates contrariæ procedunt vijs suis,

6. physic. com. 41. Tertia contradictio est in eodem cō. 41. Dicit inter nō ens & ens nihil mediat. Huius tamen oppositū habet. 1. phy. cō. 78. & 12. meta, cō. 11. & 5. phy. cō. 8. de materia. Solutio. Soluitur. 12. meta. cō. 11. Non ens sumitur tripliciter. Primo, pro illo, quod non habet esse, nec imaginationem. & istud est vere nihil, & solum istud. vnde illud, quod non habet esse, nec imaginationem, est illud, quod implicat contradictionē, & tale est vere nihil. nam tale non potest facere vnum per se cō ceptum, nec sicut obiectum cum obiecto, nec sicut modus cum obiecto, sicut dicit Subtilis doctor in secunda quæstio. Quolibetorum, & Commentato. 4. meteororum commento nono, qui dicit aliquod intelligibile, ponit hoc fundamentum quòd opposita non congregantur insimul. Alio modo sumitur pro priuatione existente in prima materia. Tertio modo sumitur pro illo, quod non est in actu. Tunc dicitur q inter non ens primo modo, & ens nihil, cadit medium: quia talia contradictorie opponuntur, quorum non est medium secundum se inuenire primo post. & 10. metaph. tex. cō. 23. & sic loquitur Commenta. in hoc cō. 41. huius sexti. Sed inter non ens primo modo, s. inter non ens simpliciter & ens in actu, est bene dare medium. & istud est ens in potentia, talia autem non opponuntur contradictorie. vnde ens in potentia non est vere nihil neque est ens, sicut Philosophus dicit: sed mediat inter vtrunque, & sic loquitur Commen. in alijs locis allegatis.

6. physic. com. 59. Quarta contradi. est in com. 59. Scribit Commen. accidentia carnis induci in materia ante formam substantialem carnis. Huius tamen oppositum habet primo cap. de substantia orbis, vbi dicitur q accidentia consequentia formam sequuntur formam. Accedit ad hoc q subiectum accidētium est ens in actu. 2. de anima. cōm. 4. & alibi frequenter. Solutio. Soluitur. accidentia sunt in duplici differentia, quædam in fieri, & talia ab Auerroistis interminata dicit consueuerunt. & quædam sunt in facto esse, & talia dicta sunt terminata. Tunc dicimus accidentia in fieri præcedere formā in materia, sed terminata sunt post formam posterioritate naturæ, non temporis: vt scribit ipse primo capitu. de substan. orbis. Replica primo de generatione & corruptione, generatio est transmutatio totius in totum nullo sensibili remanente: ergo videtur q omnia accidentia fundētur in composito, & per consequens non est dare accidentia precedētia formam in materia. Soluitur. ibidē dicitur nullo sensibili remanente vt subiecto. vnde accidentia interminata, licet præcedant formam in materia secundū Auer. propter hoc tamen non dicimus ea conuenire in ratione subiecti, sed sunt dispositiones subiecti, quod est materia. Et hoc aduertens Commenta. dixit. 2. de anima com. 4. subiectum formæ substantialis, secundum quòd est subiectum, est ens in pura potentia: dans intelligere nullam aliam rem habere rationem subiectiuam præter ipsam materiam. Replica. tunc ergo accidens remanebit corrupto subiecto, & migrabit de subiecto in subiectum. Soluitur. licet proximum subiectum alterationis sit compositum, radicale autem est ipsa materia, quæ est pars essentialis compositi. non enim oportet, vt inquit Commenta. primo de generatione commen. 1. q subiectum transmutationis substantialis sit aliud à subiectis aliarum transmutationum: alioquin sublato tali subiecto, remanere possent subiecta aliarū transmutationum: quod est merum impossibile. & sic non est ibi transitus de subiecto in subiectum, quia manet subiectum radicale taliumaccidentium in aduentu formæ, quæ inducitur, sicut manebat in corruptione formæ præexistentis.

Quinta contradictio est in comen. 86. 6. phy. tex. & cō. 86. Dicit Philosophus & Cōmē. q indiuisibile mouetur per accidens. Instantia est de polis ipsius orbis, qui omnibus modis sunt immobiles, sicut patet. 2. cœli cō. 14. Instantia. Soluitur. ibidem dicitur q quies polorum est quies metaphorica, & non est vera quies. Sed ista propositio, in qua cōmuniter dici solet polos orbis immobiles esse omnibus modis, verificatur ad imaginationem Mathematicorum, abstrahentiū à motu. propositiones. n. ipsorum ferè oēs sunt veræ ad imaginationē. 2 phy. cō. 60. Naturaliter tñ loquēdo, ipsi poli, siue sint aliquid diuisibile, siue indiuisibile, mouentur per accidens ad motum orbis, in quo sunt formaliter. Et ex hoc patet q illi, qui tenent intelligentiam esse formā cœli, non recte respondent ad argumentum, per quod probatur q tunc ipsa moueretur per accidens. quia omne, quod formaliter

formaliter est in re mota, sicut forma informans, vel sicut pars in toto, vel sicut terminus in terminato, mouetur ad motum rei motæ per accidens. Quidam solénis doctor voluit mihi soluere istud argumentum, dādo instantiam de polis mundi, qui formaliter inexistunt orbi, & tamen non sunt mobiles aliquo pacto, neq; per se, neq; per accidens. Sed ego replicaui per authoritatem allegatam Auer. in commento allegato. 2. de cœlo, & in. 4. phy. cō. 118. vbi habet q̄ quies polorū est transumptiua, & fm similitudinē. Et facta replica nesciuit amplius loqui.

SOLVTIONES.
contradictionum in dictis Auerrois,

Super Septimo Physicorum.

7. physic. cóm. 1. & cóm. 4.



Icit Commentator super cōmento primo & quarto septimi physi. q̄ primum motum in animali est cor. Huius tamen oppositum inuenimus primo de anima commento 37. vbi dicit, quòd sunt pedes. Solutio. Soluitur. principium, & fons totius sensationis & motus est ipsum cor: sicut probat Philosophus in. 2. de partibus animalium cap. 10. & in libro de sensu & sensi. & in. 3. de anima expresse habet cor esse originale principium omnis motus existentis in animali, sicut patet in tex. cō. 55. & in libro de motibus animalium. Et ista fuit sententia omnium Antiquorum Peripateticorum, quicquid dicant Moderni mi scentes, & confundentes opinionem Peripateticam cum opinione Medicorum. videat Alexandrū in paraphrasi de anima: videat Themistium. & Simpliciū in. 2. de anima, & videbunt, nunquid cerebrum sit principium motus vel sensus de intentione Aris. Dico igitur cor esse principium motus initiatiuū, & ei motus attribuitur vt origini & vt principio: pedibus aūt attribuit' tanquā instrumento, quò ad extra manifestetur, & executioni demandetur. & sic teneo cum Aristotele & peritissimis Peripateticis esse de qualibet sensatione, siue sit sensuum exteriorum siue sit sensuum interiorum, q̄ quælibet talis sit à corde, tanquam a radicali principio. & ista est indubitata sententia Aristotelis. licet Auerro. pro parte, non ex toto attigerit veritatem, sicut alij antiquiores. Moderni autem in hoc aberrant manifeste, & non est cūrabilis ægritudo eorum: quia sunt assueti in sermonibus falsis, & non possunt assentire veris principijs.

Secunda contradictio est in commento Vndecimo Commentator habet qualitates sensibiles esse differentias corporum consimilium. Et tamen oppositum habet ipse in quinto physicorum commento decimo, & octauo metaphysicorum commento. 5. contra Alexandrum. Moderni voluerunt grauitatem & leuitatem esse formas substanciales elemētorum, moti forte propter authoritatem allegatam hic ex vndecimo commento. & ex authoritate ipsius Commentatoris secundo de anima male intellecta, commento. 108. vbi habet graue & leue esse substantiam. Sed ista opinio est purus error, quia quod vni est accidens alteri non est substantia, in his, quæ vniuoce dicuntur. sed grauitas & leuitas elementi est eiusdem rationis cum grauitate & leuitate mixti, quod patet ex operationibus essentialibus ipsorum. cùm igitur in mixtis sint accidentia, quomodo in elementis erunt substantiæ? ita arguit Commentator contra Alexandrum quinto physicorum commento decimo, & octauo metaphysi. commento. 5. Sed dicunt quòd rationes Commentatoris, ibi procedunt de alijs qualitatibus, non autem de graui & leui. Contra. Philosophus secundo de generatione. textu commenti octaui enumerat qualitates elementorum, & similiter in secundo de Partibus animalium capitulo primo, & ibi ponit grauitatem & leuitatem. Amplius, quo modo soluetur ratio facta? æque enim ratio procedit de grauitate & leuitate, sicut de alijs qualitatibus. & quomodocūque soluere volueris, ita soluam pro Alexandro rationem Auerrois. Amplius, forma substantialis non est sensibilis sensu exteriori: sed grauitas & leuitas sentiuntur sensu tactus, sicut patet secundo de anima, tex. cōmen. 108. ergo, &c. Soluunt q̄ forma substantialis est sensibilis à sensibus hominis. Nam secundum Auer. in commen. super libro de sensu & sensi. homo comprehendit differentias rerum, & earū intentiones proprias quæ sunt in re sensata, quasi medullam de fructu: animalia autem bruta comprehendunt ea, quæ sunt extra, quasi cortices fructuum. Sed contra. quia sensus brutorum etiam sentiunt grauitatem & leuitatem. nam asinus magno pondere oppressus dolet: quod non esset. nisi grauitatem sensu tactus sentiret, igitur grauitas est simpliciter accidens.

7. physic. cōm. 11.

accidens. sed quælibet grauitas est vnius & eiusdem rationis essentialis. si igitur quod vere est, nulli accidit, si grauitas & leuitas in elementis essent formæ substantiales: nō igitur essent accidentia in mixtis. Multa etiam alia inconuenientia dimitto breuitatis causa. nam tunc substantia substantiæ per se primo contrariaretur, & multa huiusmodi. Dicamus igitur differentias vltimas corporum simplicium esse nobis ignotas, & circumloquimur eas per suas proprietates. & hoc colligitur ex sententia Philosophi in octauo physicorum in textu cōmen. 32. vbi habet quòd, essentia grauis est vbicari inferius, & essentia leuis est vbicari superius. & tamen supra. 28. dixit moueri sursum & deorsum esse actiones grauium & leuium naturales. quod non corrigisset, nisi esset verum, quod diximus. & hoc est etiā de intentione Auerro. octauo metaphysicorum commen. 5. & 7. metaphysi. cōmen. 41. Grauitas igitur & leuitas sunt differentiæ circumlocutiuæ elementorum, & non sunt veræ formæ substantiales illorum, sicut fingunt Moderni. Quomodo autem authoritas Commenta. in secundo de anima soluatur, statim patebit in sequenti cōtradictione.

Solutio.

7. physic. com. 11. Tertia contradictio est in eodem commen. Dicit grauitatem & leuitatē esse qualitates tangibiles. Oppositum habet secūdo de anima. cōmen. 108. vbi dicit quòd sunt substantiæ. & 5. metaphysi. commen. 18. dicit quòd sunt quātitates. Soluitur. formaliter qualitates sunt, sicut dicit Philosophus. 2. de generatione, & secundo de partibus animalium sunt substantiæ, imitatione, & similitudine quò ad modum immutandi sensum. Nam sicut substantia non immutat sensum, nisi mediantibus accidentibus, sic grauitas & leuitas non immutant sensum tactus, nisi mediante motu: & sic assimilantur substantiæ, & non sunt illæ, sed sicut illæ. In. 5. metaphysi. cōmen. 18. dicit eas esse quantitates secundaria intentione, sicut ipse glosat ibi. nam diuiduntur eadē diuisione, qua magnitudo diuiditur, iuxta illud Philosophi primo cœli in maiori quanto est maior virtus. tamen ipse in se sunt qualitates naturales. Et sic sedatur contradictio.

Solutio.

. physic. cōm. 15. Quarta contradictio est in com. 15. Dicit ratum & densum esse qualitates. sed quarto physi. 84. dixit quòd sunt quantitates. Contradictio ista in quarto fuit soluta, in commento. 84. ideo recurre illuc.

7. physic. cōm. 20. Quinta contradictio est in commento vigesimo. Dicit quòd scientia dignius est vt sit ad aliquid. Oppositum dicit decimo metaphysicu. vigesimosecundo & in prædicamentis, vbi habet quòd sit qualitas. Soluitur. formaliter qualitas est, & maxime in nostro intellectu. ad eam tamen consequitur relatio ad scibile. 5. metaphysicorum 20. Verum autem dictum Philosophi in septimo physicorum tex. commen. vigesimo, & sui Commentato. habeat locum secundum mentes eorum, vel secundū mentem Platonis, non est præsentis speculationis. Alio tamen modo potest declarari scientiam esse in capitulo relationis, tam secundum mentem Platonis ponentis nostrum scire esse reminisci, quàm secundum mentem Auerrois ponentis vnitatem intellectus colligari cum intentionibus imaginatis in intelligēdo. Sed ista pertinent ad tertium de anima, nec est opus præsentis negocij. nam sufficit nobis magnifice Domine in istis fragmentis intellectum tuum excitare, nec opus est cālcaria subdere sponte currenti. Solutio.

SOLVTIONES contradictionum in dictis Arist. & Auerrois,

Super Octauo Physicorum.



IN octauo physi. commen. 2. est contradictio de opinione Anaxagoræ, & 1. physi. com. 32. Sed quia in primo physic. commen. 32. fuit soluta, ideo non oportet eam hic repetere. 8. physico com. 2.

Secunda contradictio est in commen. 4. Dicit Auerro. q; si materia esset denudata ab omni forma non posset aliam formam recipere. Huius oppositum videtur quinto physicorum tex. commen. octauo vbi dicitur quòd materia, secundum quòd est ens in pura potentia, est subiectum receptiuū formæ. quæ per generationem inducitur. Aliqui ex Antiquis, quos multi Moderni imitantur, tenent formam corporeitatis de intentione Auerro. & sic tenendo viam istam diceretur quòd Commenta. dixit hic quòd, si materia esset denudata ab omni forma, & præcipue à forma ista corporeitatis de prædicamento substantiæ, tunc vtique non posset aliam recipere: quia talis forma est necessaria, tum quia, vt dicunt, omnes formæ æducuntur de potentia eius, tum quia est dispositio materiæ ad hoc, vt ipsa 8. physic. com. 4. Digressio de formæ corporeitatis. Modernorū opinio.

ipsa recipiat formas speciales. Nam, cùm materia maxime sit à formis remota, oportet materiam necessario disponi per talem formã generatam imperfectam: tum etiã propter perpetuitatem dimensionum interminatarum, quæ sunt materiæ coæternæ. nullum enim accidens videtur habere perpetuitatem, nisi propter formam: & ideo videtur quòd talis dimensio fundetur in materia mediante forma corporis de prædicamẽto substãtiæ sibi coæterna. Astruũt hanc opinionem esse Auerro. indubitanter. quia tertio cœli commen. 61. vbi Arist. in litera habet. oportet autem fortasse sensibilium sensibilia, sempiternorum vero sempiterna, corruptibilium autem corruptibilia esse principia. Commenta. glosans illa verba. inquit quòd hoc habet veritatẽ de principijs propinquis, & non remotis rerum sensibilium: quia talia non sunt sensibilia, sicut sunt prima materia & prima forma, per primam autem formam, vt dicunt non potest intelligi, nisi forma corporis. nõ enim dimensio est principium substantiæ, quia illa est accidens. item talis est sensibile commune. Amplius Commen. 2 physic. commen. 15. exponens quomodo forma dicitur priuatio, dicit q. priuatio existens in prima materia est quasi forma materiæ, & non est pura priuatio. hoc autem non videtur posse intelligi nisi de forma corporis substantiali: quia illa non est simplex priuatio, sed est quædam generalis priuatio, de quo omnes formæ educuntur. Amplius Cõmen. 7. meta. cõm. 29. reddens causam, quare quędam generantur ab arte tantum, & quædam à natura & arte, dicit q. in illis, in quibus est pars potentię naturalis similis artificio, illa possunt à natura generari. & ab arte: sed illa, in quibus non est pars potentiæ naturalis similis artificio, talia generantur ab arte tantum. videtur igitur generatio rerum naturalium præsupponere aliquam promptitudinem in materia: ex qua educuntur. & hæc non potest esse nisi forma substantialis corporis. Amplius ratione probatur sic dimensiones secundum Auer. remanent eædem in genito & in corrupto, tunc quæro vel secundum rem est ista remanentia, vel secundum rationem. Si s̃m rationem, tunc nõ erit nisi s̃m speciẽ. quod tamen Auer. negat, quia ponit eas remanere eaſdẽ numero. Si aũt s̃m rem remaneãt, tunc oportet ponere formã substantialem coæternã materię, per quam illa semper remaneat: vel oportet materiam s̃m esse reale non dependere à forma, quod est contra Auer. 12. metaphysi. cõm. 14. Nos autem & si meminimus construxisse specialem quæstionẽ super additionibus nostris quæstionum metaphysicalium Iohannis de Gandauo, tamen hic aliqua tangã, quæ ibi prætermisi contra istam viã. Et, quia omnis contradictor amore veritatis in primis excusandus est. cum supportatione taliter opinantium mihi videtur q. illa nunquã fuerit opinio Auer. nec Arist. sicut patet ex discursu Philosophi in. 1. phy. & in. 2. de generatione vbi detestatur Antiquos ponentes subiectũ generationis esse aliquid habens formam. si enim hoc esset, cùm quãlibet formam consequantur accidentia, per quæ sentiri possit, tunc accideret subiectum generationis esse sensibile, quod est contra sensum. Et ista via procedens Philosophus posuit subiectum generationis esse ens in pura potentia, non habens aliquam formam substantialem coæternam, neque genericam, neque specificam. forma enim generis, & forma speciei vna est, & eadem apud ipsos: quia tales de vna & eadem re per se prædicantur. Ita enim probatur. 4. met. tex. cõ. 3. ens & vnum eandem naturam significare, quia de eadem re per se prædicant̃. Et ideo definiens generationem, primo de generatione. 23. dixit q. generatio est transmutatio totius in totum, nullo sensibili remanẽte, vt subiecto. quod non dixisset, si opinatus fuisset materiam esse corpus. immo dãnat Antiquos hoc opinantes. Nec aliquis locus est in Auer. vbi ponat talem formam: immo reprehendit Auic. hoc opinantem in 1. phy 63. & 1. cap. de substantia orbis, vbi dicit q. Auic. fuit opinatus q. eadem est dispositio dimẽsionum interminatarum, & terminatarum. quod non dixit, sicut male glosauit Iohannes, & sequaces, quia Auic. posuerit illam formam in materia specifica, Commenta. autem ponit eam genericam: quia nullibi Auic. dixit istam fatuitatẽ manifesti erroris. sed illud dixit, quia s̃m Aui. quantitates interminatæ fundabantur in composito ex materia & forma corporeitatis, sicut fundantur quantitates terminatæ. & in hoc discrepat Cõmen. ab ipso, quia s̃m ipsum fundantur in prima materia sine aliqua forma ibi præexistente. Mirum, profecto mirum, quomodo Auerro. ponat istam formam, & tamen in libro de subst. orbis, & præcipue in. 1. cap. vbi inuestigat omnes dispositiones materiæ, nullam faciat mentionem de tali forma substantiali. vbi, Impugnatio.

vbi postquam conclusit materiam esse ens in potentia ad omnes formas, statim subdit quòd primum, quod accidit materiæ, est trina dimensio: quomodo igitur prætermisit formam substantialem præexistentem, nullam de ea mentionem faciens? Authoritates autem adductæ non sonant hoc. quãdo enim. 3. coeli cõ. 61. dixit principia rerũ sensibilium esse sensibilia, loquẽdo de propinquis & non de remotis, sicut est prima materia & prima forma, dico ꝙ hoc est verum: sed per primam formam non intellexit formam corporis substantiæ, quia vtiq; illa sensibilis esset, cùm sit dimensionata quantitatibus. Vnde mirum est quomodo isti, ad pauca respicientes, dicant Cõm. non posse intelligere dimẽsiones, quia illę sunt sensibile cõmune, cùm tamen hoc idem retorqueri possit contra eos de forma corporis: quia saltim erit sensibilis ratione dimensionum, quæ in ea fundantur ſm ipsos. & ideo, si dimensiones istæ sunt sensibiles, vt dicunt, contingeret formam corporeitatis esse sensibilem ratione ipsarum: quod ipsi negant. accedit ad hoc, ꝙ cum forma generis non sit re distincta à forma speciei: & cũ formæ speciales sint sensibiles merito suorum accidentium: vtique & forma illa sensibilis appareret. Dicamus igitur primam materiam esse insensibilem, quia ſm se nullam formam habet, per quam sentiri possit quia illud, quod sentitur, est in actu. quia aũt materia non est in actu per aliquam formam, non est sensibilis: quantitas etiam interminata, quatenus interminata, est ens potentiale, & vtiq; ipsa sentiri non potest. Et ideo dicit Cõ. ꝙ materia, vt est denudata ab omni actu, est ens rationis: quia solus intellectus sic potest intelligere eam in actu secundo, ꝙ non sit forma, nec formam haben: per primam autem formam Cõmen. intellexit Deum gloriosum, qui etiam sensibilis nõ est. dicitur enim esse principium remotum sensibilium, & prima materia, iuxta illud Auer. 12. meta. cõm. 18. omnes proportiones & formæ sunt in potentia in prima materia, & sunt in actu in primo motore. Et hoc confirmatur authoritate eiusdem. 12. meta. cõ. 6. vbi glosans dictũ Alexandri dicentis Naturalem sumere à Diuino principia substantiæ, quę est in motu, dicebat quòd illud habet veritatem de causa formali & finali, non de causa materiali & mouente. Vnde dicimus nos quòd prima principia remota rerum sensibilium sunt prima forma & prima materia, tamen prima materia à Philosopho Naturali consyderatur, sed prima forma consyderatur à Diuino. & hoc etiam est de intentione ipsius Auerro. 1. physi. cõmen. 69. vbi glosans dictum Philosophi, enumerãtis ibi tria principia rerum naturalium, s. materiam, formam, & priuationem, ponens differentiam inter materiam & formam, inquit. entia habent aliud principiũ à subiecto, & est forma. sed primum principium in hoc genere, s. in genere causę formalis non potuit sciri in hac scientia, sicut primum subiectum. Et hoc idem dixit Philosophus ante ipsum in. 1. physico. ad finem, vbi postquam egit de prima materia dicit. De principio aũt ſm formam, vtrum vnũ, aut plura, aut quot, aut quæ sunt cum diligentia Philosophiæ primæ est determinare. Si igitur entia naturalia haberent formam corporeitatis tanquam primam, illa vtiq; à Naturali consyderaret̃. Non aduertunt Moderni ꝙ aliud est Naturalem consyderare quatuor genera causarũ, & aliud est ipsum quatuor prima genera causarum consyderare. prima enim vera est, & secunda falsa. nam duo prima causarum genera consyderat Diuinus, s. primam formam & primum finem & duo prima consyderat Naturalis, s. primam materiã & primum mouens. ipsa autem prima forma, quæ à Diuino consyderatur, non est forma corporeitatis. nam ſm Auer. prima forma est idem subiecto cũ primo fine & primo mouente. Et hoc est, quod dixit egregie Cõ. noster. 7. metaphy. cõm. 5. quòd prima quæstio, quã incepit in scientia Diuina, perducit ad cognitionem primæ formæ & vltimi finis: sed prima quæstio, quam incepit in scientia Naturali perducit ad sciendum primã materiam, & formas naturales, & primum motorem. Idem confirmat in eodem. 7. meta. cõm. 9. vbi expresse habet ꝙ Naturalis potest deuenire ad cognitionem primæ materiæ, non autem ad cognitionem primæ formæ. & ibi dat rationem istius, sicut poteris videre. Idem habet ipse. 3. met. cõ. 3. & 4. meta. cõm. 1. vbi habet ꝙ hæc scientia consyderat de nobilissima causarum, s. de prima forma & de primo fine. Nunquam igitur primam formam appellauit Cõ. corporeitatis formam. immo vbiq; locorum, vbi loquitur de prima forma, dicit eam à Diuino consyderari, & dicit illam esse eandem subiecto cũ primo fine & primo mouente: quæ de forma corporis minime verificari possunt. Ad aliam authoritatem

Opinio propria

Cõm. 2.

Cōmmen. 2. physi. com. 15. dico quòd per priuationem ibi nō intellexit formam corporeitatis. si enim illa daretur, non dixisset Cōmen quod est sicut forma materiæ, sed dixisset quod est forma materiæ. sed per priuationem intellexit ipsammet priuationem materiæ, quæ connotat aptitudinem: quæ aptitudo est suamet potentia, per quam omnium formarum est capax: & merito illius aptitudinis, quæ est aliquid ex natura rei, priuatio materiæ non est simplex priuatio, ita quod sit purum nihil. & talis priuatio est quasi forma materiæ. quia, vt dicit Commentator. 7. metaphysi. commen. 60. exponens dictum Philosophi asserentis quandoque fieri quæstiones per quare, quærentes de materia, ista natura est, illa, cuius quiditas, & forma est recipere omnem formā. quid clarius potuit inueniri, bone Deus, in Auer. per quod possemus ipsummet per ipsummet exponere? Ista igitur est forma materiæ, ipsam nullam habere formam, & ipsam esse receptiuā omnium. Et hoc voluit etiam dicere primo cap. de substan. orbis, dum dixit quod natura materiæ substantiatur per posse, & quod potentia est differentia substantialis materiæ. ecce quomodo verum vero consonat ex omni parte. Ad aliam authoritatem Cōmmen. 7. meta. cō. 20. dico quod ibi ponit differentiam inter res artificiales & naturales in hoc, quia formæ artificiales non sunt in potentia materiæ s m Auer. non. n. materia habet inclinationē naturalē ad tales formas, sed tales inducūtur ab extrinseco motore, vt testatur ipse. 3. de anima com. 18. Et ista est ratio, propter quam ipse dixit in. 8. meta. com. 11. quod solum in artificialibus est possibile, quod stante vnitate materiæ potest esse diuersitas formarum propter diuersitatem materierum. sed in rebus naturalibus non est hoc possibile, quia dantur materiæ propriæ proprijs formis. & ideo res illæ, in quibus est pars potentiæ naturalis similis artificio, possunt induci à natura & ab arte simul. sicut est de Medico, qui est minister naturæ, vt testatur Galenus 3. technis. tex. cōmen. 29. vbi dicit. Omniū autem eorum natura operatrix, medicus vero minister. & Auic. prima fen. quarti tracta. 2. cap. 8. Curans, sicut sciuisti, est virtus, non medicus: quoniam medicus facit peruenire instrumenta ad virtutem. Dicamus igitur quod ad hoc quod aliqua forma inducatur à natura, vel à natura & ab arte simul, est necessariū in subiecto esse aptitudinem naturalem ad talem formam: & non oportet aliquam formam corporeitatis ponere, sed sola potentia materiæ ad hoc sufficit, ex qua omnes formæ educuntur ad actum. in quibus autem ista promptitudo deficit, illa bene ab arte tantum induci possunt, sed à natura minime. Et huic testatur experiētia. dicunt nāque Medici, quod Ethica tertiæ speciei est incurabilis. & quod, si ad eam esset ingenium, esset ingenium ad mortem: vt dicit Auic. in prima quarti in cap. proprio. Et propter quid est? non est propter aliud, nisi quia in tali corpore est corrupta omnis potentia, & omnis virtus, & cōplexio, per quā corpus inclinabatur ad sanitatē, sicut dicit plusquā Cō. cō. 38. 3. technis, & quia inductio sanitatis necessario requirit talem naturæ promptitudinem, hinc est quod ad eam nullum valet artis ingenium. Formæ vero mere artificiales non requirunt in subiecto talem inclinationem. subiectum. n. potius inclinat ad oppositum, cum vt in pluribus tales formæ inducantur cum diuisione, & incisione & remotione partium subiecti. quę oīa attestantur corruptioni, aut saltem est in potentia neutra respectu talium; sicut dicit Subtilis doctor in. 2. senten. distinctione. 18. quæst. vnica, & hoc in casu, quo tales formæ non inducuntur contra inclinationem naturalem principij passiui. Ad rationem aūt eorum, quam reputant demōstrare, respondetur, cum quæritur an dimensio interminata remanet s m rem, vel s m rationem, dico quod remanet vna numero, eo modo, quo materia seclusa omni forma dicitur vna numero: & vt sic est ens rationis, 12. meta. cō. 14. ista autem vnitas numeralis est priuatiua, sicut est vnitas materiæ. nam sicut materia dicitur vna numero, quia non habet aliquam vnam formā numero, per quam sit hæc, sed est in potentia ad omnes formas: ita pariformiter dicendum puto dimensionem interminatā esse vnam numero, pro quanto non habet aliquem vnum terminū, per quem sit terminata, sed s m se est indifferens ad omnes terminos. Et, quā dicitur quod perpetuitas ista requirit aliquam formam substantialem in materia, per quā ipsa materia perpetuo sit sub tali dimensione, nego argumentum. quia alia est dispositio accidentium terminatorum, & alia est interminatorum. accidentia terminata bene præsupponunt formam in materia, non aūt interminata. Vnde in hoc discrepat Cō. vt supra dixi ab Aui, quia Aui. credidit vnā, & eandem dispositionem esse vtorumque accidentium, quod videlicet talia in composito ex materia

materia & forma fundarentur. & ideo posuit in materia ante dimensiones interminatas formam corporeitatis substantiæ. Et, si hoc esset, vt inquit Cómen. tunc forma illa esset indiuisibilis. & non haberet diuisionem per suum subiectum, & ipsam esse æternam. & ipsam non habere contrarium sibi succedens in eodem subiecto. Et, si ita esset, tunc nullam aliam formam sibi reciperet, præter istam sibi primam. Et nequis credat me somniare ista, decreui adducere verba eius formaliter, in primo cap. de substan. orbis. inquit. n. sic. Vnde putauit Auic. q̃ dispositio trium dimensionum existentium in materia simpliciter, s. non terminatarũ est dispositio dimensionum terminatarum in ea, & declarans hoc subdit. quapropter dixit, necesse est primam formam existere in prima materia, antequã dimensiones existant in ea. ecce q̃ non dicit, vt dicunt Moderni q̃ Aui. posuerit illam formã specificam. & ideo reputauit q̃ eadem est dispositio vtrorũque. sed quia putauit q̃ dimensio interminata fundatur in composito ex materia & forma corporis, in hoc dicit esse conuenientiam. Vnde etiam ipse Auic. in. 2. suæ met. cap. 4. de prioritate formæ ad materiam, dicit materiam non dependere à forma. inquantum est forma speciei designata in suo esse, sed solum à forma inquantum est forma. cũ igitur forma corporis sit illa, à qua dependet in suo esse, sicut patet per ipsum cap. 2. illius secundi, sequitur q̃ illa sit generata. Et hoc idẽ habet ipse in illo loco, si ponderentur bene verba eius. Mirũ, profecto mirum, q̃ Aui. qui fuit adeo perfectus Logicus teste suo aduersario 3. de anima cõm. 30. ignorauerit corpus de prædicamento substantiæ esse genus, & non speciem specialissimam, cũm tñ omnes Sorticuli hoc sciant. & videant Auic. 1. sufficientiæ suæ cap. 2. & videbunt errorẽ suum. Auer. postea in illo loco impugnat Auic. & sua verba sunt ista. Ex quo accidũt ei multa impossibilia. quorum vnum est, formam non diuidi per diuisionem materiæ. quapropter non recipiet diuisionem & ipsam esse æternam non diuisibilem per diuisionem sui subiecti, & ipsam non habere contrarium sibi succedens in eodem subiecto. q̃ si ita esset, tunc materia nullam reciperet formam præter istam sibi primam. hęc ille. Patet autem omnia ista inconuenientia sequi contra Auer. si ipse ponat talẽ formam, vel sub ratione generis, vel sub ratione speciei. & ideo erubescant Moderni imponere istum errorem tãto Philosopho, cũ ip'e oppositum sentiat vbique. vnde & 1. physi. cõ. 63. & 1. cap. de substantia orbis. & 12. meta. cõm. 14. oppositum tenet. Reuertamur igitur eò, vnde diuertimus, & dicamus Auer. non sibi contradicere. vnde dicta sua vera sunt in hac materia. nam quando dicit q̃, si materia esset denudata ab omni forma, non posset aliam recipere. hoc verum est, nam ſm ipsum & Arist. alteratio est necessario ad generationem. &, quia subiectum alterationis proximum est ens in actu, tunc materia nuda nõ posset alterari. modo, si alteratio esset imposs. vtrũq; & impossis est gñatio, & econtra 1. de gña. tex. cõ. 1. in. 5. aũt phy. dicit materiã non recipere in ratione subiecti formam, vt est ens actu, sed vt est ens in potentia. bene tñ materia alterabilis est, vt ens actu. & si non esset alterabilis vt ens actu, neq; etiam suscipere posset formam vt ens in potentia, propter essentialem ordinem & concomitantiam existentẽ inter ista. & sic sedatur contradictio. Solutio ꝓpositæ cõtradictiõis. Rñsio aũt Modernorũ nulla est. quia, vt dictum est, materia dependet à forma substãtiali, quò ad esse accidentium in ipsa, prout talia terminata sunt. terminus. n. est a forma, sed non dependet à forma in esse accidentium interminatorum in ipsa, prout talia interminata sunt à forma. quia vt sic materia per suammet quiditatem, seu naturã substernitur talibus accidentibus, quatenus sunt interminata, cùm interminatio sit à materia. Et ideo materia non indiget forma pro inhærentia accidentium interminatorum, inquantum interminata sunt, nisi per accidens, inquantũ identificantur terminatis, non autem vt ratione distinguunt ab illis, & hoc non viderunt Moderni.

Tertia contradi. est in tex. 10. Dicit Philosophus q̃ solus Plato generat tempus. Hui⁹ tamen oppositum manifeste deducitur ex his, quæ scribuntur in. 12. primæ philosophiæ in tex. cõm. 30. vbi dicitur q̃ Leucippus, & Plato semper dicunt motum extitisse, sed temp⁹ apud Platonem nihil aliud est nisi, motus, & reuolutio totius, completa, vt dicit in. 4. phy. in tex cõ. 93. patet aũt q̃, si posuit motũ esse æternum, q̃ posuerit etiam tempus esse æternum. Propter quod quidam defendentes Platonem dicunt nõ dissentire in sensu ab Aristo. vnde dicunt Platonem tenuisse mundum & motum esse æternum. sed ideo dixit mundum generatum, quia partes mundi præcedunt natura ipsum non tempore, vt scribit Commen. in

in.1.coeli cō.105.&.106.&,si ita esset, Aris. non dissentiret à Platone in hoc. Alexander autem, vt recitat Simplicius in secundo de cœlo & mundo, est alterius opinionis, & etiam Cōmenta. quod fuit discordia vera in hoc inter Platonem & Aristotelem, & quod rationes Aristo. procedunt contra Platonē in hoc sensu, quod Plato opinabatur tempus esse vere generatum, & etiam mundū.

Solutio. Vnde ad propositā contradictionē secundum viam istorum isto modo est respondendum. nam Plato bene posuit motū inordinatum fuisse ab æterno. elementa. n. secundum Platonem ante mundi generationem mouebantur motu inordinato, sed Deus deduxit illum motum ad ordinem vnde in generatione mundi ex elementis, simul dixit cœlum factum fuisse, & ipsum tempus, vt dicitur in præsenti tex. Accidit autem Platoni, vt deducit bene Philosoph. & Cōmen. 12. metaphhysico. cōmen. 30. vt motus violentus sit prior naturaliter motu natura, & sequitur vt priuatio sit natura prior habitu, quia posuit motum inordinatum æternum esse, sed motum ordinatū posuit esse factum, inordinatio autem est priuatio ordinationis. & ex hoc sequitur in via Platonis motum & mundum vere fuisse genitum in tempore. nam quod deducitur de priuatione ad habitum non potest deduci nisi per veram transmutationem, & generationem temporalem & hoc est quod pulchre notauit Commenta. aduersus illos, qui volunt defendere Platonem illo modo prædicto. inquit enim in commento. 105. in primo cœli quòd Plato male fecit in ponendo mundum esse generatum, sed non corruptibilem. hoc enim cū difficultate intelligitur de generatione, & maxime cum dixit quòd efficitur ex non ordine in ordinem. & ideo ibidem commen. 106. dicit quòd illud, quod innatum est reperiri in tempore, non inuenitur sine tempore: & quod non est natum inueniri in tempore, non habet prius & posterius, nisi secundum esse. quod est de lineis cum figura, & magis de rebus abstractis. quoniam, si aliqua generatio fuerit ex rebus non temporalibus tunc illæ res non erunt priores, nisi in esse tantum. si igitur intendebant, cùm dicebant mundum esse generatum quia est ex causis prioribus in esse, erit verum. sed verba eorum non compatiuntur hoc. aut ergo peccant, aut hoc deuiat à veritate, aut male docent. Et si cupis late videre impugnationem istius opinionis, vide Auerro. in tertio cœli in commen. vigesimo quinto. contra Themistium, qui illo modo conabatur defendere Platonem. sat mihi fuerit ostendere ubi locum. cupio enim quò ad eius fieri potest breuis esse.

Quarta contradi. est in cō. 20. Dicit Cō. quod non inuenitur aliquid moueri ex se, nisi in motu locali. Huius tamen oppositum dicit. 2. de anima. cōm. 50. de animalibus, & plantis, quò ad nutritionis motum. Soluitur. in simplicibus habet locū dictum suū, sicut ipse glosat seipsum. 2. physico. cōm. 1. fallit autem in mixtis, præcipue perfectis, sicut sunt plantæ & animalia. talia enim ab intrinseco possunt alterari. 8. physico com. 20.

Quinta contradictio est in tex. 23. Scribit Philosophus & Cōmen. quod non est necesse si vna collectio guttarū operatur in lapide primam operationem, quæ apparet in actu in alio tempore, vt illæ guttæ faciant medietatem illius operationis in mediate temporis, aut partes illarū faciant partem illius operationis. Huius tamen oppositum inuenimus in septimo physicorū in tex. commen. 36. vbi ostenditur quòd si aliqua potentia mouet aliquod mobile per aliquod spaciū in aliquo tempore, quòd dimidiata potentia mouet medietatem mobilis per medietatem temporis. Nisi esset quod, vt scribit Alexander, modus considerandi mathematicus in multis deseruit Philosopho Naturali. quia igitur Aristot. in. 7. physi. loquitur de motu secundū generalem sui cōsyderationem, sic multa s̄m imaginationē sibi competere possunt, quæ tamen non competunt sibi applicato ad determinatū subiectum per formam naturalē, quæ est ratio fortitudinis & terminationis. Ita in simili scribit Cōment. in. 6. physi. cō. 15. &. 5. physico. cōmen. 45. & hoc concordat dicto Cōmenta. ibidem in cōm. 36. cùm dicit. & cū diuiserimus motū in duas medietates, & similiter motorem: tunc proportio motoris, quæ est medietas, ad motū, quod est medietas, erit sicut proportio totius motoris ad totum motum, vt vniuersaliter declarauerunt Geometræ. & consimilem dicendi modum de illis proportionibus dicit in cōm. 38. Solutio igitur contradictionis in hoc consistit, quod sermo eius in. 7. physic. verificatur s̄m vniuersalem consyderationem motus, quæ est s̄m imaginationem. vt est in corpore mobili absolute. sed in. 8. physicorū loquitur de motu augmenti, & de motu alterationis, & de cauatione lapidis, qui

8. physico tex. 23.

Solutio.

qui sunt mot⁹ applicati ad determinatum subiectum determinatum per formam. & sic in talibus est deuenire ad vnum in actu, quod totum simul acquiritur, vnde etiam ibi consyderatur motus, & transmutatio non vt sunt in tempore absolute, quia talis diuisio est in potentia, & vadit in infinitū. & sic de hoc fuit consyderatum in. 6. physi. vbi fuit dictum q̧ in motu & transmutatione non est dare primum. sed in. 8. physi. in loco allegato loquitur de motu & transmutatione, vt sunt in quanto & quali, & vbi. & ista diuisio est in actu, & est finita, & sic est dare primum in actu. similiter ibi consyderantur tales motus, vt proueniunt à motore naturali, qui est finitæ virtutis, vnde Commenta. ibidem dicit. non enim sequitur in alteratione, si diuiditur alteratū in infinitum, vt propter hoc etiam alteratio diuidatur in infinitum, s. inquantum fit ab alterante. quod ideo, vt mihi videtur, apposuit Commenta. quia aliud est consyderare alterationem, inquantum alteratio, & aliud inquantum prouenit ab alterante. nā alterans agit per formam & virtutem naturalem, quæ sunt terminatæ necessario, vt patet. 2. de anima contra Empedoclem de motu augmenti tex. commen. 4ᵒ. omnium natura constantium, &c. Et ideo subdit Commentator. ibidem, q̧ prima pars, quæ fit ex alteratione, est determinata necessario, & alterans agens ipsam est determinatum. & si prima pars, quæ fit ex transmutatione, non esset determinata, & agens transmutans ipsum non esset determinatæ virtutis, tunc omnia, sicut illi fingunt, essent in continua transmutatione, & contingeret vt inter duas transmutationes sensibiles non esset quies media.

8. physico. com. 24. Sexta contradictio est in commen. 24. Dicit plures qualitates transmutabiles non recipere magis & minus. Huius tamen oppositum habet. 5. physic. commen. 19. & 22. & 10. metaphysi. commen. 23. Nisi esset q̧ illud intelligitur secundum actum. aut forte loquitur de qualitatibus transmutabilibus per accidens. qualitates enim, quæ per transmutationem per accidens acquiruntur, non oportet q̧ recipiant magis & minus, sicut est de secūda specie qualitatis. 7. physico. commen. 20. & 5. metaphysi. commen. 19. similiter qualitates quartæ speciei nō recipiunt magis & minus, sicut patet. 7. phy. commen. 15. & 16.

Solutio.

8. physico. com. 27. Septima contradi. est in tex. 27. Arist. diuidit motū per se in illud, quod mouetur ex se, i. per principium intrinsecum existens in eo, vt habentia animas, & in illud quod mouetur ab alio, i. à principio extrinseco, vt sunt inanimata. & talia, vt inquit Philosophus, quæ mouentur ab alio, dupliciter moueri possunt, natura videlicet, & extra naturam. extra naturam mouentur vt terra sursum, & ignis deorsum: natura vero vt ignis sursum, & terra deorsum. vbi patet de intentione Arist. & Commen. fuisse, grauia & leuia moueri ab extrinseco. Cuius tamē oppositum scribit Commen in infinitis locis, vt. 2. phy. conimē. 1. & 3. & 7. phy. cō. 2. & 3. cœli commen. 28. & alibi infinities. Dicimus nos istam fuisse Arist. indubitatam sententiam, qui in quæstionibus arduis, & difficilibus, vt inquit Themi. in. 1. de anima loquitur s̄m proprietatem sermonis, & nō per metaphoras. in hoc. n. ipse in plerisque redarguit Platonem. Dico igitur, q̧ propie illud dicitur motum per se ex se, quod apparet moueri ab aliquo principio intrinseco, nullo motore extrinseco sensibiliter mouente & sensibiliter concurrente ad talem motum. hoc autē est animalibus propriū, quia videntur post perfectam quietem à principio intrinseco moueri, non apparente aliquo extrinseco motore sensibiliter excitante, aut mouente illa. & hoc proprie apud Græcos dicitur motum ex se per se. tale autem non videmus accidere in aliquo inanimatorum, sed semper videmus q̧ aliquod exteriorum mouet ipsa. si enim moueantur de potentia accidentali, concurrit remouens prohibens. &, si mouentur de potentia essentiali, concurrit generās. Et ideo cum hoc fundamento procedens Arist. cōclusit grauia & leuia in. 8. phy. & etiam in 4. cœli & mun. esse de numero eorum, quę mouentur ab extrinseco motore. Vnde Cōmenta. in. 4. cœli & mun. in commen. 25. inquit. In hoc capitulo vult perficere sermonem de modo motus elementorum; & ostendere qūo mouētur, & determinare q̧ non mouenť ex se in rei veritate, sed ex extrinseco. Et hoc clare elicitur ex verbis tex. ibi. vbi Ari. post longam perscrutationē finaliter cōcludit. & mouet etiā & qđ à principio fecit, et id qđ subtraxit, aut vñ resilijt, quēadmodū dictū est in primis sermonibus, in quibus determinauimus q̧ nihil horum ipsum seipsum mouet. vbi expresse & clare patet vtrobique, & in. 8. phy & etiam in. 4. cœli istam sine dubio fuisse Arist. sententiam, q̧ grauia & leuia, & vniuersaliter omnia inanimata sunt de numero moto-

Solutio.

rum per se, quæ mouentur ab alio, idest ab extrinseco. Et causa (vt bene notat Auerro. in cõm. 27. vbi vidit huiusmodi difficultatem & contradictionem) fuit, quia talia nõ mouētur ex se, nisi prius moueātur ex alijs. vnde dicit & posuit ista moueri ex alijs, quia ista non mouentur ex se, donec moueantur ex alijs, vt post declarabitur. Non igitur negat Arist. ꝙ grauia & leuia habeāt principium intrinsecum sui motus, sicut tenet Cõmen. in plerisque locis, & ipsemet Philosophus. sed causa, propter quam placuit sibi collocare in numero eorum, quæ mouentur ab extrinseco, dicta est. Et ista est sententia Philosophi sine dubio in. 8. phy. in tex. cõm. 17. quam reperit etiam in tex. cõm. 27. sicut videre potes resolute. Confirmatur. quia in tex. 29. ait ꝙ corpora simplicia ipsa à seipsis moueri impossibile est. vitale enim est hoc, & animatorum proprium. Et sistere possent ipsa secundum seipsa. Idẽ clarissime legitur. 8. phytico. tex. cõ. 77. vbi habet ꝙ motum ex se proprie est in motu locali tantum, & in animatis.

8. physico. com. 27. Octaua contradictio est in cõm. 27. Habet Cõmenta. motum cœli esse naturalem ex parte animæ, & ex parte corporis. Huius tamen oppositum videtur dicere. 2. cœli. cõmen. 3. vbi dicit motum cœli non esse naturalem. Respondetur. non dixit motum cœli Cõmen. ibi non esse naturalem absolute, sed dixit ꝙ non est naturalis, sicut est motus elementorum. Sed dices. tu dixisti superius in. 2. phy. in contradictione secunda, ꝙ motus cœli non est naturalis ex parte suæ formæ, quæ est anima eius, sed solum ex parte corporis. modo Commen. hic dicit oppositum, sicut vides. Dico ꝙ non est contradictio. quia ibi negaui motum cœli esse naturalem ex parte intelligētiæ, ita ꝙ ipsa sit natura: sed vt dixi, vt sic motus cœli est supra naturam, pro quāto est ab aliquo principio altiori, q̃ sit natura. Vnde Commen. disputatione. 11. in solutione primi dubij contra Algazelem inquit. * inquit Peripatherici secundum veritatem loquentes dicunt ꝙ entia procedunt ab eo modo altiori quàm sit natura, & quàm sit humana voluntas. Et ideo illud, quod ipse dixit nomine Philosophorum, ꝙ id, quod procedit ab ipso Deo, procedit modo naturæ, falsum est. hic autem concedo motum cœli esse naturalem ex parte animæ. quia motus circularis est motus animæ, sicut patet secundo capitu. de substantia orbis: non tamen anima cœli est natura, sed est supra naturam. sed tenentes illam animam dare esse, sequitur illam esse vere naturam, quod est absurdum.

Solutio.

* A. I. & q tenent in rei veritate, q emanatio sit ab eo, est profecto nobiliori modo, q̃ naturaliter, & voluntate humana.

Nona contradictio est in cõm. 30. Dicit ꝙ impossibile est elementum esse mouens, & motum secundum formam eodem modo. Huius oppositum dicit. 4. cœli, cõm. 22. vbi habet ꝙ in motu elementi forma est mouens & motum. Soluitur. quia dicit eodem modo. Pro quo debes scire, ꝙ forma mouet inquantum forma. sed vt sic non potest moueri, sed forma vt in materia moueri potest. ratio est ista. quia omnis passibilitas & potentialitas, & vniuersaliter imperfectio, quæ attribuitur formæ, est merito materię secundum Philosophos. & ideo. 4. cœli dicit forma elementi mouet: sed vt est forma in materia mouetur. Et propter hoc secundum ipsum. 9. meta. cõmē. 2. formæ abstractæ à materia sunt tantum agentes, nullo modo patientes, neque essentialiter, neque accidentaliter. & hoc est conueniens principijs Philosophi. nam ratio essentialis patiendi est à materia & à potentia, secundo de generatione. 53. materiæ est moueri. & ideo nulla forma per se est passibilis, siue abstracta, siue materialis fuerit, quia forma essentialiter est actio, secundo de generatione, vbi supra, &. 3. physi. 17. &. 9. meta. 20. tamen materiales sunt passibiles per accidens, quia ratione materiæ, & à qua inficiunt. cùm aūt in abstractis à materia non sit rō passibilitatis aliquo modo: quia nec vt formæ, nec vt in materia, quia ibi materia nō est: sequit̃ illas esse actiones tm̃. sed illæ, q̃ sunt hic, sunt actio & passio, sicut nostri. 8. physico. com. 30. Solutio.

Decima contradictio est in cõ. 34. Dicit ꝙ omne motum habet motorem alium à se in esse. Oppositum patet. 4. cœli. cõm. 22. ad finem, vt dicit ꝙ in motu elementi motor & motum sunt idem s̃m subiectum, & differunt s̃m modum. Soluitur. in per se mouentibus, & per se motis motor, & motum debent distingui s̃m esse. sed in per se mouentibus, & per accidens motis, sicut est de forma elementi, nō oportet hoc: sed sufficit ꝙ illud ratione cuius dicitur esse motum, forma per accidens sit distinctum s̃m esse ab ipsa forma, & illud est ipsa materia. & ideo Philosophi dixerunt nullum omninò simplex posse esse mouens & motum aliquo modo, sicut supra iam diximus. 8. physico com. 34. Solutio.

Vndecima contradi. est in cõm. 35. Dicit motum ferri ad magnetem esse ab extrinseco. Oppositum dicit. 7. meta. 1 c. cõ. Soluitur. est ab extrinseco, quia non mouetur à sua 8. physico com. 35. Solutio.

sur forma intrinseca. est ab intrinseco, pro quanto mouetur vt alteratum, & informatum tali qualitate impressa sibi ab ipsa magnete: cum in omni motu mouens, et motū debeant esse simul, & sic debemus imaginari de vaporibus eleuatis virtute Solis ad mediam regionem aeris, & de motu attractionis nutrimenti ad membra. Sed tunc est difficultas. quia forma existens in subiecto nō agit in suum subiectū. Nisi esset q. hoc fallit in motu locali. Alias etiam limitationes habet ista propositio, sicut poteris videre in limitationibus nostris.

8. physico. com. 35. Duodecima contradi. est in eodem cōm. Dicit calorem naturalem esse primum mouens, vt poteris videre in fine cō. 53. in cō. isto circa principium. & in cō. 37. inferius dicit q. mouet vt instrumentum, & per cōsequens non est primus motor, sed est medius compositus ex moto & motore. Nisi esset q. exemplorum non requiritur verificatio, sed manifestatio. 2. de anima cō. 67. Vnde calor naturalis comparatus ad animam esse instrumentum eius. tamen calor naturalis comparatus ad lapidē, & baculū, de quibus Cōmen. exemplificat ibi, habet rationem primi motoris. quia lapis est vltimum motum in illo exemplo: baculus est medius motor: vel manus: & calor naturalis ibi supponit pro primo motore, licet absolute comparatus ad animam sit motor instrialis. & sic cessat omnis contradictio.

Solutio.

8. physico. com. 48. Decimatertia contradi. est in cō. 45. Scribit Cōment. q. cōsyderatio de pluralitate motorum est propria meta. & hoc idem dicit superius in cōm. 45. hoc idem videtur de intentione Philosophi. 1. physi. ad finem, vbi habet. De principio autem fm formam vtrum vnum, aut plura, & quot, aut q̄ sunt, cum diligentia primæ Philosophiæ opus est determinare. Huius tamen oppositum videtur. 1. de anima cō. 2. vbi declarans vtilitatem scientiæ de anima, prout dat pluribus scientijs plura principia, dicit q. Diuinus suscipit substātiam sui subiecti, & multa alia de dispositionibus consequentibus intelligentiam, inquantum intelligentia, & intellectus. & 3. de anima cōm. 5. in solutione. 3. quæstionis, & in cōm. 14. ibidem dicit q. si non esset ista natura, quæ est intellectus possibilis, non esset multitudo in abstractis. & ideo sciētia de anima est necessaria in sciēdo primam Philosophiam. Dicunt aliqui q. numerus substantiarum abstractarum, & si in Metaphysica per motum & per medium astrologicum sit demonstratus, tamen ex natura sensibilium est conclusio metaphysica, & est medium metaphysicum ad probandum talem numerum. sed q. non demonstretur, dicunt q. hoc est merito defectus cognitionis nostræ, quæ satis obscura est, & non potest attingere tale medium. & ita etiam dicūt q. substantias abstractas esse intelligentes, est conclusio in Metaphysica, sed q. non concludatur, est quia ignoramus tale medium. & sic dicunt numerū abstractorum concludi posse à diuino, & non a Philosopho Naturali. Ego autem nū quam potui intelligere istā opinionem, & diu fui in speculatione istius difficultatis. Nam fm Auer. videtur q. ista positio istorum non possit stare. & ratio est ista. quia à pari ego dicam sibi, q. esse abstractorum est conclusio diuina, tamen mediū est ignotum. Soluunt dicentes esse rationem diuersitatis, quia illa sunt principium in scientia Diuina, cùm sint subiectum eius: sed numerus substantiarum est conclusio, & nullo modo principium. Sed contra istud arguo sic. ens & vnum significant eandem naturam per Auer. cùm autē numerus iste substantiarum separatarum causatus sit nō ex diuisione continui, sed ex contradictione propter imperfectionem & possibilitatem in eis repertam: sequitur, si Diuinus demōstraret numerum, demonstraret vtique & esse. Sed dicunt q. ens & vnum significant eandem naturam, sed non eodem modo. & ideo potest Diuinus demōstrare aliquid esse vnum, licet non possit demonstrare illud esse propter distinctionem rationis inter esse & vnum esse: sicut est de primo motore, qui & si idem sit cum primo fine, et prima forma, tamen ratione distinguuntur. & ista distinctio sufficit, vt de eo diuersæ scientiæ consyderent. Naturalis enim consyderat primum motorem. Diuina primā formam Sed contra, quia propter hoc non euadunt argumentum. nam vnum, vt ratione distinguitur ab ente, nil aliud dicit, fm Auerr. cō. 3. 4. meta. nisi indiuisionem in esse fundatam: quia nō importat aliquē conceptum positiuum, vt voluit Auicen. Si igitur diuinus demonstrat aliquid vnum esse, hoc non est, nisi inquantum illud est indiuisum in esse. sed qui demonstrat indiuisionem in esse, ipsum esse demonstrat. esse enim et indiuisum esse idem sunt omnibus modis, et non differunt nisi ex modo significandi. & ideo quicūque demrat vnū esse, vtique et esse demonstrat. Confirmatur per Philosophum. 4. meta. tex cōm. 3. idem enim

Digressio de numero abstractorū, an sit conclusio diuina cōtra Modernos.

enim homo et vnus homo, et non diuersũ aliquid ostendit ſm dictionem repetitam homo, et ens homo, et vnus homo. Nec instantia de primo motore valet. quia prim⁹ motor et prima forma, licet dicant vnam naturam, tamen dicunt duos conceptus positiuos distinctos, qui sunt sufficientes ad causandum diuersos habitus in actu, saltẽ partialiter. Sed illa, quæ differunt, sicut positiuum et priuatiuum, minime possunt hoc facere. quia priuatio non habet aliquã formalitatem, vel conceptum positiuum distinctum à conceptu sui fundamenti, per quem possit intelligi. et ideo dicit Philosophus ꝙ intelliguntur priuationes per suos habitus. 3. de anima. 25. si igitur Diuinus numerum abstractorum demonstrare posset, tunc vnitates eorum demonstraret esse. & si vnitates, ergo et entitates. Et ideo mihi videtur de intentione Auer. dicendũ esse ꝙ nulla scientia neque vniuersalis, neque particularis potest demonstrare numerum sui subiecti: sicut ſm ipsum nec esse potest demonstrari. Et cõfirmatur per ipsum in. 2. de anima cõ. 27. vbi Aristo. enumerat potentias animæ sine aliqua probatione. et Cõmen. ibi. in cõ. reddens causam inquit in principio cõ. Cùm voluit incipere loqui de vnaquaque virtutum animę, incepit primo numerare eas esse. et ꝙ quædam animalia habent quasdam earum proprie, ſm ꝙ artifex ponit subiectum suæ artis. Artifex. n. necesse est vt ponat subiectum, de quo loquitur. et diuidat genera eius quasi manifesta in esse. Artifex enim non potest demõstrare subiectum suæ artis, neque species eius. et in principio cõ. 29. illius secundi dicit. quia vult ponere hic numerum istarum virtutũ, ſm ꝙ artifex ponit subiecta suę artis, et quilibet igitur artifex, qui sumit subiectũ suæ artis vt concessum, habet accipere et numerum. Vnde Auicẽ. prima fen. primi, vbi agit de subiectis Medicinæ, dicit ꝙ Medicina non habet declarare, quæ sunt elementa, et quid sunt, aut ꝙ sunt: nec humores, complexiones, virtutes, quæ sunt, quid sunt, aut quot sunt, sed in his Physico credere debet. Licet igitur numerus abstractorum sit in Metaphysica demonstratus, non tamen est metaphysicalis conclusio, sed est principiũ in ea, sicut eas esse, et eas esse intelligentes sunt principia, et non cõclusiones. 1. de anima. cõ. 2. et. 12. meta. cõ. 36. &. 2. coeli. cõ. 61 &. 5. cap. de substantia orbis. Vnde mirum est de istis dicentibus tales ꝓpositiones esse diuinas conclusiones, cum tamen Cõm. dicat ꝙ sunt principia diuina, & conclusiones naturales. donec igitur isti nõ inueniãt media diuina, per quæ istas conclusiones demonstrent. nunquam concedam illas diuinas conclusiones esse, licet Arist. eas in diuina scientia concludat. propter hoc tamen non sunt conclusiones Diuinæ, quia conclusiones specificantur à medijs. Et Arist. multas demonstrationes naturales adduxit in sua Metaphysica, sicut patet. Dicamus igiẽ ꝙ numerus abstractorum est conclusio demonstrabili medio astrologico, & naturali sicut patet intuenti demonstrationem illam Philosophi. ibi. n. ingressum habet ratio naturalis, & ibi etiam est astrologicum medium. Similiter Naturalis potest demõstrare multitudinem in abstractis propter intellectum possibilem repertum in eis, sicut dicit cõ. 3. de anima. 5. &. 14. cõ. ꝙ quõ sit intelligendum non est pręsentis negocij. Sed quid dicemus ad authoritates Cõmen. & Arist. Dico ꝙ omnes glosari debent ista glosa, ꝙ determinatio de abstractorum numero est Diuinæ scientiæ proprie, nõ ratione medij, sed ratione subiecti & prædicati, quæ bene sunt diuinæ consyderationis. vnitas enim & multitudo sunt de cõsequentibus ens inquantum ens. similiter dicitur ꝓpria Metaphysicæ illa determinatio, quia in Metaphysica pertractatur. Nam, si bene aduertas, in illa demonstratione sumunẽ multæ propositiones declaratæ in Naturali philosophia. sicut illa ꝙ vnus motus habet vnum motorem, & ꝙ omne motũ habet motorẽ, & ꝙ motus æternus habet motorem ęternum, sicut patet per Auer. & Philosophum ibi in tex. cõ. 43. similiter. quia ibi sumit pro constanti numerum motuũ ab Astrologis, sicut patet infra ibidem tex. cõ. 45. Hinc est ꝙ placuit Aris. illam materiam pertractare in Metaphysica nõ in Naturali philosophia, nec in Astrologia. Sed, quia istę duæ scientiæ ministrę sunt in hoc casu Metaphysicæ, ideo Metaphysicus ab vtroque partem aliquam accipiens erexit ibi demonstrationem. & sic sibi illam consyderationem appropriauit, præsertim cum substantiæ abstractę sint substantia eius ibi & Metaphysica indiget cognitione numeri. specierum subiecti sui. &, quia declaratio numeri earum in istis scientijs specialibus nõ fuit facta, cum neutra sine alia sufficiat, hinc est ꝙ conuocauit eas in scientia communi. sic igitur est propria scientiæ communi talis determinatio. Si. n. Naturalis istum numerum vellet demonstrare via motus, oporteret

oporteret ipsum sumere numerum motuũ ab Astrologo. sed ad quam vtilitatem? nõ ad vtilitatem propriam. quid.n. Naturalis vult facere de numero, aut in quo sibi deseruit talis numerus abstractorum? si igitur hoc faceret Naturalis, hoc esset ad vtilitatẽ Metaphysicæ, quæ sumit subiectum suum esse à Naturali philosophia. Et quia sciẽtia debet cognoscere numerũ sui subiecti, noluit Arist. demonstrare numerum in Naturali philosophia, sed solũ esse. quia esse abstractorum Naturalis per medium propriũ nullo indigens auxilio alicuius alterius artificis potest demonstrare. Numerum aũt non potest efficaciter demonstrare per solum motum, sed indiget alio artifice. ideo numerũ voluit demõstrare in Metaphysica, induens habitũ vtriusque. sciẽtia enim specialis debet adiuuare specialem scientiam in his, quæ sunt sibi propria. sicut plerunque Mathematicus adiuuat Naturalem in naturalibus: vt est videre. 8. phy. cõ. 76. sed velle Mathematicum seruire naturali nõ propter se, sed propter Diuinum, esset multo tedio afficere ipsum. Et ideo, sicut mihi videtur, ista fuit causa, q̃ Arist. voluit istam determinationem de numero abstractorum in sciẽtia Diuina fieri. quia Diuinus indiget cognitione sui subiecti & numeri eius: esse autem subiecti à solo Naturali potuit accipere. non potuit autem numerum accipere à solo Naturali aliquo manifesto medio: ideo ipse Diuinus numerum in Metaphysica à duobus artificibus probatum sumit. Dixi autem notabiliter manifesto medio, quia Cõmenta. bene vult Naturalem posse ostendere multitudinem abstractorũ, quia in eis est natura intellectus possibilis. sed medium istud non est sensatum, sed satis obscurum, sicut vides. Et ideo primus magister nihil vnquam dixit sine forti ratione, sicut dicit Commen. 1. de generatione. 38. com. Ne autem videamur dixisse ista gratis. volo confirmare istam sententiam authoritate Auer. 1. cœli cõ. 90. vbi dicit q̃ vnitas mundi potest demonstrari ex duabus scientijs, s. Naturali & Diuina. & Aristo. in illo tex. vult hoc declarare. Et ibi Cõ. dicit q̃ Philosophus dicit illam rationem Diuinam esse, ad probandum mundum vnum esse, quia sumit quædam, quæ sunt principia in Diuina scientia, & non sunt probata in scientia Diuina, sed in scientia Naturali: sicut q̃ omne, quod non est in materia, est vnũ: & q̃ motus circularis est sine principio & fine: & q̃ ab vno mouente nõ est nisi vnum motũ. quæ omnia probata sunt in Philosophia Naturali, licet sint etiam scripta in Metaphysica, sicut patet. 12. meta. à 29. vsq; ad 49. Ecce igitur q̃ sm̃ Auer. Arist. quandoq; appellat aliquam considerationem diuinam. non quia à medio diuino procedat, sed quia in Diuina sciẽtia pertractatur, & scribit. Et sic patet q̃ sm̃ Auer. sententiam, tenentis substantias abstractas esse à Diuino non posse demonstrari, habemus consequenter dicere q̃ nec eas esse in tali numero est demonstrabile ab ipso. Dicere autem illam esse conclusionem diuinam, & q̃ est medium diuinum ad eam, ignotum tamen nobis, est loqui sine ratione. quia, vt dicit Cõmen. in procemio primi phy. Arist. inuenit istas tres scientias, & cõpleuit. Cõtradictionis aũt sedatio ex dictis liquet: et mihi hoc nõ fuit declaratũ nisi cũ maximo labore, & ab alijs nihil inueni.

Decimaquarta contradi. est in te. 55. Ari. ostendit motum localem priorem esse natura tempore & perfectione respectu aliorum. Sed q̃ non sit natura prior, elicitur ex sententia eius. 1. physi. tex. cõ. 24. vbi contra Melissum, ponentem vnum principium & infinitum, & propterea immobile, arguit Philosophus, q̃ licet nõ posset moueri motu locali, quid prohibet vt possit alterari. igitur alteratio potest esse sine motu locali. Et confirmatur per Themistium ibidem, dicentem q̃ neque calefaciendis rebus, neque frigefaciendis opus est loco. modo non est ista conditio prioris sm̃ naturam, vt posteriora possint esse sine eo? vt patet. 5. met. ca. de priori. Nisi esset q̃ argumentum est ad hominem. quia posito q̃ corp⁹ aliquod esset infinitũ occupans totum, & non posset localiter moueri de vno loco ad alium locum, nihil vetaret illud posse alterari. q̃a non est necesse, vt quod alteratur transferatur sm̃ locum, vt dicitur. 1. de generatione & corruptione. tex. cõm. 25. quia aliquid in eodem loco existens alterari potest. & sic habet Philosophus intentum suum contra Antiquos. Nec hoc contradicit Arist. nam si non esset motus localis corporis cœlestis, nulla alteratio esset. ipse .n. est tanquã vita oium natura constantium. 8. phy. tex. cõ. 1. — 8. physico. tex. 55. — Solutio.

Decimaquinta contradictio est super eodem tex. Aristote. habet quòd raritas & densitas principia sunt omnium passionũ. nam graue & leue, molle & durum, calidũ & frigidum raritates & densitates quędam esse videntur. Huius tamen oppositum habet in. 2. de generatione & corruptione te. cõm. — 8. physico. tex. 55.

cōmen. 15. & 7. phy. tex. cō. 11. vbi dicitur q raritas & densitas sunt rerum qualitates insequentes calidum & frigidum. Soluitur. loquutur Aristote. in. 8. physi. secundum opinionem Antiquorum, non secundum propriam opinionem, vt ostendat conclusionē quam intendit ibi probare secundum vtrāque opinionem habere veritatē. Nam opinio Arist. fuit q principia transmutationis sint quatuor qualitates primæ, vt patet in principio secūdi de gñatione & corruptione. Opinio vero Antiquorum fuit q principia transmutationis sunt raritas & dēsitas, vnde secundum istos omnes passiones causantur ab istis, & quomodocūque sit semper, vt deducit, sequitur q motus localis pcedat alios motus. non curat autem ibi Aristo. quomodo se habeat veritas circa illud, an videlicet generatio fiat vt Antiqui asserebant, an per viā alterationis per quatuor primas qualitates, quia illa speculatio pertinet ad librum de generatione & corruptione, vnde Arist. 1. physico. tex. commen. 49. dixit quòd magnum & paruum sunt secundùm rationem, rarum autem & densum secundum sensum. quod nō dixisset, nisi credidisset raritatem, & densitatem insequi qualitates primas in solis sensibilibus generabilibus inuentas.

Solutio.

8. physico. com. 73. Decimasexta contradictio est in cōmē. 73. dicit Auer. quod in linea recta est maxima distantia. Oppositum. 5. physico. 23. & primo cœli cōm. 28. Soluitur. est breuissima, quæ possit cadere inter duo extrema in actu, inter enim duo puncta distantia nulla breuior linea potest cadere quàm linea recta, tamen est longissima, quia maxima remotio non inuenitur, nisi in recto inquantum rectū. vnde linea imaginata à centro terræ vsq; ad conuexum supremæ sphæræ est longissimæ distātiæ possibilis in natura.

Solutio.

8. physico. tex. 74. Decimaseptima contradi. est in tex. 74. Habetur ibi q, cum motus augmenti & diminutionis sint oppositi, non possunt esse continui, sed de necessitate inter eos est tempus quietis. & ita videtur poni tempus status inter motum augmenti & diminutionis. Huius tamen oppositum colligitur ex 2. de generatione & corruptione in tex. cō. 57. vbi dicitur q in æquali tempore est generatio & corruptio secundum naturam. & Commen. ibi in cō. expresse dicit q tempus senectutis est æquale tempori iuuentutis. ex quibus videtur non dari tempus status medium. Dicamus nos q Aris. & Auer. ibi per tempus generationis naturalis, aut iuuentutis intelligunt totum tempus profectus, in quo videlicet res habet se in naturali dispositione. & sic in tali consyderatione includitur tam tempus augmenti, quàm etiam tempus status. nam propter quod vnumquodq; tale & illud magis. non enim motus augmenti dicitur naturalis, nisi pro quanto tendit ad finem naturaliter intentum, & quæsitum per naturam. natura. n. agit propter finem. & ideo tempus status est longe perfectius quàm tempus augmenti. Vnde Auic. in cap. de ætatibus vult q illa ætas sit ætas pulchritudinis & perfectionis. quia in ætate consistentiæ solum potest homo habere operationes simpliciter naturales & perfectas, in qua ætate fuit crucifixus Redemptor noster. Aetatē vero corruptionis & senij appellauit tempus, in quo res cēdit ad diminutionem, quæ est via ad nihil, vt dicit Cōm. 3. phy. cō. 60. Vnde Arist. ibi respiciendo ad vniuersalem causam, quæ est motus Solis. qui per sex signa appropinquat, & per sex signa recedit, & sic est causa contrariorum, illo modo venatus est æqualitatem illam in temporibus generationis iuuentutis, & profectus, & tempora corruptionis senij & defectus. sed per iuuentutem, vt dixi, intelligit totum aggregatum ex tempore, in quo res vere augetur, & ex tēpore status. quia totum istud tempus attestatur perfectioni. & sic inter iuuentutem, & senectutem non datur medium. sed in 8. phy. & alibi aliter loquit, & magis in particulari in ordine ad actus animæ. Vnde tēpus, in quo plus reparatur, quàm deperditur ex actione animæ, & caloris innati, tale dicitur tempus augmenti. tempus vero, in quo æqualiter reparatur, sicut deperditur, est tempus status, quando vero minus reparatur, quàm deperdatur, est tempus diminutionis. & sic inter augmentum & diminutionem datur quies media. impossibile enim est motus contrarios continuari.

8. physico. com. 77. Decimaoctaua contradictio est in 77. cōmen. Dixit densari, & rarefieri motus locales. Oppositum. 7. physi. commen. 15. vbi habet quòd sunt quales, & per consequens alterationes. Ibi soluitur: quia loquit sm Antiquos. vide in. 4. phy. super cōmen. 84. quia ibi dixi satis diffuse.

Solutio.

8. physico. com. 78. Decimanona contradictio est in cō. 78. Dicit finitatem esse ex parte materiæ, non ex parte formæ. Oppositum dicit. 3. physic. com. 60. Soluitur. hic loquitur de finitate actionis & durationis, ibi loquitur de finitate, quę est rei actualitas, & intrinseca perfectio.

sectio, ac terminatio. Vnde Comment. 8. physico. comment. 83. dicit quòd causa, propter quam motores moui fatigantur, est quia sunt in materia. finitas igitur actionis est materia. Et ideo qui tenent in animali à principio vitæ vsque ad vltimum inesse aliquam vnam actionem numero continuã, satis errant. Nam, si quæ esset, maxime esset actio vitalis, quæ est motus cordis. & manifestum est quòd illa non est continua, quia inter oppositos motus necessario cadit quies media, sicut demonstrauit Aristoteles in octauo physicorum. Deo laus, & Virgini.

REGISTRVM.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z, AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ, AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG HHH III KKK LLL MMM NNN OOO PPP QQQ RRR SSS.

Omnes Quaterniones, præter ✠, & SSS, Duerniones.

Venetijs apud hæredes Lucæ Antonij Iunctę.
Anno Dñi. M D LXII.